



10-10-10

S. H. Hill

11/11/11

LUDOVICI ANTONII

MURATORII

OPERA OMNIA.

ANTIQUITATES
ITALICAE
MEDIÆ AEVĪ,
SIVE
DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM
ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primum ex Archivis Italiae depromptarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopali-
bus alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS TERTIUS.



ARRETI MDCCLXXIV.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impres. Episcop. sub signo PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

ADDITIONAL

DE FOENERATORIBUS,

JUDAEIS, SOCIETATIBUS MILITUM
PRAEDONUM, LEPROSIS, &c.

D I S S E R T A T I O

SEXTADECIMA.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT


5712 S. UNIVERSITY AVE.

CHICAGO, ILL. 60637

TEL: 773-936-3700



DISSERTATIO SEXTADECIMA.



Ix ullum fuisse tempus reor, postquam in usu & commercio hominum pecunia esse coepit, quo pecunia ipsa mutuo data non fuerit, atque inde Foenus, sive Usuram aliquam non quaesierint homines. Nam alteri pecuniam suam credere, atque inde sperare & exposcere lucrum unusquisque suo apte ingenio didicit. Cupiditas cum homine nata eis loco magistri fuit. Quod negotii genus quidam Populi probarunt, alii verò omnino sunt abominati. Antiquissimus omnium Moses Foenus interdixit inter fratres, hoc est inter Judaeos; ab alienigenis autem Usuras repetere minime vetuit. Sic foenebre lucrum execratus est Plato, tum Aristoteles: execrati sunt & Romani aliquando; sed & ipsi aliis temporibus ejusmodi licentiam aluerunt. Athenis autem, ac in aliis Graeciae Urbibus, ex antiqua Solo-

A nis Lege & consuetudine, inter rationes quaerendae pecuniae ista quoque passim usurpata est: quam in rem multa congeffit Samuel Petitus Lib. V. Cap. 4. Legum Atticarum. Varias autem fuerunt Usurae pro hominum arbitrio, pro improba aviditate auri, pro temporum etiam variâ fortunâ, uti & aevo nostro fieri conspicimus inter eos, qui ex pecuniis creditis lucrum captant. Erant ob ejusmodi negotium famosi *Collybistae*, *Trapezitae*, *Nummularii*, *Argentarii*; quamvis enim postremis hisce duobus nominibus Probatores pecuniae, & custodes depositae, designati olim fuerint, sunt tamen, quae aperte indicent, eos etiam ad mensam sedentes permutandis, aut foenerandis nummis quaestum fecisse. *Argentavorum* praecipue mentio est in Historia Ravennate veteri, uti produnt Vitae Archiepiscoporum Ravennat. ab Agnello scriptae, rursusque editae Part. I. Tomi II. Rer. Italicarum. Et quoniam neque apud Gruterum, neque apud Hieronymum Ru-

B

C

A 2 beum

7 *ANTIQUIT. MEDII Aevi* 8
 beum editam Inſcriptionem reperio, | A chariae, eamdem heic è Schedis meis
 quae Ravennae legitur in Sancti Za- | | adjungere decrevi.

HIC REQUIESCIT IN PACE
 GEORGIUS V. C. ARGENTARIUS
 FILIVS PETRI V. C. ARGENTARII
 IVN. QVI VIXIT ANN. PLV. M. XVII.
 DEP. SVB D. PRID. NONAR. AVG.
 IND. XIII. IMP. DN. N.
 TIBERIO CONSTANTINO PP. AVG. ANNO VII.
 ET PC. EJVSDEM ANNO III.

Posita eſt Inſcriptio Anno Chriſti | B | Alteram Inſcriptionem addo è Sche-
 DLXXXI. Atque hinc habes, recte | | dis meis ante Annos ducentos tri-
 à Pagio emendatam in annis Tibe- | | ginta, deſcriptam, ut videtur, è
 rii Chronologiam Baronianam; atque | | Mſto Codice Cyriaci Anconitani,
 illius Epocham deducendam eſſe ab | | omnium antiquiſſimi collectoris ve-
 Anno DLXXIV. quo is renuntiatus | | terum monumentorum. In ea occur-
 fuit Caefar. Pariter habes, *Argenta-* | | runt tres *Argentarii*, & *Helena Fe-*
rii munus illuſtre fuiſſe, quum *Geor-* | | *lix Argen.* quaſi & mulier *Argentaria*
gius & *Petrus Argentarii Ravenna-* | | fuerit. Sed fortaffis ibi ordo nomi-
tes Viri Claviſſimi appellentur. Et fa- | C | num confuſus.

Romae.

P. CAVCILIVS P. L. LYSIMACHVS FELIX
 P. CAVCILIVS P. L. CALIPPVS FELIX
 P. CAVCILIVS P. L. AVCTVS FELIX
 P. CAVCILIVS P. L.
 BAVCIA SECVNDA
 BAVCILIA P. L.
 HELENA FELIX ARGEN.
 P. CAVCILIVS CALIPPI L.
 P. CAVCILIVS SPERATVS DE FORO VINARIO
 SALVIVS ARGENTARIVS DE FORO VINARIO
 P. CAVCILIVS P. L.
 P. CAVCILIVS CALIPPI L. EXPECTATVS
 EVTYCHVS ARGENTARIVS
 SENTIA VENERIA VIX. ANN. III. DE FORO VINARIO
 CAVCILIA P. L. AVGE
 P. CAVCILIVS EVTYCHI L. SACERDOS
 P. CAVCILIVS LYSIMACHI
 L. HVGINVS ARGENTARIVS
 FELIX DE FORO VINARIO
 P. CAVCILIVS P. L. TIRIDATES
 P. CAVCILIVS SALVI L.
 EROS COARTOR VINARIUS DE FORO VINARIO.

Pro

9
Pro *Coactor* legendum puto *Coactor*,
ut fuerit, qui pecunias in auctione
Vini coegbat, suumque munus in

A | Foro Vinario exercebat. Gruterus pag.
583. numero 6. Romanam hanc In-
scriptionem adfert.

L. DOMITIO AGATHEMIO PARIDIS LIB.
A VII. ARGENT. COACTORI CAES.
CN. DOMITIVS EPICETVS ET CVRTIA
EVPHRANTIS B. M.
POSVERE

In Schedis meis nuper memoratis haec ita legitur:

L. DOMITIO AGATHEMERO PARIDIS LIB.
A VII. CAESARES ARGENTAR. COACTORI
L. DOMITIVS &c.

Idest *Coactor Argentarius*, cujus pro-
fessionis alia sunt apud Gruterum e-
xempla. Fortasse vitium latet in ver-
bis illis A. VII. CAESARES, adhi-
bita, ni fallor, ad designandum lo-
cum aut signum officinae, uti in a-
liis ejusmodi Inscriptionibus infra me-
morandis, nisi velimus Domitium i-
stum *Caesaris Argentarium*; quod ha-
ctenus non credo. T. CLOELIVS
LANARIVS DE VICO CAESARIS
occurrit apud Fabrettum Cap. x. In-
scription. 233. A VIC. LORET. in
altera Inscriptione legitur, itaut A
VIC. CAESARIS scribendum heic
videatur. Nuper vidimus *Salvium Ar-
gentarium de Foro Vinario*. Certe Lam-
pridio teste, Alexander Imperator *Vi-
navorum* corpus sive Collegium insti-
tuit, cujus erat munus Vinum adve-
here ac vendere in Foro, ad eam
mercaturam destinato. Sextus Aure-
lius Victor de Gallieno scribit: *Popi-
nas, ganeasque obiens, lenonum ac Vi-
navorum amicitias haerebat*. Pro *Vina-
riorum* Andreas Schottus legendum pu-
tavit *Mimorum*: quam emendationem
non probavit Salmasius in Not. ad
Trellium Pollionem in Vita Gal-
lieni, arbitratus Victoris verba re-
spondere verbis Trebellii scribentis:
Dies ac noctes vino & stupris perdidit.

B Verum parcat Salmasius: *Vinarii* mi-
nime appellati, qui Vino indulge-
bant in *popinis & ganeis*; sed qui Vi-
num in Foro Vinario vendebant.
Nuper memoratum Lampridium au-
di: *Corpora omnium constituit Vinario-
rum, Lupinavorum* (idest, ut puto,
Lupines Vendentium, nisi sit corrupta
vox, uti valde suspicor) *Caligario-
rum, & omnino omnium Artium &c.*
C Ac proinde ea Ars honesta, neque
cum *Lenonibus* jungendi *Vinarii*, qua-
si & ipsi infames fuerint, quamquam
fieri potuerit, ut Gallienus adhaese-
rit Vini venditoribus. Redeo ad Ar-
gentarios. Decio Augusto monumen-
tum posuere circiter Annum Christi
CCL. ARGENTARII ET EXCE-
PTORES ITEMQUE NEGOTIAN-
TES VINI SVPERNAT. ET ARI-
MIN. Inscriptionem edidit Reinesius
Classe III. num. 88. & in haec verba
est commentatus: *Minime omnium cre-
dibile est, Argentarios & Exceptores,
homines prorsus diversae conditionis (il-
lorum enim ars in argento figurando,
caelandoque occupabatur; hi in seriniis
Palatii apud Magistratum Memoriae vel
Epistolarum merebant) societatem coivis-
se. Cum vocabulo Argentavorum hoc lo-
co significantur Artifices argenti in va-
sa elaborandi, caelandoque &c. patet ad
oculum.*
D
E

oculum, EXCEPTORES esse a manu descriptoris, iisque necessario substitui & revocari EXCOCTORES. Immo patet ad oculum, Reinesium virum aliqui doctissimum, confidentius quam par est interdum agere in antiquorum monumentis suo ingenio & conjecturâ immutandis. Heic certe illum sua defecit eruditio. *Argentarios* quidem *Fabros*, & *Argentarios Vascularios* habemus in Codice Justiniano, argenteorum scilicet vasorum Artifices. Itidem in Inscriptione apud Gruterum pag. 621. 1. occurrit CVRTILIVS HERMEROS FABER ARGENTARIIVS. At quum ii memorantur, addi solet aliquid, exempli causâ *Faber*, aut *Tritor Argentarius*, ut Artifex designetur. Quum autem sine ullo adjuncto *Argentarii* nomen apud veteres occurrit, *Mensarium*, *Trapezitam*, *Collybistam* significare consuevit. *Argentariae mensae exercitores* memorantur in Leg. 4. ff. de edendo. In aliis Legibus Pandect. & Codicis Justiniani, *Argentarii* sub ea significatione memorantur, uti jamdiu viri doctissimi animadverterunt, & apertissime proditur in Justiniani Novella 131. ubi *Argentarii* dicuntur *mutuam pecuniam dare*.

Ita mirari quisquam possit, quomodo Gutherius, vir non eruditione minus quam antiqui Juris scientiâ praestantissimus, Lib. 3. Cap. 22. de Offic. Domus August. postquam scripsit, *Argentarios* in Lege 27. C. de pignoribus appellari *Argenti distractores*, eisdem fuisse decernat ἀργυροπράτας, qui scilicet in tenues laminae argentum dividunt, quibus fila serico involuta texuntur. Nihil aliud argentum *distrabere* fuit, nisi pecuniam mutuo dare, seu vendere, seu commutare: quod & ex textu illius Legis liquet, uti etiam ex Lege unica C. *Negotia-*

A tores ne militent: ubi inter *Negotiantes*, non inter *Artifices* recensentur *Argenti Distractores*. Erant ergo *Argentarii* *Permutatores*, *Negotiatores* *Argenti* sui, vel sibi crediti, & *Custodes* alieni. Et quia deponerentur apud eos pecuniae, & contractus celebrabantur, libris seu *Kalendaris* inscribendi, ideo *Exceptores* quoque eis necessarii; & utrumque ordinem propterea junctum reperimus, nisi *Exceptores* intelligamus *publicorum ve Figulium conductores*, uti *Du-Cangius* censuit. In variis Legibus Digest. de edendo, *Argentarii rationes edere* jubentur, quia officium illorum atque ministerium publicam habet causam, & haec principalis eorum opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant. Quare *Exceptores* non *Excoltores* in Reinesiano lapide recte collocatum: & revera legitur ita in marmore adhuc Romae existente. *Conjunctos* habes in eodem lapide cum *Argentariis Negotiantes Vini*: quod & in Inscriptione a me edita animadvertere potuisti. Eâ puto de causâ, quod pleraeque *Argentariorum mensae ac tabernae* in *Foro Vinario* essent. Apud ipsum *Reinesium* *Class. IV. num. 4.* Inscriptio visitur, in qua Q. AVFIDIUS MENSARIIVS TABERNAE ARGENTARIAE AD SCVTVM CIMBRICVM (ut *Italice loquar* erat hoc *insegna della sua bottega*) CVM MAGNA VI AERIS ALIENI CESSIT FORO, (hoc est *falli*). Produxit etiam *Clariss. Gorius* *Lib. 1. pag. 308.* Inscriptio. *Florentinar.* nobile marmor, in quo CN. SENTIVS appellatur AD QVADRIGAM FORI VINARII PATRONVS ARGENTARIORVM ET NEGOTIATOR. VINARIOR. Fuisse tamen discrimen inter *Argentarios* & *Nummularios* prodit Inscriptio edita a *Fabretto* *Cap. 9. pag.*

9. pag. 648. Inſcription. Antiquar. Quippe ibi L. SVESTILIVS ARGENTARIVS AB SEX AREIS (officinae hic videtur locus) SIBI ET L. SVESTILIO LAETO NVMMVLARIO AB SEX AREIS monumentum ponit. Et profectò *Nummularii* fuere, qui nummos probabant, an germani eſſent, ac juſti ponderis. Reineſius idem Claſſ. I. num. 139. Romanam Inſcriptionem refert, in qua memorantur CORPORA PAVSARIORVM, uti Salmaſius edidit, ſeu PAVSANIORVM, uti legit Thomafinius & pro ſuo more loco PAVSARIORVM legendum putat AURARIORVM, ut ſint *Aurifices*, conjungendi cum *Argentariis*, quos ille ruſus argenteorum tantummodo vaſorum Artifices, agnoſcit. Incertum adhuc puto, quid *Pauſarii* fuerint, quamquam Salmaſius in Notis ad Caracallam Spartiani rem ſtatim definiat ex MSto ſuo ex quo quotieſcumque illum cupido inceſſit, lucem mutuatur. Sed neque ſtatuumdum, agi illic ſine dubitatione de fabris *Argentariis*, quum plerumque hoc nomine diverſi generis negotiatores designatos viderimus. Si vetera, quae non intelligimus, tam facile invertere liceret, mihi quoque liberum foret pro *Pauſariorum* legere *Ponſariorum*, penſantium ſcilicet argentum; ſed & ego temere id aude-rem. Fortaſſe tamen nihil ibi im- mutandum. Seneca in Epiftola LVI. *Sed jam me ſic ad omnia iſta duravi, ut audire vel PAVSARIVM poſſim, voce acerbiffima remigibus modos dantem. Lipſius & Savaro Pauſarium cenſent Portiſculum vel Hortatorem, Graecis παυſαριον dictum, quia & pergendi & pauſandi modos remigibus daret.* Quae ſi vera ſunt, concidere vides Salmaſii interpretationem de *Pauſariis*

A in ſacris Iſidis, ut ſibi accommodet locum Spartiani de *Pauſa* in iſdem ſacris. Nam quid quaero *Argentarii* memorati in Inſcriptione ab ipſo Salmaſio deſcripta, dum Iſidis & Ofiridis ſimulacra circumferrentur?

Ut autem in ſemitam regrediar, qui *Trapezitae* antiquis fuere, ſive *Argentarii*, ſeculis poſterioribus dicti ſunt *Campſores* a Latino *Cambio*, quod teſte Priſciano in praeterito reddit *Campſi*. Atque inde etiam emerſit *Cambiatorum* nomen. Hos nunc *Banchieri* nos appellamus. Galli *Changeurs*. Sed veteres illi foenerabant etiam pecuniam, ſive *preſtavano ad uſura*, uti nunc dicimus. Nemini autem Chriſtianorum ignotum eſt, aut eſſe deberet, a divino Praeceptore noſtro Chriſto proſcriptam fuiſſe ſpem lucri e Mutuo, ut Caritati virtutum ſplendidiffimae ſuus fervaretur locus in gente, quam ad omnia honeſtatis ac probitatis officia Deus ſolicitat, atque ut immani hominum cupiditati frenum injiceretur. Sed quum extrema incommoda civili ſocietati imminerent, ſi nunquam liceret alteri pecuniam credere, atque praeter ſortem aliquam lucri acceſſionem ſperare (quotus enim quiſque eſt, qui lubens ac facilis ſuum aliis argentum ad utendum tradat, accipienti quidem multum, nihil verò danti profuturum?) propterea excogitatae ſunt in hanc rem & inter Chriſtianos nonnullae aequitatis rationes, ſervandi publici commercii cauſa, ita ut abjecto odioſo nomine *Foenoris* & *Uſurae*, & moderatà quadam inveſtâ lucri capturâ, ſub aliis nominibus perduret, & pro legitima habeatur Auri Argentique ſignati negotiatio atque verſura. Verum apud Chriſtifideles nunquam deſiere tam honeſti quam inhoneſti Foeneratores. In priorum in-

huma-

humanitatem multis invehitur S. Ambrosius in Lib. de Tobia, artes eorum graphice describens & damnans. Paria habent Sancti Augustinus, Basilii, Chryostomus, aliique Patres. Argentarios autem, Nummularios, aliosque id genus vel antiquitus aluerunt Romanorum Urbes, uti constat ex Codice Justiniano, ex Agnello Ravennate, aliisque veterum Libris. Immo olim quoque statutum est, quid hec liceret. Nempe Constantinus Magnus in Codice Theodosiano Lib. 2. Tit. 33. de Usur. l. 1. postquam interdixit, Usuram capere e frugibus mutuo datis, haec addit: *Nam pro pecunia ultra Centesimas creditor vetatur accipere.* Haec ille Anno Christi CCCXXV. Tum in subsequenti Lege ab Imperatoribus Valentiniano, Theodosio, & Arcadio, promulgata Anno CCCLXXXVI. haec decreta fuere: *Quicumque ultra Centesimam jure permissam aliquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli poenae obligatione constrictus, sine cessatione, sine requie, protinus ablata reddibebit.* Nihil aliud Centesima Usura fuit, quam nummum unum pro centum nummis foeneris titulo singulis Mensibus accipere: quae gravis certe Usura videatur temporibus nostris, quibus plerumque longe mitius cum debitoribus agitur. Et profecto hoc etiam Usurae genus, immo & quamcumque aliam e Mutuo deducendam interdixit Clericis Nicaena Synodus Prima. An & Laicis, si petis, ego neutiquam puto. Usitatam ejusmodi Usuram aevo quoque suo prodit Sidonius Apollinaris Lib. 4. Epist. 24.

Sed nolo progredi longius, quum mihi unum statuerim, nempe de Italicis illis Foeneratoribus tantum agere, qui post Saeculum X. aut XI. magnum sibi nomen, sinistram tamen

A famam, per universam Europam compararunt. Postquam enim assurrexere in libertatem pleraeque Lombardiae, Tusciae, Aemiliae, ac Flaminiae Urbes, Cives animis erectis studium omne conferre coeperunt non ad augendam solum suae Civitatis ac Patriae potentiam, sed etiam ad fortunas proprias amplificandas. Itaque tunc Artes multae utiles restitutae; mercaturae vero data solertissime opera, ac praecipue apud illos, quos industria major, majorque mentis sagacitas ad lucra procuranda magis idoneos effecerat. Inter hos vero in primis emicuerunt Etrusci, atque inter eos praesertim Florentini, acuti ingenii homines, laborisque patientes, qui sensim ditescendi ardore sollicitati, non domi tantum, sed per Italiam reliquam, & per extera etiam Regna se se effudere ad mercaturam faciendam. Parum visa est iis mercium commutatio: pecuniam quoque Foeneri dabant, idque sensim primum ac praecipuum eorum negotium evasit. Et res quidem bene cedebat, effluente inde ingenti proventu. Neque me falli putem, si dixerim, ad hanc potissimum causam, hoc est ad ejusmodi Mercatores, sive Foeneratores, referendum esse, quod Florentina Civitas Saeculo XII. & XIII. adeo caput attollere, & supra finitimas eminere, eisque tandem servitutis jugum imponere coeperit. Nam quum dispersi per Europam Cives illius Urbis ex isto, quaecumque foret, mercimonio opes undique colligerent, easque ad patriam conveharent, amplissimae aedes exinde ac Palatia aedificata sunt, crescentibusque Artibus crevit & Populus, & pomoeria Urbis dilatata sunt, & in tanta opulentia nervi ad bellum publicum sustinendum aut inferendum fere

fere nunquam defuerunt. Quae a Jo-
hane Villanio appellantur Societates
Scalorum, Peruzorum, Acciajoliorum,
Bardorum, Ammanatorum &c. eo prae
ceteris spectabant, ut ex pecunia mu-
tuo data foenebris sibi quaestus re-
dundaret, quum & ipsi ab aliis mu-
tuo acciperent, sed leviozem reddendo
Usuram. Auctor est idem Villanius,
inde manasse earum Societatum
ruinam, quod Eduardo III. Angliae
Regi immanem pecuniae vim mutuam
dedissent: is autem belli impensis
prementibus datam fidem liberare ne-
quiverit. Quare nil mirum, si Te-
grinus Comes apud eundem Histori-
cum Lib. 7. Cap. 139. Comitem
Pupii de suis opibus gloriantem, &
Florentinorum balistas in suo arma-
mentario ostendentem, his verbis re-
prefferit: *Parmene bene, se non ch' io*
intendo, che i Fiorentini sono grandi
prestatori a usura. Neque tantum Flo-
rentini ac Etrusci, sed & alii Ita-
liae Populi ad tam dulce lucrum con-
volantes, tum in Italia, tum in Gal-
lia & Anglia, mercaturam inierunt,
mercium quidem diversarum com-
mercio instituto, at praecipue pecu-
niam in foenore ponendo; quod pre-

A | *stare ad usura nostri appellabant, un-*
de Italica vox *Prestatori*, idest *Foe-*
neratores. Ogerius Alferius in Chron-
nico Astensi Tom. XI. Rer. Italicar.
Anno, ait, *Domini MCCXXVI. Civis*
Astenses coeperunt praestare, & facere
usuras in Francia, & ultramontanis
partibus, ubi multam pecuniam lucrati
sunt. Benevenutus quoque de Imola
B | in *MStis* Comment. ad Comoediam
Dantis testatur, suo etiam tempore,
Astenses ditissimos prae ceteris *Lom-*
bardis fuisse ex arte foeneratoria.
Confluxerunt illuc & ex aliis Italiae
Urbibus ejusdem generis homines,
sub *Mercatorum* nomine benigne ac-
cepti, omnesque concordi studio ac
strenue rem foenebrem agebant, No-
C | biles pariter, atque ignobiles. Et
quod inter eos primas tenerent *Me-*
diolanenses, Astenses, Placentini &c.
tum *Florentini, Senenses, Lucenses &c.*
hinc factum fuit, ut passim appella-
rentur in Gallia & Britannia *Merca-*
tores Lombardi & Tusci sive *Tuscani.*
Hisce autem & Curia Romana ute-
D | batur, ut reditus suos e variis Re-
gnis colligeret. Unum profero exem-
plum ex codice Cencii Camerarii e-
ductum.

Litterae Domini Papae Gregorii IX. de quietatione facta inter
Cameram Domini Papae & Angelerium Solaficu,
& ejus Socios, Anno 1233.

G regorius Episcopus, servus servo-
rum Dei. Omnibus praesentes li-
teras inspecturis salutem & apostolicam
benedictionem. Universitati vestrae vo-
lumus esse notum, quod facta generali
inter Cameram nostram & dilectos fi-
lios Angelerium Solaficu quondam Cam-
psorem nostrum & ejus Socios *Mercato-*
res Senenses, de omnibus rationibus,
quas in Anglia, Francia, Curia Ro-
Tom. III.

E | mana, vel etiam alibi, nostro vel Ec-
clesiae Romanae nomine receperunt, &
de expensis ab eis factis, ac de solutis,
quae fuerunt hinc inde solvenda, com-
putatione habita diligenti, compertum
est, Cameram ipsam eisdem prorsus in
nullo teneri & *Mercatores* eosdem nihil
omnino Camerae praedictae debere. Ve-
rum, ne de iis possit aliquando dubita-
ri, praesentes literas fieri mandavimus

B

ad

ad utriusque partis cautelam, Bullae nostrae munimine roboratas.

Datum Laterani VII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Septimo.

Clarissimus Du-Cangius in Glossario Latino fragmentum in hanc rem perutile produxit, pacti scilicet Anno MCCLXXVIII. initi cum Rege Franciae a Fulcone Cacio cive Placentino, Capitaneo Universitatis Mercatorum Lombardorum & Tuscanorum (en ut junctis copiis omnes commercia curabant) habente etiam potestatem & speciale mandatum a Consulibus Mercatorum Romanorum, Januae, Venetiarum, Placentiae, Lucae, Bononiae, Pistorii, Astensium, Albae, Florentiae, Senarum, & Mediolanensium, transacti cum Domino Rege Franciae super translatione facienda ad Civitatem Neomausensem &c. Scilicet in Urbe Monpessulana antea Itali sedem negotiorum suorum collocarant. Refert idem Du-Cangius Privilegia varia a Rege illis concessa, quae apud illum ad vocem *Langobardi* legas. Praeterea apud eosdem Gallos *Caorcini* vulgo appellati sunt Foeneratores. Quod nomen non aliunde profectum est, quam a *Cadurco*, Gallis *Cabors*, Aquitaniae Urbe, ubi ejusmodi Mercatores, & quidem illius Civitatis Cives, praecipuum olim commercium usurarium exercebant, & per universam Galliam ac Britanniam suum virus dilatare coeperant, imo & alios Populos ad pravam hanc artem educasse videntur. Neque enim uni Itali hac pice infecti fuerunt; falsumque est, quod Du-Cangius tradit, eo nomine designatos fuisse Mercatores Italicos propter foederationem usurariam famosos. Galli & ipsi paria, & fortasse pejora, atque ante alios, praestitere: ipsique, non verò Itali, *Caorcini* sunt vocati. Basilice autem

A falluntur apud eundem Du-Cangium, quicumque suspicantur, ex nobili Florentina *Corfinorum* Familia derivatum ignominiosum hoc nomen, corruptumque fuisse a Gallis, pro *Corfino* *Caorsino* dicentibus. *Corfini* utique olim, uti & reliquae nobiles Florentinorum profapiae, mercaturam faciebant, iique una cum aliis Mercatoribus Florentinis Anno MCCCXLII. decedere creditoribus suis. Sed cur à Corfinorum Familiis potius, quam a tot aliis mercaturae additis, & ex ipsa Florentia ditioribus ac celebrioribus, sumissent Galli nomen ad designandos universos Mercatores Tusciae, Lombardiae, immo & totius Galliae ac Italiae? Carolus II. Apuliae Rex Provinciae, & Andegavi Comes, in edicto promulgato Andegavi, testante ipso Du-Cangio, Anno MCCLXXXIX. disertis verbis *Caturcinos* Usurarios e sua ditione exturbat; hoc est, satis significat, ab urbe *Cadurco*, quae & *Caturcum* tunc vocabatur, appellationem ejusmodi fuisse derivatam, non verò a nobili *Corfina* gente, ipsi Carolo Regi nequaquam ignotà, quae Anno MDCCXXX. nobis dedit Clementem XII. Pontificem Maximum, multà cum glorià, dum haec scribo, in Cathedra Petri sedentem. Sed praesto heic mihi est optimus testis, videlicet Dantes Aldigerius Florentinus, qui Cant. XI. Infern. in detestandos Foeneratores invehitur, atque inter cetera scribit:

*E però lo minor giron suggella
Del segno suo, e Sodoma, e Caorsa.*

Idest nefando vitio inquinatos, & Usurarios. En ut non *Corfinam* gentem, sed *Cadurcum* Civitatem Galliae, quae *Caorsa* ab Italis dicebatur, ob foenebre lucrum in Italia quoque

que famosam, criminis hujus Dantes synchronus arguit. Audi & Beneventum Imolensem in Commentariis adhuc manu exaratis in ejusdem Dantis Poëma. Is autem doctissimus utique vir Anno MCCCLXXX. haec literis mandabat. *E Caorsa: idest Usurarios. Caturgium enim est Civitas in Gallia, in qua quasi omnes sunt Foeneratores. Inquit sunt; eodem enim morbo laborare pergebat Civitas illa, quum haec Beneventus scribebat. Ad haec alibi Du-Cangius ipse laudat Diploma Philippi Regis Francorum scriptum Anno MCCXX. ubi haec leguntur. Concessimus Burgensibus nostris de Cadomo residentibus in Villa Cadomi, quod nec eos, nec uxores, nec heredes eorum capiemus ad occasionem de Usura in morte eorum. Ergo & Cadomenses in Normannia foeneri operam dabant, ut jam intelligas, vetustum fuisse apud Gallos ejusmodi morbum. In Concilio Treverensi Anni 1310. apud Martene Tom. IV. Thesaur. nov. Anecd. confirmantur decreta contra *Cauvertinos & alios Usurarios*. Ibi legendum *Causinos* arbitror.*

Verum adeo abominanda Gallicorum & Italicorum mercatura, quum à praeceptis Christianae legis deficeret, quae Usuram e mutuo corradere vetat, & praeterea enormi ratione miserorum marsupia emungeret, Regum & Populorum odium in se contraxit; quare hisce expilatoribus undique bellum indictum fuit. In Anglia Eduardus Rex summe pius, qui Anno MCVI. florebat, ut est in ejus Legibus, *Usurarios defendit* (idest interdixit) *ne remanerent in Regno*. Nihil ibi, essentne advenae, an Angli Usurarii illi. At quum jubentur *non remanere in Regno*, verisimilius est, actum fuisse de exteris

A Foeneratoribus. Sunt autem Matthaei Parisii verba ad Annum MCCXXXV. in Histor. Anglica. *Invaluit autem his diebus adeo Causinorum (idest Gallicorum Trapezitarum) pestis abominanda, ut vix esset aliquis in tota Anglia, qui vetibus illorum jam non illaquearetur. Etiam ipse Rex debito inaeestimabili eis tenebatur obligatus. Tum*
 B *refert, quali forma debitores suos ad usuras persolvendas obstringerent; Londinensem vero Episcopum in abominandum hoc hominum genus anathema pronuntiasse; sed illos impetrato Romanae Curiae patrocinio, Antistitis arma eluisse, eumque in iudicium fuisse vocatum, super tali injuria Mercatoribus Papalibus irrogata*
 C *responsurum. Ad haec, ut idem Paris testatur, Anno MCCXL. Henricus III. Angliae Rex Causinis, praecipue Senonensibus (Gallicae ergo gentis erant danistae illi) terram suam interdixit. Ipsi autem moleste ferentes & dolentes tales se pascuas amissuros, datâ pecunia, quae nimis solet impios justificare, adhuc pro magna parte latuerunt. Et illi quidem rursus in*
 D *Anglia agitati, rursus revocati sunt; proficiebant enim & ipsi Reges ex eorum praeda. Praesertim verò quum Regem congerendae pecuniae necessitas urgebat, Usurarii proscribebantur, ut se se auro oblato redimerent. Pro illis etiam Romana Curia intercedebat, non quod eorum Usuras*
 E *palparet, sed quod per eorum manus reciperet quidquid censuum & reddituum Curia ipsa ex universis Christianorum provinciis colligebat. Neque secus in Gallia factum est. Sub Philippo Rege Sancti Ludovici filio edictum prodiit, ut Lombardi, & Causini Foeneratores e Regno excederent, nullumque amplius foenore commercium facere eis in Galliâ*

liceret, veniã tamen factã Mercatoribus Lombardis, & Caorsinis, & aliis pacifice morandi, veniendi ac recedendi pro suis negotiis, & mercaturis legitime exercendis. Eisdem quoque, scilicet Lombardos, Caturcinos, aliasque personas alienigenas Usuras publice exercentes, ex ditionibus suis Gallicis exturbavit Carolus II. Siciliae Rex & Provinciae Comes. Viden ut Lombardi a Caorcinis ubique distinguuntur? Ergo sub Lombardorum nomine Itali, Galli sub Caorcinatorum veniebant. Sed quod Principes suis legibus evertere velle videbantur, improba illa gens aut tuebatur, aut brevi restaurabat oblatione munerum, ita ut perpetuo quidem improbaretur, & semper nihilominus retineretur.

Interea grassante ejusmodi peste minime silebant Romani Pontifices, aliique sacri Pastores Ecclesiae. Sed praecipuum contra eos fulmen emerfit ex Concilio Generali Lateranensi Tertio, Anno MCLXXIX. Canone XXV. Ibi Alexander III. Papa, ceterique Patres in haec verba decreverunt: *Quia in omnibus fere locis crimen Usurarum ita inolevit, ut multi aliis negotiis praetermissis, quasi licite Usuras exercent &c. Ideo constituimus, ut Usurarii manifesti nec ad Communionem admittantur Altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam &c.* Eadem poena contra illos renovata est, aliis insuper adjectis, Anno MCCLXXIV. in Concilio Generali Lugdunensi II. Canone XXVI. idemque confirmatum videas in aliis Conciliis, quae commemorare nihil attinet. Atque hinc Lector minus peritus ad intelligendum ducitur, cur Boccaccius in suis *Fabulis amicos Florentinos Ser Ciappelletti Pratenfis*, omnium improbissimi Foeneratoris in Burgundia, tantope-

A re anxios inducat, quod eum ad finem vitae properantem cernerent, sibi que, ac illi, a Populo regionis illius metuerent, ubi ejus mors resciretur. Sed quidquid minarum ac poenarum Ecclesia, quidquid Reges & Principes in perditam ejusmodi accipitrum colluviem intentarunt, nihil eos ab arte abominanda dimovit; nosque subsequenti Saeculo XIV. eisdem offendimus cum in Gallia, tum in Italia vigentes adhuc, & in studio suo pertinaces. Immo nulla paene Civitas ejusmodi peste immunis abibat, & Fortasse ne ullum quidem Castellum. Tusci prae ceteris ad apum instar mel undique congebant. Erepta est Anno Christi MCCLVI. Patavina Civitas crudeli Tyranno Eccelino, ac direpta ab ipsis Cruce signatis. Tunc Rolandino teste Lib. 9. Cap. I. vix ullus e Civibus interemtus fuit. Sed *Tuscus quidam nomine Johannes de Scanta, suam volens tueri pecuniam, quam ad pignora mutuabat, defendendo pecuniam est occisus.* Et ne longe exempla petam, domestica mihi multa suppetunt. Anno Christi MCCCVI. horum turba Mutinensium crumenas obsidebat; neque Civibus tantum, sed & ipsi Reipublicae pecuniam mutuo dabat, prout in aliis locis facere consueverunt. In publicis ejus Anni Aetis MStis die VI. Julii constitutum fuit, ut mittatur pro Tuscanis forensibus, & rogentur, quod mutuare debeant Communi Mutinae quingentas Libras Mutinenses. Quod si facere noluerint, compellantur per Dominum Capitaneum ipsam quantitatem pecuniae mutuare; & quod de ipsa pecunia reddenda fiat eis securitas & promissio sufficiens. Idque non semel postea factum video eodem Anno. Infra memorantur omnes Tuscani mutuatores, qui mo-

vantur in Civitate Mutinae. Et profecto in foeneratoria arte Seculo etiam XIV. prae ceteris excellabant, solititque erant Etruriae Populi. Alvarus Pelagius Episcopus Silvensis in celebri Tractatu de Planctu Ecclesiae Lib. 2. Cap. 7. haec scribebat. *Familiares, secretarii, negotiorum gestores praecipui aliquorum Praelatorum Ecclesiae, Mercatores sunt, maxime Florentini & Senenses, & alii de Tuscia, & de aliis provinciis. Et de pecuniis Ecclesiarum Foenus continue aliqui exercentes, & Praelatis quibusdam de certa parte respondentes nomine partis, vel mercantice, vel societatis &c.* Neque religioni, ut opinor, tunc istud hominum genus sibi ducebat Foenus exercere palam; neque iis publicae Leges, aut magistratus, impedimenti quidquam adferebant, licet Ecclesiae mens alia semper fuerit, atque in eos poenas decreverit. Prostabant, inquam, in Urbibus publici Foeneratores, & in Civitate Senensi Anno MCCCXXXIX. constitutum fuit, ut habetur in ejusdem Urbis Chronico Tomo XV. Rer. Italicarum: *Che nessuna persona in Siena, o nel Contado, potesse prestare a Usura per nessun modo, se prima non si facesse scrivere nel Libro detto Usurajo di Biccherna, a ciò deputato.*

Quantum Usurarum eis rependeretur, etiam accipe. Quum primum pecuniam mutuabant, mutuum non ultra sex menses perduraturum erat, ac pro semestri illo pecuniam accipiens *Donum* Foeneratori conferebat, quod computabatur in sorte. Post exactos sex menses si mutuum debitor minime reddebat, tunc *pro damno & interesse*, secundum pacta persolutorus erat *quatuor denarios pro qualibet libra singulis mensibus*, aut (quod idem fortasse fuit) *quatuor Imperiales*

A *pro qualibet libra grossa singulis mensibus: qui solidi non computentur in sorte.* En exemplum. Anno MCCLXIV. die V. Aprilis Jacobus Fasaninus Bononiensis, Mutinae habitator, mutuo accepit *libras XX. & denarios VI.* monetae Mutinensis, restituendas exactis sex mensibus proxime venturis, computato *Dono* in his in sorte secundum formam Statuti Communis Mutinae. Ita sub nomine *Doni* palliabant Usuras sex iis mensibus rependendas, immo jam ante persolutas, & cum sortis massa conjunctas. Quum praescripto tempore is ad pecuniam reddendam segnem se praeberet, re ad Judices delatâ, damnatus fuit Anno MCCLXX. die Mercurii XI. exeunte *Madio*, idest die XXI. ad solvendas libras XLIV. Mutinensis pecuniae; *Videlicet XX. libras Mutin. & VI. denarios Mutin. pro pura sorte: & XXIV. libras Mutin. pro legitimis accessionibus dictae sortis, dampno & interesse ipsius, ad rationem IV. denariorum pro qualibet libra, secundum formam Statuti Communis Mutinae; & XII. libras pro expensis factis dicta occasione &c.* Habemus haec, libras XX. & denarios VI. per annos sex & dies XVI. reddidisse Usurae nomine libras XXIV. atque adeo, si bene rationes conficere novi, summa centum librarum singulis annis pariebat Usuram sive proventum librarum viginti. Miraris? Detestaris? At major tibi mirandi & execrandi causa erit, si quae Matthaeus Paris in Histor. Anglic. refert ad Annum MCCXXXV. legas & recogites. Exhibet ille formam Chartae, per quam à Caurfinis Foeneratoribus obligabantur eo tempore in Britannia debitores. Nisi enim debitor ad statutum terminum pecuniam acceptam redderet, persolutorus erat *pro Usura per singulos menses duos,*

pro

pro singulis decem Marcis unam Marcam, pro recompensatione damnorum; quae damna & expensas ipsi Mercatores ex hoc possent incurvere: ita quod damna & expensae & sors cum effectu peti possint, & expensae unius Mercatoris cum uno equo & cum uno seruien- te, ubicunque fuerit Mercator, usque ad plenam solutionem omnium praedi- forum &c. Plura ne pete ad dignoscen- dam ejusmodi hirudinum immanem rabiem. Et nihilo secius, ut nuper vidimus, Statuto Mutinensium proba- batur foenebris quaestus viginti libra- rum pro centum libris quotannis: adeo incomposita corruptaque erant Secula illa. Ita in Statutis Veronen- sibus Anni MCCXXVIII. ab amico meo Campagnola paucos ante annos evulgatis Cap. 26. decretum est, ut de Usuris futuri temporis fiat ratio usque ad quantitatem XII. librarum & dimi- diae pro centenario, & creditores dare teneantur dilationem unius anni debito- ribus solvuntibus Usuras illius anni fu- turi &c. Et si ultra dictam quantita- tem XII. librarum & dimidia creditores sub aliquo modo seu ingenio acceperint, id totum in sortem computetur. Quamquam constantes in ejusmodi deliramento homines nequaquam e- rant; nam quod aliqua necessitate fradente de Usuris statuebant, etiam si legis divinae praeceptis adversantes, sublata necessitate continuo infringebant. Addere lubet, quid Anno MCCCXXVII. in suis Legibus Mu- nicipalibus MStis decreverit hac de re Populus Mutinensis. Omnia, in- quiunt, praecepta & instrumenta facta à duodecim annis citra de dando ali- quam quantitatem pecuniae alicui ex a- liqua causa, intelligatur, tantum quar- tam partem ipsius quantitatis esse veram sortem, si creditor tempore dicti praecep- ti & instrumenti erat Usurarius, si

A probabitur contra ipsum per quatuor tes- tes Cives & habitatores Mutinae fide dignos, qui dixerint testificando per pu- blicam vocem & famam, ipsum talem fuisse Usurarium, vel accepisse ab eo- dem pecuniam sub Usuris ad rationem mensis & librae, vel eidem solvisse U- suras vel per se, vel per alium &c.

B Praeterea tot poenis & maledictis in blandum hoc furum genus certa- runt deinde sacra Concilia, Regesque ac Principes, ut eorum genus, si minime aboleverunt, certe mirum in modum enervarint. Neque enim & inter Catholicos hodie desiderantur, qui foenori suam exponunt pecu- niam; sed plerique ementitis titulis, & clam id faciunt, veriti ne nimium

C lucrum ex eorum Usuris detestis Principes & ipsi, sed justius, capiant. Quod enim est ad Leges divinas, haec Avari contorquent, emolliunt, interpretantur, nullamque suis studiis adversari facile demum sibi persua- dent. Denique ut hoc etiam addam, Prestave dicebantur Foeneratores, seu Prestave ad Usura, verbo antiquo si- gnificante Mutuo dare, & Commodare:

D cujus est mentio in Codic. Theodo- siano & Justiniano, & apud Salvianum, Optatum Milevitanum, & in Capitularibus Caroli M. Accommodare etiam dixerunt, eaque voce usi sunt & Galli, à Latino Commodo, sive ut significarent ad commodum accipientis dare. Qui verò pecuniam recipie- bant, Improntare dicebantur, uti e-

E xempla in Vocabulario Florentino adducta ostendunt. Postrema vox è Gallia, ubi Emprunter idem sonat, in Italiam penetravit, à mercatori- bus inventa; sed nunc omnino anti- quata, atque ab Italice scribentibus repudiata. Fureterius de illa voce haec habet: Ce mot vient d'Imprestave, mot de la basse Latinité, qu'on a dit

dit dans le même sens. Du-Cange. Affentiri non possum. Diversa plane sunt *Imprestare* & *Improntare*, tum ratione literarum, tum significatione. Illud enim *dare*, hoc *accipere* indicat. Nata videtur vox *Emprunter* & *Improntare*, ex *in promptu*, idest *trovar pronto*, *ricevere prontamente il danaro*: quippe in foenebri officina perentibus, & cautionem idoneam praebentibus, parata semper pecunia erat. Ceterum *in pronto* cum *Imprestare* similitudinem quampiam gerit: nam *prestio* significat etiam *Pronto*, *Apparecchiato*. Et quidem ex Italica Lingua excidit peregrinum illud *Improntare* ad significandum *Prendere in prestito*, *Pigliare ad usura*. Sed perdurat *Improntare* pro *Effigiare*, unde *Imprenta*, *Impronta*. *Imprenta* quoque & *Imprentare* à Dante, aliisque antiquis usurpatum fuit, more videlicet Gallorum, quibus est *Empreinte*. Non alia origo vocis fuisse videtur, quàm Latinum *Imprimo* foedissime corruptum, quasi *Imprimo* daret *Impromisi*, *Impromptum*, & ex *In* & *Premo* exurgeret *Impremisi*, *Impremtum*. Haec obiter.

In desuetudinem abiere publicae inter Catholicos Foeneratorum mensae. Attamen alterum hominum genus arti eidem addictorum successit, atque ex iis complures Italia multis in locis alit. *Judaeos* significare volo, de quibus etiam mihi est aliquid differendum. Gentem hanc antiquis Saeculis late per totum Romanorum Imperium in Oriente & Occidente diffusam ac propagatam novimus, ita ut Rutilius Numatianus ineunte Saeculo Christianae Aerae Quinto de eorum copia ac viribus conquereret, scribens in Itinetario:

*Latius excisae pestis contagia serpunt,
Victoresque suos Natio victa premit.*

A Propterea sunt de iis Leges non paucae in utroque Codice Theodosiano & Justiniano, ut alia eorum temporum monumenta praeteream. Judaeos aeo suo Bononiae commorantes memorat Sanctus Ambrosius in Lib. de exhortat. Virgin. Mediolani quoque, atque in aliis compluribus Civitatibus id hominum genus abundasse scribit in Epist. XL. ad Theodosium Augustum. Saeculo VII. & subsequen-
B tibus non paucos illorum greges Hispania nutriebat, Sardinia, & Gallia. Monachus Sangallensis Lib. I. Cap. 18. de Gest. Caroli M. commemorat quemdam Judaeum mercatorem, eidem Carolo familiarem, qui
C *Terram repromissionis saepius adire & inde ad cismarinas Provincias multa pretiosa & incognita solitus erat afferre*. Immo Ludovico Pio Augusto imperante, multa Judaei ausi sunt Lugduni, ubi eorum ingens copia erat; propter quae Agobardus Archiepiscopus Librum, quem nunc evulgatum habemus, scripsit ad Imperatorem ipsum *de insolentia Judaeorum*. Adversus eosdem etiam infur-
D rexit Amulo Agobardi successor in Cathedra Lugdunensi, edito Libro, quem Rhabano Mauro Petrus Chiffletius immeritò tribuit. Il verò, quum in Gallia mercaturam studiosissime facerent, in Capitulari Caroli Calvi Regis, edito per Sirmondum & Baluzium, ubi *de Negotiatoribus* agitur, jubentur *decimam dare, & Negotiatores Christiani undecimam*. Judaeos quoque Anno MCCXC. Lutetiae Parisiorum foenori dedisse pecuniam, memoriae prodidit Johannes Villanius Lib. 7. Cap. 142. Historiae. Neque minor in Britannia atque Germania eorum turba antiquitus numerabatur; & quo tempore flagrarunt
E Crucesignatorum expeditiones in Orien-

xientem; quo etiam tempore, idest Anno MCCCXX. Pastorelli in Gallia tumultuati sunt, teterrimae adversus eos Populorum seditiones excitatae sunt, ita ut caedes eorum sedari vix potuerint. Ad Italiam verò quod attinet, post inuestos etiam Barbaros sua quoque Judaeis sedes heic fuit. Memorat Cassiodorius, Theoderico Rege regnante, Judaeos Mediolani, Genuae, & alibi agentes, quibus idem Rex privilegia confirmavit. Legge Epistolam 37. Lib. 5. scriptam *Judaeis Mediolanensibus*, ubi praecipit: *ut religionis cultu, ita & aetuum sint conversatione discreti*, idest Ecclesiastici a Judaeis discreti sint. Et Chronici Mediolanensis MSti Anonymus Auctor (fortasse Gualvaneus della Flamma circiter Annum Christi MCCCXXX.) haec aliter olim legebat. Quippe Theodericum Regem scripsisse tradit: *Judaeis in Civitate Mediolani commorantibus praecipiendo mandamus, ut sicut Religionis cultu, ita & habitu sint & conversatione discreti*. In Sicilia quoque ab antiquis Seculis sedem fixerant, ac sub Arabum etiam regno retinere. In Sardinia, Neapoli, Terracinae, Lunis, sedente Gregorio M. Papa, habitabant; Romae verò nunquam desit vetustissima illorum colonia, & quidem non mediocri. Cassiodorius idem eos Romae degentes exhibet. Et Henricus V. Rex Romanorum Anno MCXI. intrans Urbem ante portam à Judaeis, in porta à Graecis cantando exceptus fuit, uti scribit Petrus Diaconus Lib. 4. Cap. 37. Chronici Casinensis. Ipsique Judaei Alexandro III. summo Pontifici Anno MCLXV. ad Urbem redeuntibus obviam profecti sunt, una cum *Signiferis, Stratoribus, Scriniariis, Judicibus, Clero, &c. de more Legem suam deferentes in brachiis.*

A Nullus dubito, quin & aliae Civitates Italicae, ejusmodi gentem in sino suo olim complecterentur, quum & Mutinae ad Annum MXXV. in Charta Ingonis Episcopi evulganda in Dissertatione XVIII. *de Republica*, memorari videam *Decimam illam, quam tenuit Ardingus Judaeus in Saliceto*. Lucensi quoque in Urbe sub initium Saeculi ejusdem XI. ad Sanctum Simeonem Eremitam illac transeuntem *plures Judaeorum tunc convenerunt*. Miraculo viso, *mane facto ex tota illa Civitate quicumque Hebraei pavore concussi in unum conveniunt, & exhortante illos Christi viro Simeone, & Christum Dei Filium crediderunt*. Idcirco per omnes Civitatis Ecclesias signa (idest Campanae) *pulsata suere*. Anno quoque MCCLXXXII. ingredienti Petro Aragonensium Regi Messanensem Urbem occurrerunt *Judaeorum Sinagogae Legem aperientes*, ut scribit Bartholomaeus de Neocastro Cap. 53. Histor. Siculae, Tomo XIII. *Rerum Italicarum*. Neque deerat Ferrariae ejusmodi gens eodem Seculo Christi XIII. Immo tanto Populus Ferrariensis patrocinio illam prosequabatur Anno Christi MCCLXXV. ut pro *absolutione, liberatione, & immunitate factis Judaeis Ferrariae per Jacobinum Guardoli Vicarium Domini Guilielmi de Lambertinis Potestatis Ferrariae, decretum confirmationis emiserint tantum roboris, ut (quod mirere) de hoc Potestas Ferrariae, qui est, vel erit, & eorum Judices & Assessores, sive Vicarii, non possint absolvi per Dominum Papam, seu per Dominum Obizonem Marchionem Estensem, nec per aliquam aliam personam*. Usuris autem illos, uti nunc in nonnullis Italiae Urbibus, ita & olim operam dedisse, conjicere possumus ex verbis Leonis Ostiensis, qui Lib. 2. Cap. 43. Chroni-

nici Casinensis, inter dona ab Henrico I. sancto Imperatore Casinensi Coenobio collata hoc etiam commemorat: *Recollegit praeterea a Judaeis vestem unam de Altario Sancti Benedicti, quae quondam fuerat Caroli Regis, quam iidem Judaei retinebant in pignore pro quingentis aureis.* In Vita Sancti Nili Calabri, qui Saeculo X. Christi floruit, edita à PP. Martene & Durando in Veter. Scriptor. Tom. 6. occisus traditur in Castro Bisignano ab adolescente quodam Hebraeus rediens è negotiatione. Captus homicida, traditur Judaeis, ut pro interfecto homine crucifigatur. Verùm Sanctus Nilus occurrit, legem nescio quam Jurisperitis illis objiciens, quae praecipit pro septem Judaeis unum Christianum mori. Ita postremo supplicio hominem subduxit.

An externum aliquid Judaeos antiquitus distingueret à Christi Fidelibus, incompertum est mihi. Quod tantummodo animadverti, Anno MCCXXI. teste Richardo de Sancto Germano, Fridericus II. Augustus in Sicilia statuit contra Judaeos, ut in differentia vestium & gestorum à Christianis discernantur. Ita in Ravennate Synodo, habità Anno MCCCXI. Judaeis certum signum, ut à Christianis possint discerni, deferendum statuitur; nec recipiantur alicubi ultra mensam ad habitandum, nisi in locis, in quibus habuerint Synagogam. Alia eorum vestigia & alibi occurrunt, atque in iis ipsis Civitatibus, in quibus nunc habitare non sinuntur, uti Bononiae factum Historia illius Urbis testatur. Quod si nunc in aliis compluribus Italiae Urbibus recitata gens abundat, id potius Hispaniae, quae onus ejusmodi a se amorum in nos effudit, est tribuendum. Nam Anno MCCCCXCII. jussu Ferdinandi, ac

Tom. III.

A Ifabellae Regum ejusmodi progenies in immensum aucta, ex finibus universae Hispaniae deturbata est. Teste Marianà Lib. 26. de Rebus Hispan. centum & septuaginta familiarum millia verterunt solum: quidam ad octingenta millia capita secessisse ajunt. Ex Hispania verò solventes, Africam, Italianam, & Orientis oras tenuerunt, ad B quas copiarum Hispaniae magnam partem aurum, argentum, gemmas, vestesque pretiosas detulere. Quanta tunc inhumanitate habita fuerit misera gens, poteris ediscere ex Opusculo Tristani Caraccioli, quod evulgavi Tomo XXI. Rer. Italicarum. Hispanos deinde aemulatus Anno MCCCCXCVI. Emanuel Lusitaniae Rex è C ditione sua Judaeos & ipse proscripsit. Itaque profugum hoc hominum genus, quod secum pretiosa deferret, eorumque non mediocrem portionem Principibus ac Urbibus Italiae dimitteret, aliaque iis emolumenta in posterum polliceretur, si apud eos sedem impetraret, faciles in hanc rem Principum aures invenit: fixitque D pedem, & adhuc retinet, non paucis in locis. Ii verò quum possunt, foenus enorme in Christianos exercent, & alicubi etiam nummularias mensas palam habent: quae ars inter eos antiquissima est, ut ex Dialogis Palladii, & ex Histor. Orientali Jacobi de Vitriaco, aliisque Scriptoribus elucere potest. Et illos quidem deterruit non semel suis edictis Ecclesia, ac praecipue, ut alia omit- E tam, Concilium Generale Lateranense Quartum Anno MCCXV. celebratum, ubi Canone 68. haec legas: Quanto amplius Christiana Religio ab exactione compescitur usurarum, tanto gravius super his Judaeorum perfidia inolefcit, ita quod brevi tempore Christianorum exhauriunt facultates. Quapropter C

pter

pter ufuras extortas repetendas esse ab eis decernitur, Principibusque mandatur, *ut à tanto gravamine Judaeos studeant cobibere.* Verùm furdis cecinere Patres, & canunt adhuc. Alicubi etiam Judaeos cernimus publica vectigalia conducere: quod negotium antiquis etiam Seculis familiare iis fuit. Tolerabantur etiam à Principibus eo praecipue titulo, quod in publicis ac privatis necessitatibus pecuniam foenori ministrarent, & majori pretio quàm reliqui vectigalia Fisci conducere solerent. Certe eos inter Publicanos recenset Amulo Lugdunensis Archiepiscopus nuper memoratus Cap. 42. contra Judaeos scribens: *Quidam ipsorum, qui in nonnullis Civitatibus illicite constituuntur, solent in remotioribus locis Christianos pauperes & ignaros pro eodem teloneo acriter constringere, deinde ut Christum negent persuadere.* Rursus nostrorum temporum Judaeos irrepere videmus in quascumque Christianorum domus pos-

A sunt, operam suam locantes ad justa atque interdum ad injusta negotia. Idem olim factum animadvertere possumus: nam Chilperico Francorum Regi Anno Christi DLXXXI. ejusmodi fuit *Judaeus, Priscus nomine, qui ei ad species cõmendas familiaris erat,* uti memoriae prodidit Gregorius Turonensis Lib. 6. Cap. 5. Histor. Franc. Neque illud est omittendum; quae regio in Urbibus ad habitandum Judaeis concessa, *Ghetto* à nobis appellatur, olim *Judaea, Judaica, Judaearia, &c.* appellabatur. Hinc enatum nomen *Guidecca*, quod Venetiis adhuc viget, quamquam plerisque ejus origo ignota sit: uti & Ferrariae, qua in Urbe *la Zuecca* celebris aequae est. Testes hujus moris & vocis dabo ex Chartophylacio Salernitani Archiepiscopii tabulas, è quibus etiam discas, multis tributis oneratam olim fuisse Salerni Judaeorum gentem.

Rogerus Dux Apuliae, filius Roberti Wiscardi Ducis, Judaicam
& Judaeos Salernitanae Civitatis incolas dono dat Alfano
II. Salernitano Archiepiscopo, Anno 1090.

I N nomine sancte & individue Trinitatis. Rogerus divinâ favente clementiâ Dux, quondam bone memorie Domini Roberti gloriosissimi Ducis heres & filius. Si divinum cultum, & sancte Ecclesie honorem atque utilitatem debita reverentia & ordine digno attendimus, profectò tota devotione circa Sanctam Dei Ecclesiam diligentissimam curam & solatium adhibere debemus, ut tanto nos superna pietas gratius protegat, quanto ferventius suam Ecclesiam pro viribus exaltare atque tueri satagemus. Idcirco pro amore omnipotentis Dei & Domini nostri Jesu Christi, & san-

D te ejus Genitricis & Virginis Marie, & beati Apostoli & Evangeliste Matthei, & pro redemptione anime presati genitoris nostri, & anime Sicelgaite matris nostre, & pro salute anime nostre, atque tutela status nostre Reipublice, concedimus in sacro Salernitano Archiepiscopo, cui nunc Dominus Alfano Secundus gratiâ Dei Archiepiscopus preest, totam Judeam hujus nostre Salernitane Civitatis, cum omnibus Judeis, qui in hac eadem Civitate modo habitantes sunt & fuerint, aut undecunque huc advenerint, exceptis illis, qui de Terris, que
sub

sub dominio nostro sunt, huc adven-
nerint, & illis, quos huc tantum
ego conduxero. *Ea ratione*, ut sem-
per sint juris & ditionis ipsius Sa-
lernitani Archiepiscopii: & cuncta
servitia, & census, & plateaticum,
& portulaticum, & portaticum, in-
trando & exeundo, & dationes, &
quidquid nobis, nostrisque successo-
ribus, & parti nostre Reipublice da-
re, facere, & persolvere debent; vel
quocumque modo in ipsis, & in re-
bus eorum nobis & nostre Reipubli-
ce aliquid pertinet, vel pertinuerit,
ipsi Domino Archiepiscopo atque suc-
cessoribus, & parti ipsius Archiepi-
scopii dent, faciant, & persolvant,
atque pertineant. *Hoc autem de illis
dicimus, qui heic habitantes sunt &
fuerint, secundum quod superius dictum
est. Et concedimus in eodem sacro Epi-
scopio omne, quod de Saumis Olei, que
ad hanc Civitatem undecumque adven-
erint, pars nostre Reipublice, ejusque Mi-
nistri, more solito exigere debent & de-
buerint: ut similiter semper sit juris &
ditionis ipsius Archiepiscopii. Et ipse
Dominus Archiepiscopus ejusque successo-
res & pars ipsius Archiepiscopii illud
exigant & percipiant, & exigere &
percipere faciant, eo videlicet more &
ordine, ut si una Sauma Olei fuerit,
pars ipsius Archiepiscopii unum justum
Olei Sextarium de ea percipiat, & per-
cipere faciat: & si plures fuerint, de
singulis Saumis praeter de una una sin-
gula Sextaria accipiat justo Sextario,*
cum quo per hanc Civitatem venundabi-
tur. Et neque à nobis, nostrisque suc-

A
cessoribus, neque à nostris Judicibus, Co-
mitibus, Castaldis, aut à quibuscumque
Astoribus nostre Reipublice, seu aliis
quibuslibet, in quibus ipse Dominus Ar-
chiepiscopus, ejusque successores & partes
Archiepiscopii habeant eis, que, ut di-
ctum est, in prefato Archiepiscopio con-
cedimus, quolibet tempore aliquam con-
trarietatem: sed in perpetuum ea omnia
B
securiter habeant & faciant ex eis in
supradicta ratione & ordine, quod vo-
luerint, omni publica & aliorum homi-
num contradictione remota. Quod si quis
forte temerario ausu hujus nostre conces-
sionis quolibet tempore violator extiterit,
sciat se compositurum auri purissimi Li-
bras ducentas, medietatem Camere no-
stre, & medietatem partibus ipsius Ar-
chiepiscopii. Et hec nostra concessio sem-
per firma & inconcussa permaneat.

C
Textum hujus nostre concessionis scri-
bere precepimus tibi Grimoaldo Notario
nostro, Anno Dominice Incarnationis
MXC. Ducatus autem nostri Quinto,
Mense Julio, XIII. Indictione.

✠ Ego Rogerius Dux me subscripsi.

D
✠ Ego Robertus Wiscardus frater
Ducis subscripsi.

E
Ad eundem Annum spectat alte-
ra Charta, quam ex Tabulario Mo-
nasterii Benedictinorum Sancti Geor-
gii Venetiis depromsi. Illustrem heic
habet memoriam tum piae munifi-
centiae, tum potentiae Venetae, cui
in ipsa Civitate Constantinopolitana
erant fundi vel Anno MXC. Praete-
reaque deprehendas, Constantinopoli
quoque Judecam fuisse.

Vitalis Faletrus Venetiarum & Dalmatiae Dux Monasterio Veneto
Sancti Georgii Majoris donat Terras & domos in Urbe
Constantinopolitana positas, Anno 1090.

IN nomine Domini Dei ac Salvatoris
nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnacione ejusdem Redemptoris nostri Millesimo Nonagesimo, Indictione XIII. Ri-
voalti. Omnes Christi fideles, secularibus
curis deditos, operam Dei extollere in-
dustria oportet, quatenus tale aliquid a-
gant, quo se eterne remunerationis pre-
mium adepturos confidant. Igitur nos
quidem Vitalis Phaletrus de Domini
Dei gratia Venetiarum & Dalmatie
Dux, & Imperialis Prothoservas, &
una cum nostris Judicibus, & aliis bo-
nis hominibus nostris fidelibus, cum no-
stris successoribus & heredibus, nullo
penitus cogente aut suadente aut vim
inferente, sed juste voluntatis constitu-
tione, & oratione Abbatis & Mona-
chorum ejus commoti, optima & spon-
tanea nostra voluntate, pro remedio a-
nime nostre, tempore Domni Karimani
venerabilis Abbatis Monasterii beati
Georgii, damus, donamus, concedimus,
& contradimus, offerimus, ac trans-
feramus eidem Monasterio beati Georgii,
aut prenominato ejus Abbati Karimano,
suisque successoribus in perpetuum, tan-
tum de nostris proprietatibus Terrarum
& Casarum, coopertis ac discoopertis,
positis infra Urbem Constantinopolita-
nam, quarum nos ab Imperatore inven-
imus Cartulas..... quantum continet
à comprehenso Saro Vigle, qui percurrit
ad Portam usque ad Judecam, extra
illud totum, quod nos datum habemus
ad Monasterium Sancti Nicolai per Car-
tulas firmitatis, sicut in eis legitur.
Scilicet damus in prefato Monasterio San-
cti Georgii ipsam Capyllio situm juxta
latus de superscripto Saro Vigle, sicut

A tenet uno ex capite in ipso nostro deam-
bulo, atque cum tota longitudine sua &
latitudine, cum capitibus & lateribus
suis, nec non totis suis habentiis &
pertinentiis ab intus & foris, sicut se-
cundum quod vobis advenit à prenomi-
nato Imperatore. Etiam damus Ergaste-
rium unum situm juxta latus de preno-
minato Capyllio, sicut respicit ejus frons
B in jam dicto nostro deambulo. Secun-
dum Ergasterium similiter damus, quod
est positum juxta proprietatem, que tunc
fuit Dominici Bernardi ex alio latere
firmante in proprietate, que nunc est
Sancti Nicholai. Tertium quoque Erga-
sterium similiter transferamus, sicut est
situm juxta ipsum Ergasterium, quod
tunc fuit Ursonis Drungarii, altero ejus
latere firmante juxta ipsum Sarum....
C Hoc namque totum, ut dictum est, à
comprehenso dicto Saro, usque advenien-
te ad prefatam Judecam, secundum quod
nunc adesse videtur. Totum sicut est po-
situm de Contrata Stamno. Omnia in
omnibus sicut designatum est, cum toto
suo edificio petriño & ligneo, cooperto
vel discooperto, cum suis solariis, in
D quantum se ibi comprehendit, cum ac-
cessu & egressu suo, cum omnibus suis
habentiis & pertinentiis ab intus &
extra, sicut predesignatum est, trans-
ferre in prefato Monasterio Sancti Georgii,
suique prenominati Abbatis, & ejus
successorum, plenissimam perpetuo damus,
concedimus, & offerimus potestatem, se-
cundum quod dicimus, & ab prememo-
E rato Imperatore Alexio nobis advenit
per jam dictas Imperiales Cartulas, ut
in eis continetur. Et secundum quod ad
nostrum jus hactenus possessum fuit, eo
modo,

modo, ut predefignata est, transacte permaneat in vestra potestate habendi, tenendi, Ergasteria construendi, laborandi, regendi, meliorandi, & in perpetuum possidendi. Minime autem ab ipso Monasterio subtrahendi vel alienandi in aliam partem, sed ad salvationem & utilitatem ejusdem Monasterii in perpetuum permanendi. Veruntamen statutum est inter nos & vos, & pre-nominatum Domnum Karimanum Abbatem, ut ipsa Scala, que dicitur Scala major, quam ad nostrum usum retinuimus, semper habeat ascensum & descensum, sine vestra & successorum vestrorum contradictione. Unde promittentes promittimus, ut nullo unquam tempore contra presentis oblationis Cartulam, quam bono fecimus animo, ire debeamus, nec per nosmetipsos, neque per nostros successores aut heredes, quia in legibus cautum atque preceptum est, ut id quod semel datum, vel donatum, aut oblatum fuerit, nullo modo revoce-tur. Hec omnia observari & adimpleri promittimus. Et vos, Domne prenomi-nate Karimane Abbas, & vestri suc-cessores observare debeatis in perpetuum hoc, quod inter nos statutum habemus, ut supra legitur de prefata Scala. Quod si quocunque tempore contra hanc obla-tionis Cartulam ire temptaverimus, aut aliquid inde subtrahere vel minuere pre-sumpserimus, vel aliquid retro donum aut meritum inde inquiserimus, nec nos observare, ut dictum est, de jam dicta Scala, tunc non solum reatum mendacii incurramus, verum etiam prestitutum solvere promittimus cum nostris suc-cessoribus aut heredibus in superscripto Mo-nasterio Sancti Georgii, & predicto Ab-bati Karimano & successoribus ejus au-ri Libras decem. Et hec presens obla-tio & allegatio Cartule infrascripto or-dine ex utraque parte in sua semper maneat firmitate.

A
 Quam scribere rogavimus Andream
 Presbiterum Marinacensem Notarium, &
 Sancti Johannis Baptistae Plebanum, in
 Mense & Indictione superscripta XIII.
 Ego Vitalis Falerno Dei gratia Dux.
 Ego Johannes Baduario Judex.
 Ego Baduarius Aurio Judex.
 Ego Heinricus Mauroceno Judex.
 Ego Johannes Gradonico Judex.
 B
 Ego Vitalis Adoaldo.
 Ego Aurio Basedello.
 Ego Berengerius.....
 Ego Cornuino DaMulino.
 Ego Stephanus Lugareffi.
 Ego Bonfilius Pepo.
 Ego Johannes de Arbore.
 Ego Sebastianus Caucanino.
 Ego Dominicus Paulo.
 C
 Ego Marcus Maripetri.
 Ego Johannes Rapedollo.
 Ego Johannes Greculo.
 Ego Dominicus Roso.
 Ego Fiolarius Flabianibus.
 Ego Petrus Baduario de Spinale.
 Ego Dominicus Basilio.
 Ego Petrus Cerbano.
 Ego Johannes Miliano.
 D
 Ego Petrus Mauro.
 Ego Baduario Bragadeno.
 Ego Sebastianus Cornario.
 Ego Bonfilio Rolano.
 Ego Johannes Sgaldatrio.
 Ego Dominicus de Canali.
 Ego Stephanus Mauro.
 Ego Johannes Pantaleo.
 Ego Tribuno Carozo.
 E
 Ego Dominicus Zuliano.
 Ego Dominicus Michaël.
 Ego Ambrosius Justo.
 Ego Johannes Navigajoso.
 Ego Fuscari Fuscarini.
 Ego Joannes Fuscari.
 Ego Dominicus Superantio.
 Ego Petrus Contaveni.
 Ego Petrus Galbani.
 Ego Stephanus Ciani.

Ego

Ego *Trasavidus Gonio Gamvastrica*.
 Ego *Petrus Barzigessus*.
 Ego *Dominicus Nanno*.
 Ego *Johannes Donno*.
 Ego *Petrus Bembo*.
 Ego *Petrus Macciamano*.
 Ego *Joannes Aderaldo*.
 Ego *Vitalis Vitaliano*.
 Ego *Andreas Michaël*.
 Ego *Petrus Mauvoceni*.
 Ego *Dominicus Bornaso*.
 Ego *Joannes Monecario*.
 Ego *Joannes Calvo*.
 Ego *Petrus Grecus*.
 Ego *Petrus Justo*.
 Ego *Dominicus Contareni*.
 Ego *Vitalis Michaël*.
 Ego *Dominicus Quirino*.
 Ego *Johannes Feulo*.
 Ego *Joannes Muncianico*.
 Ego *Petrus Ruybolo*.
 Ego *Petrus Campulo*.
 Ego *Dominicus Calvo*.
 Ego *Petrus Sipilcicus*.
 Ego *Urso Gonio*.
 Ego *Mauricialis Mauvoceni*.
 Ego *Manifredo Mauvoceni*.
 Ego *Petrus Mauvoceni*.
 Ego *Dominicus de Ponte*.
 Ego *Petrus Greculo*.
 Ego *Vitalis Dondi*.
 Ego *Joannes Gorio*.
 Ego *Dominicus Gremani*.
 Ego *Stadio Praciolani*.
 Ego *Michaël Papacilla*.
 Ego *Vitalis Istrico*.
 Ego *Joannes Cupo*.
 Ego *Foscarus Michaël*.
 Ego *Badoavius Bonoaldo*.
 Ego *Dominicus Avhani*.
 Ego *Maurus Maripetro*.
 Ego *Joannes Borboni*.
 Ego *Felix Barbaromani*.
 Ego *Vitalis Zopulo*.
 Ego *Petrus Carofus*,
 Ego *Dominicus Regini*.

A Ego *Florentius Juliani*.
 Ego *Marinus de Borea*.
 Ego *Joannes Vassallo*.
 Ego *Martinus Nanno*.
 Ego *Dominicus Bonoaldo*.
 Ego *Leo Sanudo*.
 Ego *Henricus da Ponte*.
 Ego *Joannes Guriani*.
 Ego *Bonofilio Aurifex*.
 B Ego *Joannes Gregorius*.
 Ego *Joannes Martinacus*.
 Ego *Petrus Marcello*.
 Ego *Faletro*.
 Ego *Dominicus Ruybolo*.
 Ego *Dominicus da Puteo*.
 Ego *Joannes Daurp*.
 Ego *Petrus Salomone*.
 Ego *Vitalis Calvo*.
 C Ego *Petrus Michaël de Capite Ri-
 voalto*.
 Ego *Petrus Bonoaldo*.
 Ego *Petrus Gradonicus*.
 Ego *Dominicus Baduavie de Spinali*.
 Ego *Petrus Carofus*.
 Ego *Stefanus Zopulo*.
 Ego *Marco Ciani*.
 Ego *Petrus Faletro*.
 D Ego *Leo Belligno*.
 Ego *Dominicus Regini*.
 Ego *Gregorius Magno*.
 Ego *Dominicus Vitali*.
 Ego *Dominicus Calbo*.
 Ego *Dominicus Quirino*.
 Ego *Stephanus Pontani*.
 Ego *Henricus Vitaliano*.
 Ego *Marinus Capellus*.
 E Ego *Fuscari Gauffoni*.
 Ego *Petrus Venerio*.
 Ego *Vitalis Massula*.
 Ego *Andreas da Puzgo*.

De altero hominum genere, quo-
 rum semen ac nomen adhuc in Ita-
 lia perdurat, hoc est de *Zingaris*,
 sive *Zingaris*, praedonibus nempe pla-
 cidis, regiones nostras infestantibus,
 infra erit mihi sermo in *Dissertatio-
 ne*

ne LIX. de Superstition. Nunc aliquid commentari juvat de alia impiorum hominum procella, quae Seculo XIV. in Italicorum sinu oborta, Populorum opes exhaustit, ingentesque calamitates attulit universae pene Italiae: De Societatibus, inquam militum praedonum, quae ab Etruscis Compagne, ab aliis Compagnie militarium virorum appellabantur. Comitumque etiam dicuntur in Literis Urbani V. Papae, & Gregorii XI. Scilicet ubi quis Princeps aut Respublica suum exercitum dissolvebat, milites tum equites tum pedites stipendio destituti, sub aliquo capite ac duce convenientes, Societatem quibusdam legibus contractam efformabant. Hanc praedonum hominum colluviem rapina una nutriebat. Modo agrum unius Urbis, modò alterius invadebant, praedam undique abducentes; domos igne vastantes; feminas raptas; quascumque vellent, secum trahentes; viros autem captivos ad libertatem suam pretio redimendam adigentes. Castella capta in solitudinem redigebantur: trepidabant & ipsae Urbes, vim ac barbariem ejusmodi sicariorum veritae; neque alia plerumque fuit eliminandae tam saevae tempestatis ratio, quam Legatis ad Societatem missis pacisci cum illa, ingentique datâ auri summâ in alienum solum propellere omnium inimicam gentem atque exlegem. Et sane conflabant ii non raro exercitum unicuique formidandum, quo confluebant ex omni gente viri, Germani potissimum, tum rex cunctorum nequam, & quilibet a patria sua proscriptus, impunitate Scelerum & aviditate praedae allectus, ut sileam calones, meretrices, & reliquum minorum latronum vulgus. Unde verò originem in Italia acceperint nefan-

dae istae Societates, si petas: respondeo, falli Odoricum Raynaldum in Analib. Ecclesiasticis ad Annum MCCC-LIII. num. 5. dum scripsit, *Monrealem equitem Rhodium fuisse primum socialium turmarum, quae postea Italiam universam & Gallias diutissime affligerunt, infelicissimum Ductorem.* Sed is excusandus, quod Matthaeum Villanum sequutus fuerit, qui paria tradit Lib. 3. Cap. 89. Ambo, inquam, falluntur; paecefferant enim alii tam detestabili exemplo. Ut enim omittam Societatem illam praedonum, conflata ex Italis & Catalanis, quae teste Johanne Villanio Anno MCCCII. Graeciam summo opere afflixit; ut etiam praeteream alteram similem Anno MCCCXXII. inchoatam, quae, uti idem Villanius scribit Lib. 9. Cap. 181. Senensem agrum invasit, & *faceasi chiamare la Compagnia: Loderisus Vicecomes Anno Christi MCCC-XXXIX. post proclamata pacem inter Venetos & Scaligeros, coacto exercitu ex militibus praecipue Germanis, a Mastino Scaligero dimissis, Mediolanensi agro, atque Azoni Vicecomiti bellum intulit. Et haec fuit prima Societas in Italia: ita legitur in Additamentis ad Histor. Cortusior. Lib. 7. Cap. 20. Tomo XII. Rer. Italicarum. Subdit Auctor ille: *Prob Italiae dolor & infamia! Sanctum autem nomen Societatis à proditoribus, raptoribus, adulteris, & furibus, hodie occupatur. Non erubescunt tam sacrum nomen antiquis venerabile prostituere!* Loderisii facinus sectatorem non multo post habuit *Guarnevium Ducem*, qui ex Germania in Italiam diu ante profectus. copias Germanicas a Florentinis & Pisanis dimissas conscribens, Anno MCCCXLII. immanem sensim armatorum Societatem conflavit; uti Pistoriensis Historiae Auctor pag.*

pag. 487. Tomo XI. Rer. Italicar. fidem facit ad Annum illum. Gualvaneus de la Flamma Historicus synchronus, Tomo XII. Rer. Italicar. pag. 1031. tradit, efformatam fuisse ejusmodi perditorum hominum Societatem Anno MCCCXLI. quo tempore (sunt ejus verba) *congregati sunt viri scelerati & pestiferi ex partibus Alamanniae, Italiae, Tusciae, qui dicti sunt Societas. Et fuerunt homines sine jugo, absque Rege, absque lege, viventes de rapinis, nulli parcentes aetati. Hi fuerunt viri instabiles, docti ad omne scelus, Civitates & Castra obsidentes.* Audi & Chronicon Mutinense Tomo XI. ejusdem Collectionis meae Rerum Italicar. ad ipsum Annum MCCCXLII. *Magna Societas Germanorum facta est trium millium & quingentorum bellatorum equitum & plurimum: ac mille puerorum, meretricumque, & inutilium aliorum castra sequentium erat turba ingens.* Vide & ad eundem Annum Chronicon Estense, & Annales Bononienses, idem testantes, ubi hujus Societatis duces primo fuisse traduntur *Hector de Panico, & Mazarellus de Cuzano*, tum *Guarnerius Dux Teutonicus*. Copiosior in dies facta illa grassatorum colluvies, ita ut appellaretur *magna Societas*, Senenses, Perusinos, Arretinos, Ariminenses, Caesenates, Mutinenses, Regienses, Mantuanos, aliosque Populos mirum in modum afflixit.

Succedere deinde aliae Societates ejusmodi praedonum, quarum ductores fuere *Monrealis* supra memoratus, Narbonensi in Gallia natus, & *Miles Sancti Johannis Hierosolymitani*: tum *Comes Landus*, *Comes Lucius*, *Anichinus*, aliique ex Germania ad nos devecti. E minore quoque Britannia per Romanum Pontificem accita pa-

rum dissimilis Societas, eodem Saeculo nefanda crudelitatis signa Caesensae ac alibi reliquit. Sed & ex ipsa majori Britannia Anglorum Societas in Italiam invecta sub *Johanne Aucuto* celeberrimo duce, varias & ipsa Provincias aerumnis cumulavit. Mitto reliquas ex Italicis, Germanis, Hungaris, aliisque gentibus constatas, quae identidem in Italia pullulabant, ac per reliquum Saeculi XIV. nunquam praedâ ac cedibus temperarunt. Benevenuto de Imola in Commentariis MStis ad Poëma Dantis, qui temporibus iisdem floruit, ad Cant. 12. vers. 74. in exclamationem istam erupit: *Proh dolor! in haec tempora infelicitas mea me deduxit, ut viderem hodie miseram Italiam plenam Barbaris & Socialibus omnium nationum. Haec enim sunt Angli, Alemanni furiosi, Britones bruti, Vascones rapaces, Hungari immundi. Qui omnes currunt in perniciem Italiae, non tam viribus, quam fraudibus & proditiionibus, Provincias vastando, & Urbes nobilissimas spoliando.* Vide Excerpta in hoc ipso Tomo a me publici juris facta. Et quoniam malorum quàm bonorum exemplorum apud corruptum genus hominum frequentior ac facilior est imitatio: ne intra ipsam quidem Italiam constitit nefandarum hujusmodi Societatum inventum. Earum fama ac felix progressus vix Gallorum aures pulsavit: quum perditii homines ibi quoque in animum induxere Italicorum gesta aemulari. Itaque e variis gentibus collectâ ingenti Societate innumera mala Gallicis Populis intulere, immo & usque in Hispaniam summâ audaciâ penetrarunt. Thomas Walsinghamus in Histor. ad Annum MCCCCLVII. ait: *Sub his diebus surrexit in Francia illa famosa Societas, quae*

quae Gens sine capite vocabatur: quae primo parva, postea magna aggressa, magnam Franciae partem occupans sine legibus, expulsis vel subactis locorum Dominis, subjugavit; evantque non tantum de una gente vel natione, sed de pluribus nationibus congregati. Famosa quoque apud Gallos evasit Societas Alba, & Societas Fortunae, uti apud nos Societas della Stella, Societas Albi, Societas Sancti Georgii &c. Sunt qui putant, atque inter alios Du-Cangius in Glossario Latino, ejusmodi Societatum aliquod exemplum Galliam dedisse, longe antequam ab iis misera discerperetur Italia; Saeculo enim XII. & XIII. apud Gallos, Belgas, aliosque finitimos Populos emersere Coterelli, qui & Brabantiones. Hi Ruptuarii, ac Ruptarii, saepius appellati sunt (unde postea Gallica vox Roturier) praedones nempe ex rure potissimum collecti, qui provincias populabantur. Hanc in rem multa coacervavit idem Du-Cangius. Verum si quid video, turmae quidem praedabundae fuerunt Ruptarii; sed inter eas ac Societates militum in Italia natas, plurimum discriminis intercessit. Neque enim ii unquam in exercitum justum, neque sub magni nominis Duce coaluerunt, neque de uno in alterum Comitatum progressi, Principibus ipsis metum incussere, Urbesve ad deditioem aut redemptionem coegere: Sed turmatim procedentes, latronum more, in privatorum casas & opes saeviebant. Quod summum est, ii profecto grassatores fuere, sed rustici, facileque a militibus vincendi. At societates Italicae pleraeque e veteranis militibus cogebantur, & in exercitum immanem crescentes, aut sibi aut aliis (hoc est ab aliis conducti) bella fortissime gesserunt. Quare nihil

Tom. III.

A veri videtur similius, Italica exempla peperisse in Galliis eodem Saeculo XIV. alias ejusdem furoris ac latrocinii Societates, quarum etiam mentionem habemus apud Matthaeum Villanum. Verum pestis haec in Italia eodem Saeculo, quo nata est, etiam evanuit. Nempe foedera Principum & Urbium, aut aurum oblatum, illorum furori finem fecit.

B Alteram nunc juvat commemorare alterius generis notissimam, simulque gravem antiquis Saeculis, sed nunc ignotam ferme apud Italos & paene extinctam. De Lepra loquor, omnium foedissimo morbo, quo immunes abibant, aut liberabantur (si Archigeni vetustissimo Medico fides) C qui levissimo antidoto se se muniabant, hoc est qui se se evirabant. Natale illius solum Aegyptus, Palaestina, Syria, aliaeque Orientis regiones fuisse videntur: sive quod pessimam illam scabiem aqua, aer, aut alimenta sponte generent, nutrantve: sive quod mundiciem minime curantes Populi semel infectam luem (utpote quae contactu, non secus ac vulgaris scabies & pestilentia, trahitur) D vigere sinant, fortasse vermiculis venenosis eam gignentibus, & per hominum incuriam ex infectis insanos repentibus. Theodosio M. imperante floruisse creditur Marcellus Empiricus. Hic Cap. 19. sui operis scribit: *Elephantiasis morbus est Aegyptiorum Populis notus, nec tantum in vulgus extremum, sed etiam in Reges ipsos frequenter irrepfit.* Et de Leproso quidem loquens Gregorius M. Papa Lib. 2. Homel. 39. in Evangel. de ipso ait: *Quem densis vulneribus Elephantinus morbus per membra foedaverat.* Satis liquet, vel ipsius antiquissimi Moysis aevo, ac per Saecula subsequuta, & Christo Domino in

D

terris

terris agente, ejusmodi morbo laborasse non paucos e Judaeis. Gregorii quoque Turonensis aetate eadem pestis Palaestinae Populum divexabat: describens enim Jordanem fluvium Cap. 17. de Gloria Mart. locum indicat, *in quo nunc Leprosi mundantur*. Infra addit: *De publico, dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt: sanati autem ad propria discedunt*. Porro obnoxii Leprae fuerunt Christiani etiam Occidentis per plurima Secula. Sive Italiam, sive Germaniam, Galliam, aut Britanniam spectes. Singulae istae regiones Elephantiasi (si tamen idem omnino morbus est) correptos homines non paucos fovebant: quod minime testibus confirmandum duco, quum prostant Acta Sanctorum a Patribus Societatis Jesu Anruerpiae collecta, celeberrimum ac summe utile Opus, ubi Leprosorum exempla in omni regione & cunctis paene Saeculis occurrunt. Proinde Fidelium Caritas olim miseris Leprosi hospitali domum a reliquis sejunctam parare consuevit. Sic apud Alamannos Sanctus Othmarus Abbas, apud Gallos Nicolaus Abbas Corbejensis, ut alios taceam, hospitium ejusmodi aedificaverunt. *Xenodochium* quoque *Leprosorum* commemorat idem Gregorius Turonensis Lib. de Gloria Confessor. Cap. 86. In Italia verò vix ulla erat Civitas, quae non aliquem locum Leprosi destinatum haberet, ubi publicis eleemosynis pauperes eo morbo tacti alebantur. Et quoniam apud omnes Populos cavebatur, ne se se Populo sano Leprosi immiscerent, ipsique Ecclesiae Principes aequum id ac necessarium non semel censuere: propterea fere semper extra Urbes statuebatur illorum Nosocomium. Non aliunde natum nomen *Lazzeretti*; ea enim loca Le-

A profis, non verò Peste correptis instituta primo fuere, & nomen postea translatum fuit ad domicilia, Peste afflatis inservientia.

B Mutinae extra Portam Bononiensem adhuc visitur hospitalis domus Sancti Lazari, ubi olim recipiebatur infelix hoc hominum genus. Audi quid habeat Statutum Reipublicae Mutinensis, manu exaratum Anno MCCCXXVII. Lib. 2. Rubric. 50. *Domus & Hospitalis Sancti Lazari sit sub potestate Communis Mutinae, &c. Et si aliqua persona de Districtu Mutinae efficeretur Leprosa, & propter paupertatem non posset habere pecuniam, propter quam recipitur in domo Sancti Lazari, Commune illius Plebatus, de quo esset illa persona recipienda, debeat solvere dicto Hospitali pro dicta persona decem Libras Mutinae*. Ita Hierosolymis, ac in aliis Civitatibus Leprosorum Nosocomia à Sancto Lazaro nomen accepere: idque adeo late invaluit, ut ipsi Leprosi *Lazari* appellarentur. E Vita Sancti Athanasii Episcopi Neapolitani, edita Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. scripta à Petro Subdiacono Neapolitano sub finem Seculi à Christo nato Noni, fortasse deducas, iis quoque temporibus *Lazarorum* nomen in usu fuisse. Laudat ille Urbem Neapolitanam, *in qua etiam indigenae & inquilini, non circumeundo domos in peregrinorum habitu stipem publice expetunt; sed loco, quo commorantur, omnia necessaria, quae desiderant animo, abundantissime percipiunt*. Id est, non peregrini tantum inopes, sed & inquilini egeni, eleemosynis Fidelium provide sustentantur. Addit: *Et juxta praeceptum Dominicum praedictae Urbis incolae potius Lazaros quaeritant, & exhibent largius, quibus indigent, quam inopes affluentium inquirant opes*. Hisce ver-

C

D

E

bis

bis credere par est, designatos fuisse Leprâ infectos, quos Neapolitanorum caritas quaeritabat, ut in eos effunderet suae misericordiae dona. Tibi tamen liceat accipere Lazaros istos pro quocumque Paupere ad imitationem Lazari Evangelici. Aliis vero temporibus, aliisque in Urbibus, publicae sanitatis cura, ac plurimum tutela, in caussa fuit, cur Leprosis aditus in Urbes negaretur, ne scilicet eorum contagio detrimentum reliquis sanis adferret. Idque constitutum ab ipso Deo Levitici Cap. XV. vers. 46. Neque secus factum Mutinae, uti constabit ex altero Reipublicae ejusdem decreto Lib. 2. Rubric. 61. *Nullus tabernarius hospitator, nec aliqua alia persona teneat, vel tenere permittat aliquam personam Leprosam in domo sua; nec Leprosi stare possint, nec debeant in Civitate Mutinae, vel in Burgis, vel venire aliquo tempore in Civitate, vel in Burgis, nisi in Hebdomada Sancta.* Et quia ne ipsi quidem Parochi audebant communicare cum periculosa hac gente, ipsa verò spiritualibus praesidiis destituta meritò suam sortem dolebat, à Romanis Pontificibus statutum est, ut eis proprium Parochum habere liceret. Ad haec, uti ex Lege 176. Rotharis Langobardorum Regis con-

A | stat, Leprosi ex Urbibus expellebantur, soli deinde habitare coacti, & tanquam capite diminutis, res suas alienare, aut donare non licebat. *Si quis Leprosus (sunt verba Legis ejusdem) fuerit effectus, & cognitum fuerit Judici & Populo, quia certa sit veritas, & expulsus sit à Civitate, vel à casa sua, ita ut solus inhabitet &c.* Quod si miseri panem mendicare cogebantur, mos fuit non accedere ad fanos, sed strepitu cujusdam ligni suae necessitatis conscios facere longe positos. Proinde Auctor Mamotrecti commemorat *instrumentum ligneum cum duabus, vel tribus tabellis, quas concutit Leprosus quaerendo panem.* Una infeliciam spes sita erat in lotione frequenti, quam in fluviis ac rivis aquae purae exquirebant. Ex hisce rivis uni decurrenti per Astensem agrum propterea nomen inditum olim fuit *Rivus Leprosorum*, uti patebit ex Diplomate spectante ad Monasterium Astense Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, situm duobus passuum millibus ab Urbe illa ad fluvium Tanarum. Eoque lubentius Diploma illud profero, quòd nullam viderim Coenobii illius mentionem apud Mabillonium in Annalibus Benedictinis.

B |

C |

D |

Berengarii II. & Adelberti Italiae Regum Diploma, per quod
Raimberto Abbati Astensis Monasterii Sanctae Mariae
omnia privilegia confirmant, Anno 952

I N nomine sancte & individue Trinitatis. Berengarius & Adelbertus divinà favente gratiâ Reges, sanctis ac venerabilibus locis munus nostrae benignitatis largimur proficuum, & ipse in presenti seculo & in futuro minime ambiguum. Idcirco omnium fidelium san-

E | ste Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium sicut ac futurorum comperiat industria, qualiter quodque Dei amore, nostraeque anime remedio, & interventu ad petitionem Episcopi Burningi, nostrique dilecti fidelis, per hoc nostrum preceptum confirmamus & corroboramus

D 2 cuidam

quidam Cenobio, quod dicitur Agz-
nis, quod videtur esse constructum in
honorem Beate Dei Genitricis Marie,
cunctas res & familias inibi pertinen-
tes cum omnibus suis pertinentiis. Vi-
delicet cum terris coltis & incoltis,
vineis, campis, pratis, pascuis, sil-
vis, glareis, piscariis, aldiis & al-
diabus, molendinis quoque, aquis, a-
quarumque decursibus, servis & ancil-
lis, ac utriusque sexus familiis, &
cum omnibus, que dici, vel nominari
possunt ad presatum Cenobium in inte-
grum pertinentibus, ut habeat, teneat,
ac in eternum perfruatur, omnium ho-
minum contradictione remota. Insuper
concedimus, donamus, ac largimur, pre-
sato Cenobio ambas ripas fluminis Ta-
nagri cum duodecim pedibus juris nostri
Regni pertinentes, nostreque Corti, que
Nonis nuncupatur, nominative in eo lo-
co, ubi ipsum flumen influit in Rivum
Leprosorum, & in Rivum Auzani;
atque decursionem ipsius fluminis ad por-
tum constituendum, & quicquid nostre
publice parti aut Corti jam dicte Nonis
pertinet aut pertinuit; videlicet portona-
ticum, palificaturam, Theloneum, Ri-
paticum, navium ligaturam, omnemque

A publicam exactionem, presato venerabili
Cenobio, prout juste & legaliter possu-
mus, concedimus, ac modis omnibus per-
donamus. Et liceat jam dicto Mona-
sterio infra predictam decursionem ipsius
fluminis determinare habere piscacionem
& molendina constituere. Precipientes
insuper jubemus, ut nullus Dux, Mar-
chio, Comes, Vicecomes, Sculdastus, aut
B aliqua magna, parvaque persona nostri
Regni, prelibarum Cenobium, aut Ab-
batem, qui nunc ibi est ordinatus no-
mine Raimbertus, aut in antea qui
ordinatus fuerit, aut Monachos inibi
Deo servientes in aliquo molestare aut
disvestire presumat. Si quis ergo hoc
nostrum preceptum infringere attempta-
verit, sciat se compositurum auri optimi
C Libras quingentas, medietatem Camere
nostre, & medietatem jam dicto Ceno-
bio, aut Abbati, aut Monachis inibi
Deo servientibus, & maledictionem Dei,
sueque genitricis Marie habeat, & cum
Juda proditore porcionem in exum per-
cipiat. Quod ut verius credatur, dili-
genciusque ab omnibus observetur, ma-
nibus propriis roboramus, anulo nostro
D subter jussimus insigniri.

Signa benignissimorum



Berengarii & Adelberti
Regum.

Johannes Cancellarius ac Vicarius Widonis Episcopi & Archicancellarii Regum
eorundem.

Data Quinto Idus Septembris, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLII. Regni
verò Berengarii & Adelberti Regum Tertio, Indictione XI.

Actum Papiæ feliciter. Amen.

Quod

Quod mirere, immo vix credas, Anno MCCCXXI. in Gallia teterrimam conjurationem iniere Leprosi cum Judaeis, ut immisso in puteos & fontes veneno, omnes Christianos aut leprâ inficerent, aut de medio tollerent. Rem narrat Bernardus Guidonis in Vita Johannis Papae XXII. Par. II. Tom. III. Rer. Italic. Narrant & alii. Quare multi ex iis igni traditi fuere: reliqui in *Leprosariis* collocati. Quid verò inter Occidentis Populos Leporam olim tam longe lateque disseminarit, ac diu innutrierit, si conjecturam proferre licet, illud mihi fuisse videtur, quod Christiani Europei in Orientem Religionis aut mercaturae causâ frequentes navigabant, Sepulcrum Domini visitaturi, aut merces commutaturi, atque inde avecturi aromata praecipue ex Aegypto. Sibi verò non cavens vulgus à Leprosis eorum locorum, secum in Italiam, atque in alias Occidentis oras morbum eundem convehebat. Verum postquam peregrinatio illa à duobus Saeculis cessavit, & aromata pauca ex Aegypto petuntur, sublato cum Leprosis commercio, Leprosi quoque in Occidente rari esse coeperunt, & paene dixi nulli apud nos se visendos exhibent. Quod quidem nunquam a regionibus nostris absuit, & nunquam abfuturum unusquisque novit, periculum est contrahendae Pestilentiae. Quoties terribile istud malum Populos Europeos exagitaverit, ac centena ipsa hominum millia sustulerit, praecipue Anno MCCCXLVIII. ne propiora tempora memorem, Historia passim prodit. Verum si rem accurate pensemus, uti jam monui in *Tractatu de Regimin. Pestilentiae*, concordēs unum statuemus, videlicet posse quidem in Europa Christiana epidemias

A non aliunde importatas oriri, quae contactu propagentur, & funeribus impleant Urbes: veram tamen Pestilentiam numquam apud nos futuram, nisi ex Turcarum ditone ad nos devehatur. Aegyptiaca praesertim Provincia teterrimum hunc morbum semper alit, & in reliquas Turcici Imperii plagas diffundit, quum tantam luem Populus ille, stultâ fati inclinabilis opinione seductus, nihil arcendam curet. Inde ergo nobis perpetuo timendum. Pestilentiam carebimus, si ab iis, eorumque mercibus diligenter cavebimus. Diversus autem a *Lepra* fuit, *Ignis sacer*, quo morbo etiam per plurima Secula una cum aliis Christianorum Provinciis laboravit Italia. Ejus antiquitatem confirmant versus Lucretii, Vergilii, Senecae Tragoedi, qua de re legendus Mercurialis Lib. 4. Cap. 9. Variar. Lectio. ut alios praeteream. Necessē est longe lateque olim excurrerit ista quoque immanis aegritudo; nam quum Viennae in Gallia Narbonensi quidam pii homines Seculo XII. ad ejusmodi aegrotos recipiendos Nosocomium sub nomine Sancti Antonii Abbatis instituisent, eisque insigni Caritate opitularentur, sensim religiosus Ordo Antonianus invaluit, itaut in plerasque Galliae, Italiae, atque aliorum Regnorum Urbes ejusmodi institutum pertransierit, & conditae fuerint Caritatis Christianae aedes in solamen Igne Sacro taedorum. Visitur adhuc Mediolani, visitur & Bononiae, & Mutinae Templum Sancti Antonii, eidem olim pietatis officio destinatum; visuntur & alia alibi. Praeterea nostris quoque temporibus viget apud Italos non morbus quidem, sed morbi nomen; ominantes enim alicui terribile malum, in eum deprecantur *il Fuoco di Santo*

Santo Antonio. Audi interea Sigebertum in Chronico ad Annum MLXXXIX. Annus, ait, pestilens, maxime in Occidentali parte Lotharingtae, ubi multi sacro Igne interiora consumente computrescentes, exesis membris instar carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriuntur, aut manibus & pedibus putrefactis truncati, miserabiliore vitae reservantur: multi verò nervorum contractione distorti tormentantur. Ejusmodi autem morbo afflato, quo potissimum afflicta est Gallia Saeculo XII. (quanquam ne praecedentibus quidem caruerit) *Ar dentes* appellabantur, quippe sibi videbantur velut igne correpti qui per eorum membra serperet. *Herpetem* nonnulli ex antiquis appellasse creduntur hunc morbum; sed fortassis *Herpes* ab *Igne sacro* diversus fuit. In Vita Sanctae Dymphae Virginis, num. 9. apud Bellandianos haec habentur: *Habet Ignis ille apud Archiatros plura nomina, Dicitur quippe Ignis Sacer, Ignis Persicus, & Ignis Infernalis. Et est qui Esther dicitur Graeco vocabulo, hoc est titio.* Erat autem diversus

A morbus Sancti Lazari, hoc est *Lepra*, a morbo Sancti Antonii, sive ab *Igne sacro*, uti prodit Historia Miscella Bononiensis ad Annum MCCCCXLVII. ubi ait, violatores Templorum in direptione Urbis Placentinae a Deo punitos. *Ad alcuni soldati venne il male di Santo Antonio, ad alcuni il male di San Lazzero.* Utramque verò lueem contagione fuisse communicatam sanis, opinari jure possumus. Gratiae verò habendae optimo Deo, quod sensim defierit utraque, ita ut aut nullum, aut admodum raros iidem contaminatos Italia aspiciat. Verum ne nostrae quidem aetati suae defunt aerumnae, quando a duobus Seculis in Europam illata est Venera lues, antiquis tamen, ut infra animadvertemus in Dissert. XLIV. non ignota, cujus incommoda qualia fuerint, ac sint supervacaneum est meminisse. Cessarunt morbi illi horribiles sane; successit hic alter longe tamen mitior, & iis, quod plus est, ferme unis servatus, qui volentes in vitia ruunt.

B

C

DE FISCO

ET

CAMERA

REGUM, EPISCOPORUM, DUCUM

ATQUE

MARCHIONUM


ITALICI REGNI.

DISSERTATIO

DECIMASEPTIMA.

DISSERTATIO

DECIMASEPTIMA.



LX quo Reges esse coeperunt, *Fiscus* etiam, non nomine quidem, sed re emerfit, viguitque perpetuò. Eo autem nomine à Latinis, postquam Imperatores rerum potiti sunt, *Saccus*, idest marsupium, sive Aerarium Principis designatus est, ut à pecunia Reipublicae distingueretur, quae Plinio juniore teste *Aerarium* appellari perrexit. *Saccus* hoc sensu adhibetur à Sancto Augustino & aliis. Fuit suus quoque *Fiscus* Langobardis, Francis, aliisque Regni Italici Regibus: atque illuc inferebatur aurum & argentum, tum ad Palatii splendorem sustinendum, tum ad tutelam Regni, aut ad belli necessitates, aliave publici regiminis munia opportunum. Saepe in Legibus Langobardorum Regum occurrit *Curtis Regia*. Ita ii *Fiscum* appellabant. In Lege 157. Rotharis: *Si intentio fuerit contra Curtem Regis*. In 158. *Curtis Regia ipsas duas uncias suscipiat*. In 185. *componat pro culpa in Curte Regis Solidos centum*. Sunt & alia plurima loca ejusmodi. Sed & *Palatii* voce interdum sunt usi Langobardorum Reges, uti habetur in Privilegio Aistulfi concesso Monachis Nonantulanis, à me edito Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag.

Tom. III.

A 193. Praeterea si vera sunt Privilegia duo, unum Hilprandi, alterum Ratchisii Regum, quae Campius in Appendice Tomi I. Histor. Eccles. Placentinae evulgavit, ibi quoque pro *Fisco* memoratur *Palatium*. Franci verò interdum *Curtis*, saepe *Palatii* nomine idem significarunt. Saepe etiam usi sunt vocabulo *Fisci*. Carolus Magnus in Privilegio concesso Apollinari Episcopo Regiensi Anno DCCLXXXI. apud Ughellium, poenam illud violantibus indicit, *medietatem Palatio nostro, medietatem Ecclesiae, cui vim intulit*, persolvendam. Illud tamen minime dissimulandum, perquam rarò in Diplomatis Caroli Magni & Ludovici Pii poenam violatoribus indici, neque interdum carere suspicione, quae eandem complectuntur. Sed ab eorum Successoribus *Palatii* vocabulum usurpatum frequentius fuit, uti illorum temporum Diplomata produnt, è quibus aliquot nondum luci reddita in Eruditorum commodum evulgare nunc lubet. Lotharius ergo Primus Augustus eam vocem & ipse adhibuit in Privilegio, quod mihi suppeditavit Tabularium antiquissimi Parthenonis Ticinensis Sanctae Mariae Theodotae, nunc *della Posterla*. Praeferebat membrana aspectu primo notas omnes autographi monumenti. Sed, fateor, enatam mihi suspensionem aliquam dubiae fidei nondum satis detergere

E

po-

potui, quum tot barbarismis ac sollecissimis stilus scateat: à qua colluvie cavere sibi solebat eorum quoque Augustorum Cancellaria. Praeterea


A in fine scriptum est ad vicem Agilmari, pro Agilmari; & Clotharii pro Hlotharii.

Privilegium Lotharii I. Imperatoris, quo Asiae Abbatissae Monasterii Ticinensis Sanctae Mariae, cui nomen Theodorae, concedit terram positam inter murum & antemurale Civitatis Ticinensis, Anno 839.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus &c. Igitur omnium fidelium sancte Dei Ecclesie nostrorumque cognoscat solertia, qualiter nomine Asia Abba de Cenobio, quod dicitur Theodote, quod est factum in honore Dei Genetricis, semperque Virginis Mariae degens sub regula eximii sanctissimique Patris Benedicti, petiit piam celsitudinem nostram, ut ob Dei reverentiam, & anime nostrae mercedem, ad augmentum utilitatis ejusdem sancti loci, & supplementum necessitatum ibidem Deo famulantium, quaedam Terra ibidem necessaria inter murum Civitatis & antemuralem conserveremus. Cujus petitionem nos anime nostrae mercedis proficuum recolentes libenter annuimus, effectuosaque deliberatione perenniter mansurum, ac nostra auctoritate perfecimus; sed ut futura per tempora nullam refragationem inde quis inferre audeat, & rerum conlate rationem, & ipsis adjacentiis in hac nostra auctoritate inferre decrevimus: Terminia vero de praefata Terra haec sunt: de superiori capite Porta, que dicitur Marenca, usque ad Turrim ipsius Monasterii, ubi est Oratorium in honore Sancti Archangeli Michaelis, cum ingressibus & egressibusque in via publica. Insuper etiam ex subteriori parte Turris jam dictae usque territoria Monasterii saepe dicti: de uno latere Terra ipsius

B Monasterii, de alio latere via publica habet in longo pedes numero LXXX. & VIII. & in lato pedes XXIX. Petiit etiam Serenitatem culminis nostri, ut & commutationem, quam nostra auctoritate se praefata Abbatissa, nec non & Teutberga de res Sanctae Mariae semper Virginis de superscripto Monasterio Deado & Monasterium novum, que est situm in honore Sanctae Agathe, congruam commutationem ac rationabilem sub presenti nostra auctoritate confirmavimus, ac firmissimo jure ex utraque parte roboravimus, sicuti & fecimus. Precipientes ergo jubemus, sicuti & perenniter mansurum volumus, ut nemo fidelium nostrorum parti praescripti Monasterii de his omnibus rebus quolibet tempore nullam inferre praesumat molestiam aut contrarietatem, sed sub omni integritate, sicut ibidem à nobis concessa sunt, & a nostra auctoritate condonate perenniter ibi in utilitate ejusdem Monasterii absque cujuslibet refragatione, aut qualibet inquietudine permaneant. Si quis vero contra hujus nostri Praecepti securitatem violentiam aliquam, vel occasionem inferre temptaverit, sciat se compositurum auri obtinere Libras LX. medietatem Palatio nostro, & medietatem parti ejusdem Monasterii. Et ut haec nostra auctoritas plenior in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione jussimus insigniri.

Si-

Signum  Hlotarii serenissimi Augusti.

Druſemirus Subdiaconus atque Notarius ad vicem Algrimari recognovit.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Data Pridie Nonas Majas, Anno Christo propicio Imperii Domni Clotbarii pii Imperatoris XIX. Indictione II.

Actum Papiæ Palacio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.


Carolus quoque Crassus Palatii vocem, ad designandum Fiscum, non semel usurpavit, quanquam & aliis vocabulis usus interdum deprehendatur. En tria illius Diplomata, è quibus priora duo autographa adfer-

A vantur in insigni Tabulario Monachorum Benedictinorum Sancti Sixti Placentiæ: tertium verò è Tabulario Canonorum Parmensium haustum est.

Caroli Crassi Italiae Regis Mundiburdium, seu Protectio concessa
Leoni Clerico Liutuardi Episcopi, Anno 880.

IN nomine Sanctæ & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Rex. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet & futurorum industria, quod quorundam fidelium nostrorum rogatu cuidam Clerico, nomine Leoni, Liutuardi Episcopi nostri rogatu, concessimus, ut res sibi jure debitas tam de successione paterna, quamque materna, vel ea, quae postea vel comparando, vel commutando, vel quolibet alio ingenio justo legalique judicio adquisivit, vel deinceps acquirere potuerit in mobilibus & immobilibus, & utriusque sexus familiis, sub nostro recipiamus Mundeburdo. Insuper donec vivimus, illi de nostra terra unam legitimum perticam, una cum moralea co-

B herente perpetualiter possidendam. Et jussimus ei hoc nostrae auctoritatis Praeceptum inde conscribi, per quod decernimus atque jubemus, ut si aliqua querimonia ex his omnibus adversum se orta fuerit, quae sibi damnosa apparuerit, ut liceat sibi suoque Advocatori ad placitum ruidare. Et ut nullus Reipublicae Minister audeat infra suas ingredi causa pignorandi, aut aliquam molestationem inferendi. Quicumque fecerit, sciat se compositurum millia Mancosorum auri obrizi, medietatem sibi, suisque heredibus, & medietatem Palatio nostro. Et ut hoc nostrae auctoritatis Praeceptum firmum & stabile permaneat anuli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum  Karoli serenissimi Regis.

Inquirinus Notarius ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovit & subscripsit.

Locus Sigilli cerei ✠ exstantis cum effigie Caroli.

Data Kalendis Februarii, Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCC-LXXX. Indictione XIII. Anno vero Regni Regis Karoli in Francia IV. in Italia I.

Ejusdem Caroli Crassi Imperatoris Diploma, quo Hermingardae Nepti suae confirmat omnia illius bona & jura, Anno 887.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si domesticorum nostrorum praecipue curam gerimus, divina praecepta nihilominus conservamus. Proinde nosse volumus industriam omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam & futurorum, dilectam Neptem nostram Hermingardam ad nos Winigisum fidelem suum direxisse, nostram per eum clementiam obsecrans, ut sicut ei de proprietatibus suis, filiique sui, Chibbleim perdonavimus, ita nostro Praecepto stabilitum fore censeremus. Cujus petitionem benigno suscipientes affectu, jussimus hoc nostrae auctoritatis Praeceptum fieri, per quod illi filioque suo Hludowico, nepoti scilicet nostro, & Sororibus ejus integerrime restitimus & confirmamus universas proprietates & familias, quas divinae memoriae Hludowicus Augustus, genitor ipsius ad proprietatem illi in quocumque loco contulit, & quicquid ex

A diversis partibus tam in Italia quam Burgundia vel Francia, legali ordine & hereditario jure ipsi Hermingardi, Filioque ejus Hludowico, ut praetuli-
B mus, pertinet: cum omni scilicet integritate earundem rerum atque familiarum, de potestate & contradictione omnium illis aequanimiter transfundimus, atque perhenniter confirmamus, ita sane, ut si quis qualibet temeritate amodo quippiam horum, quae ad ipsas personas nobis consanguineas legaliter pertinet, contradicere quocumque argumento ausus fuerit, centum Libras auri optimi compositurum se noverit, medietatem Palatio nostro, & medietatem eidem Neptiae nostrae, Filioque suo, & Filiabus, dilectissimis nostris. Et ut haec nostra confirmationis auctoritas firmiter habeatur, ac ab omnibus verius certiusque credatur, manu propria subter eam firmavimus & Bulla nostra sigillari jussimus.

Signum



Domni Karoli Imperatoris Augusti.

Fredeodus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Da-

Data III. Idus Augusti, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVII. Indictione
V. Anno Regni ejus XII. Imperii autem VI.

Actum Justinia Curte Regia, in Dei nomine feliciter. Amen.

Deest Sigillum plumbeum olim appensum.

Caroli Crassi Imperatoris Praeceptum, quo confirmat quaecumque
Wichbodus Episcopus Parmensis, & Wulgunda Sanctimonialis
acquiescent a variis Ecclesiis & personis, Anno 887.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis. Karolus divina favente cle-
mentia Imperator Augustus. Ad hoc
nos ad Imperii fastigium sublimatos non
ambigimus, ut omnium maxime Roma-
nae Ecclesiae utilitatibus consulamus,
atque ea que illa statuerit per creditam
sibi dispensationem, violari postmodum
non permittamus per nostram Imperia-
lem auctoritatem. Quapropter omnium
fidelium sanctae Dei nostrumque presen-
tium scilicet ac futurorum noverit uni-
versitas, quod vir venerabilis sanctae
Parmensis Ecclesiae Episcopus Wich-
bodus adit excellentiam nostram per
dilectum fidem & sanctissimum Ar-
chiepiscopum Liutbertum, ut nostrae
Imperialis auctoritatis edicto confirmare-
mus illi omnes res mobiles & immobi-
les omnino in integrum quascunque per
Pontifices Romanae Ecclesiae, seu Ar-
chiepiscopo Ravennati, vel Episcopis Bo-
noniensibus per precepta vel per empho-
theseos munimina vel libellos, vel qua-
lemcunque scripturam, seu per quodlibet
titulum & quaecumque argumentum
in tota Pentapoli & Romania ipse &
Wulgunda adquisierunt. Cujus precibus
aurem adcomodantes, hoc nostrae muni-
ficentiae Praeceptum scribere jussimus per
quod ipsi Wibbodo & Wulgundae conce-
dimus, & secundum scripturas illorum
confirmamus & in perpetuum corrobora-
mus omnes res & familias utriusque

A sexus, quaecumque omnino per quolibet
titulum cujuscumque scripturae vel quam-
libet transfusionem de Romana Ecclesia
ex quacumque persona adquisierunt, vel
in antea acquirere potuerint, sive Va-
dum Fabricae cum Villa, quae dicitur
Cucurana, & Sanctum Stephanum, qui
dicitur Sancta Hierusalem, & Sanctum
Archangelum, & Paternum, Sanctum-
que Prosperum in Panialo, & sanctum
B Ambrosium & Sanctum Isaiam, San-
ctumque Johannem Catapateria, & om-
nibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus
vel aspicientibus, Casis, Massariciis,
Capellis, Vincis, Pratis, Silvis, aquis,
aquarumque decursibus, omnia & in
omnibus omnino in integrum quicquid in
tota Romana Ecclesia, vel de Mona-
C sterio Nonantulae adquisierunt pro quod-
libet exquisitum argumentum, vel in an-
tea acquirere potuerint tam Wibbodus
Episcopus quam Wulgunda Deo dicata,
totum in integrum sine ulla exceptione
vel minoratione ipsi Wibbodo vel Vul-
gunde, seu cui illi dederint vel signifi-
caverint, per hujus Praecepti paginam
concedimus & confirmamus, atque sub
D nostrum Munburd & defensionem seu
immunitatem includimus, atque preci-
piendo jubemus, ut nulla illis subtra-
ctio vel minoratio de cunctis, que in
finibus totius Romaniae quolibet modo
conquisitum habent, vel in antea con-
quisierint, a qualibet inferatur persona;
sed

sed liceat eis quiete & pacifice frui & tenere sine molestatione vel lite nostris successorumque nostrorum temporibus. Si quis autem contra hanc nostram... mationem, seu confirmationem atque m... & immunitatem venire presumpserit, & predicto Wibbodo seu Wulgunde de omnibus supradietis per omnes fines Romaniae in parvo vel in toto molestaverit, seu damnietatem intulerit, LXX.

A Libras auri culpabilis judicetur, & exsolvere cogatur medietatem nostro Palatio, & medietatem jam diētis Wibbodo & Wulgunde Deo dicatae, vel cui ipsi dederint. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas certior habeatur, & diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, & de anulo nostro adsignari precepimus.



Domni Karoli serenissimi Imperatoris Augusti.

Abricus Notarius ad vicem Liutberti Archicappellani recognovi, & subscripsi.

Locus ✠ Sigilli.

Data Anno Dominicae Incarnationis DCCCLXXXVII. Reliqua desiderantur.

Ex incuria illius, qui Diploma, secundo loco heic a me nuper evulgatum, ex authentico exscripsit, factum suspicor, ut habeamus *Annun IV. Imperii Caroli Crassi conjunctum cum die III. Idus Augusti, Anni DCCCLXXXVII.* Nam uti evicisse mihi videor in *Dissertat. XLI. de Nominibus*, Carolus iste ineunte Mense Martio Anni DCCCLXXXI. Epocham Imperialem cum Romana coronatione numerare coepit. Vide & alterum simile Diploma a me supra editum in *Dissertat. XI. de Allodiis*, ubi eadem Notae; quas certe componere nequeo cum tot aliis monumentis Epocham Imperatoriam Caroli Crassi referentibus. Interea in nuper evulgato Diplomate habemus *Ermingardam Neptem Caroli Crassi Augusti.* Scilicet eamdem genere Ludovicus II. Augustus & Angilberga Imperatrix, illa videlicet, cui origi-

B nem suam debet Coenobium Placentinum Sancti Sixti, & de qua supra actum fuit in Dissert. XI. de Allodiis. Atque heic disertis verbis memoratur Hlodovicus Augustus genitor ipsius. Tum in postremis tabulis Angilbergae Anno DCCCLXXXVII. Menle Martio scriptis, quas Campius in Appendice Tomi I. Histor. Eccles. Placentinae adfert, legitur: Si Emengarda (scribendum Ermengarda) unica mea filia religiosa veste induerit. Sed longe alia studia Ermingardae fuerunt. Eadem enim rapta a Bosone Comite & Duce, fratre videlicet Richildis Imperatricis, eidem postea sacro foedere juncta est. Exurgit heic nodus, quem dissolvendum mihi propono. In Annalib. Bertinianis ad Annum DCCCLXXXVI. haec habemus: Boso, postquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii Everardi filii fallione filiam Hludowici Imperatoris

toris Hirmengardem, quae apud eum morabatur, iniquo conludio in matrimonium sumfit. Ducibus hifce Annalibus Pagius, San-marthani in Genealog. Franc., Hadrianus Valefius, aliique matrimonium Ermingardis ad Annum DCCCLXXVI. referunt. Sed nuper vidimus agi de eadem Ermingarda in testamento Angelbergae Auguftae matris, uti adhuc puellâ liberâ, idque Anno DCCCLXXVII. Quonam pacto haec componenda fint, quaeris? Refpondeo, deceptum Pagium, & ceteros eidem concordēs, quod non fatis accurate verba Annaliftae Bertiniani expenderit. Nuptias Ermingardae ille celebratas tradit, poftquam Imperator (Carolus Calvus) ab Italia in Franciam rediit. Atqui Anno tantum DCCCLXXVII. Septembri aut Octobri Mense in Franciam Carolus Auguftus regressus eft. Ergo eodem Anno DCCCLXXVII. & poft Angelbergae Auguftae testamentum, Ermingarda Bofoni nupfit. Annalifta Saxo, Regino, Marianus Scotus, & alii, nuptias ejuſmodi celebratas Ticini Anno eodem DCCCLXXVII. ſcribunt coram ipſo Auguſto tanto apparatu, tantâque ludorum magnificentia, ut hujus celebritatis gaudia modum exceſſiſſe ferantur. Quare ejuſmodi nuptiae peractae fuerunt Anno DCCC-LXXVII. poſt Martium Menſem, ideoque concordēs pergunt cum testamento Angilbergae Historici veteres.

A | Januario Mense Anni DCCCLXXXVII. vivere deſiit Boſo Ermingardae maritus, Rex Provinciae dudum antea creatus, ac filium reliquit Ludovicum nomine, cujus eſt mentio in hoc eodem Diplomate, poſt Boſonis mortem impetrato. Ludovicus iſte poſtea Romae coronam Imperii accipit Anno DCCCC. Non unam tantum filiam Boſoni Regi ſuperſtitem fuiſſe, ut San-marthani tradunt, ſed plures, ex hoc eodem Diplomate colligimus. Ceterum in hiſce tribus Diplomatis, dimidium multae, a violatoribus Imperialis edicti auferendae, ad Palatium, hoc eſt ad Caſareum ſivè Regium Fiſcum ſpectaſſe jam vidimus. Eamdem verò formulam invenio in aliquot Diplomatis Widonis Auguſti & Lamberti, atque in duobus Privilegiis Berengarii I. Italiae Regis, quorum alterum datum eſt Anno DCCCXCIX. alterum DCCCCII. ut alia omittam. Ludovicus etiam III. Auguſtus, de quo nuper fuit ſermo, in Diplomate Anni DCCCCI. paria habet. Sunt & Hugonis ac Lotharii Regum Italiae Praecepta, in quibus eadem vox occurrit. Unum tantummodo proferam e Tabulario celeberrimi Monasterii Sublacenſis deſumptum, & actum juxta Romam in Monasterio Sanctae Virginis Agnetis: quod ad Historiam eorum temporum illuſtrandam ſine animadverſione dimittendum non eſt.

Hugo & Lotharius Italiae Reges Monasterio Sublacenſi S. Benedicti Curtem Salam elargiuntur, Anno 941.

I N nomine Domini Dei noſtri. Hugo & Lotharius divina providente clementia Reges. Regalem dignitatem in hoc augmentari ſperamus, ſi de ſtatu Eccleſiarum providere diſpoſuerit, augmen-

E | tando frequentibus donis. Quocirca omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque preſentium & futurorum devotio noverit, qualiter Sigefredus ſanctae Parmenſis Eccleſiae venerabilis Preſul,

ful, nosterque dilectus fidelis, dominationi nostre suggestit, ut pro Cenobio Sancti Benedicti sito Sublaco in territorio Campanino, Morachisque ibidem Domino militantibus, concederemus Cortem unam juris Regni nostri, positam in Gastaldatu Turano, que Sala dicitur. Cujus suggestionibus libentissime autem accommodantes, pro Dei amore, remedioque nostrarum animarum, predicto Cenobio Sancti Benedicti sito Sublaco, Fratribusque ibidem pro tempore Domino famulantibus, per hoc nostre auctoritatis Preceptum prefatam Cortem hactenus juris Regni nostri pertinentem, que Sala dicitur, cum omni sua pertinentia omnibusque rebus ibidem aspicientibus, conjacentibus in territoriis & finibus Sublacum, & Ciguli, & Reate, atque Savini, prout juste & legaliter possimus, donamus, penitusque concedimus atque largimur, & de nostro jure & dominio in prefati Cenobii jure & dominio ad usum Monachorum &

A sumptum omnino transfundimus ac delegamus in integrum: ut habeant, teneant, firmiterque possideant ipsi, successoresque illorum, fruanturque jure quieto, omnium hominum contradictione remota. Confirmamus etiam & corroboramus predicto Cenobio Sancti Benedicti omnes res & familias, que ibidem collate sunt ab Imperatoribus seu Regibus predecessoribus nostris, reliquisque fidelibus Deum timentibus, per hoc nostre auctoritatis Preceptum, ut deinceps ipsi secure fruantur in perpetuum omni controversia procul remota. Si quis igitur hoc nostrae auctoritatis Preceptum, seu confirmationis Statutum aliquando infringere conatus fuerit, sciat se compositurum auri obtinere Libras centum, medietatem Palatio nostro, & medietatem pretextato Cenobio. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes, anulo nostro insigniri iussimus.

Signa piissimorum Principum



Hugonis & Lotharii serenissimorum Regum.

Giperandus Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data VII. Kalendas Julii, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXLI Regni vero Domni Hugonis piissimi Regis XV. Lotharii vero item Regis X. Indictione XIV.

Actum juxta Romam in Monasterio Sancte Virginis Agnes.

Fisci tamen vocabulum Regibus & Augustis Francis minime ignotum fuit; immo saepe ab iis usurpatum video; ac potissimum quum ab ejus potestate immunita sacrorum locorum bona decernebant. Neque enim absoluta tunc erant a Principum impe-

rio, atque a publicis tributis, bona contributa Ecclesiis, nisi immunitas ab iisdem Principibus concessa accessisset. In eum finem formula haec adhibebatur: *Et quidquid de praedicti Monasterii possessionibus Fiscus noster sperare poterat, totum nos pro aeterna*

semu-

remuneratione adipiscenda Monasterio eadem concedimus. Clarissimi viri Baluzius & Mabillonius complura Diplomata in Gallis data edidere, in quibus eadem dicendi forma occurrit. Ego rem exemplis ex Italia petitis confirmabo. Priora duo desumpta fuerunt e Tabulario insignis Basilicae San-

A. Et Julii de insula in Riparia Sancti Julii Dioecesis Novariensis, mihi que suppeditata ab humanissimo viro Antonio Maria Bonino ejusdem Basilicae Canonico, curante Amico olim meo & viro Clarissimo Lazaro Augustino Cottâ.

Diploma Ludovici II. Augusti, per quod Dodoni Novariensi Episcopo omnia Privilegia ac jura confirmat, Anno 854.

I. N. nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni, Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus, invictissimi Domni Imperatoris Hlotarii filius. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, praemio nobis apud Dominum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium & futurorum noverit sollertia, quia adiens serenitatem culminis nostri Dodo Novariensis Ecclesiae Episcopus, detulit ob-
 zutibus nostris quasdam auctoritates, in quibus continebatur, qualiter piae recordationis Hludovicus Avus noster praestantissimus Imperator, ac Dominus & genitor noster Hlotarius serenissimus Augustus praesatam Sedem, quae est constructa in honore sanctae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, & Sancti Gaudentii, ubi ipse praeciosus Sanctus corpore requiescit, cui etiam auctore Deo idem Episcopus praeesse dignoscitur, cum rebus & hominibus ad eandem Sedem legaliter pertinentibus vel aspicientibus, sub sua suscepisset tuitione & immunitatis defensione: idcirco jam datus Episcopus nostram exoratus est celsitudinem, ut secundum supradictorum Imperatorum auctoritates Avi & Patris
 more sequentes nostram adderemus confir-

B. mationem. Cujus petitioni ob amorem Dei, & reverentiam sanctae Mariae Virginis & Sancti Gaudentii precibus annuentes, hanc nostrae auctoritatis immunitatem defensionis gratiâ pro divini cultus honore & animae nostrae remedio fieri jussimus, per quam praecipimus, atque omnimodis jubemus, ut nullus Judex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, villis, & territoriis infra ditionem Imperii nostri juste & legaliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, sive ea, quae deinceps in jure ipsius Sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas judiciario more audiendas, vel fodra exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas & fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiae distringendo, nec ullas redditiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere praesumat. Sed liceat memorato Praesuli, suisque successoribus res praedictae Sedis cum omnibus sibi subjectis rebus & hominibus ad eam aspicientibus vel pertinentibus, sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione, remota totius judiciariae potestatis inquietudine, quieto ordine possidere, atque pro incolunitate
 F

nostra, sive etiam totius Imperii a Deo nobis collati & ejus clementissima miseratione per immensum conservandi unacum Clero & Populo sibi subiecto, jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et quidquid de praefatae Ecclesiae rebus jus Fisci exigere poterat, idest Annona, Vinum, Caseum, Pulli, Ova, Castineae, fructusque messis atque lentibus gignitur pluratica, calcem, venationes, vel ceterorum alia, in integrum praefatae concedimus Ecclesiae, scilicet ut perpetuo tempore ad peragendum

A Dei servitium augeatur & supplementum fiat. Si vero aliquis hanc nostram auctoritatem violare praesumpserit, aut in praenominatis rebus aliquid contra hanc nostram Institutionem injuste intulerit, sciat se secundum legem infractae immunitatis modis omnibus distringendum. Et ut haec nostrae tuitionis atque immunitatis praecipio firmior habeatur, & per futura tempora melior conservetur, manu propria subtus eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum  The monogram consists of the letters 'D', 'O', 'L', 'I', 'S' arranged in a stylized, interlocking fashion. The 'D' and 'O' are at the top, 'L' and 'I' are in the middle, and 'S' is at the bottom right.

Hludovici piissimi Augusti.

Data Nonis Junii, Anno Christo propicio Imperii Domni Hlotharii gloriosissimi Augusti XXXV. & Hludovici filii ejus piissimi Imperatoris in Italia V. Indictione II.

Actum in Brixia Civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

Dodonem hunc Novariensem Episcopum Ughellius Tom. 4. Ital. Sacrae, Odonem appellat. En alterum Diploma, in quo tamen Monogram-

C ma animadvertas velim ab aliis diversum. Panvinius in Lib. de Roman. Principibus duplex etiam Carlomanni Monogramma adfert.

Confirmatio jurium ac privilegiorum Novariensis Ecclesiae, facta à Carlomanno Italiae Rege Notingo ejus Sedis Episcopo Anno 878.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karlomannus divina favente clementia Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, & in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, praemio nobis apud Dominum aeternae retributionis rependi non diffidimus. Idcirco omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, scilicet praesentium & futurorum noverit industria, quia a-

D diens serenitatem culminis nostri Notingus Novariensis Ecclesiae Episcopus detulit obtutibus nostris quandam auctoritatem, in qua continebatur, qualiter praeceptionis Hludovicus Imperator Confobrinus noster confirmaverat Praecepta Avi nostri Hludovici serenissimi Augusti, nec non & auctoritatem Patruis nostri Hlotharii piissimi Imperatoris genitoris sui, qualiter beatam Sedem, quae est constructa in ho-

nove Sanctae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, cui etiam auctore Deo idem Episcopus praesse dignoscitur, cum rebus & hominibus ad eandem Sedem legaliter pertinentibus vel aspicientibus, sub sua suscepisse tuitione, atque immunitatis defensione. Idcirco jam dictus Episcopus nostram deprecatus est celsitudinem, ut secundum supradictorum Imperatorum auctoritates, parentum nostrorum morem sequentes, nostram adderemus. Cujus petitione ob amorem Dei, & reverentiam Sanctae Mariae Virginis, & Sancti Gaudentii precibus annuentes, hanc nostrae auctoritatis, immunitatis, & defensionis gratiam pro divini cultus amore &c. (ut in supra

A | descritto Ludovici Diplomate) exorare delectet. Insuper etiam volumus atque omnimodis praecipimus, ut Ecclesia beati Clementis Martyris Christi, quae injuste inde ablata fuit, & malo ingenio subtracta, ad supradictam Sedem pertineat cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis. Volumus ergo, ut quidquid de praefatis Ecclesiis, rebus Jus Fiscus exigere poterat, idest B | annona, vinum, caseum, pulli, ova, castaneorum, fructusque messis que lentibus que gignitur plustatica, calcem, venationes, vel ceterorum talia, in integrum Ecclesiis concedimus, scilicet ut perpetuo tempore ad peragendum &c. (ut alio in Privilegio.)

Signum Domini

Karломanni serenissimi Regis.

Baldo Cancellarius ad vicem Theotmari Archicancellarii recognovi.

Data IV. Kalendas Novembris, Anno Christo propitio Primo Regni Domini Karломanni serenissimi Regis Italiae, Indictione XI.

Actum Piscariae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Retuli ad Annum DCCCLXXVIII. hoc Privilegium, Piscariae datum, hoc est, ut opinor, in Oppido *Peschiera* appellato Veronensis agri, persuasum habens, Indictionem haec adhibitam, non immutatam mense Septembri. Atque ut certior Indictionis ab eo Rege usurpatae notitia

C | habeatur, simulque Annorum Regni illius, juvat alia duo ejusdem Regis Diplomata addere, simulque censuram Lectorum supponere. Primum autographi notas praefrens, egomet oculis lustravi Brixiae in Archivo insignis Monasterii Monialium Sanctae Juliae.

Carlomannus Italiae Rex Hilloni fideli suo Curtem unam largitur, Anno 879. seu potius 878.


IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karломannus divina favente clementia Rex. Si de rebus terrenis,

D | quas divina consecuti sumus clementia, quibuscumque fidelibus nostris auxiliae prebere satagimus, non solum Regium

vorem decenter implemus, eosque in nostro servitio promptiores efficimus, verum etiam & premia nobis inde aeterna provenire liquido credimus. Quapropter novavit industria omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium & futurorum, qualiter quidam dilectus fidelis noster nomine Hillo per Eginolfum Dapiferum nostrum, atque per Alamannum dilectum Venatorem nostrum petiit culmen regalitatis nostrae, ut illi quasdam res nostrae proprietatis in proprietatem donaremus. Nos vero ob amorem Dei ejusque fidele servitium dedimus presato Hilloni in Comitatu Prifano in loco, qui dicitur Ritolfa, Curtem illam cum domibus & aedificiis omnibus, & hobas, hoc est sortes, pleneos quatuordecim, cum mancipiis utriusque sexus, cum agris cultis &c. cum Silva illa, quae dicitur Cavallara, quae jacet juxta fluvium Lavam, finiens inferius in Ollam fluvium, superius in locum, qui dicitur Trazum, cum exitibus & redivibus, cum tributis & omnibus pertinentiis mobilibus & immobilibus, questis & inquestis. Haec vero omnia in omnibus predicto Fideli nostro in

A proprietatem dedimus per hoc presens Preceptum nostrum, & de nostro jure sibi in jus & proprietatem donamus atque transfundimus, quatenus ea omnia jure hereditario teneat perpetually atque possideat, liberam etiam potestatem in omnibus habeat tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid sibi placuerit faciendi, nullo amplius, quod absit, Successore nostro hanc nostram traditionem presentis auctoritatis irrumpente, aut mutante, seu in aliqua parte minorante; sed firma & inconversa in aevum permaneat. Volumus autem ut ipsas res nostrae largitionis sub tuitione Regali, seu Imperiali omnibus futuris temporibus permaneant non solum sub nostro Mundburdio, sed & Successorum nostrorum in aevum existant. Quod si quis contemptor, aut violator extiterit hujus Precepti, & res easdem injuste invadere presumpserit, aut Servos vel Ancillas injuste constrinxerit, seu & Liberos homines res illas possidentes, trecentos Mancufos auri rectissimi ponderis exsolvat, medietatem Palatio nostro &c.

D

Signum Domni  Karlomanni invictissimi Regis.

Madalwinus Notarius ad vicem Theotmari Archicappellani recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Data VIII. Idus Julii. Anno III. Regni Domni Karlomanni serenissimi Regis in Bavaria, & in Italia II. Indictione XII.

Actum ad Otinga Curte Regia, in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum Diploma archetypum adfervatur in Tabulario Monachorum Benedictinorum Sancti Sixti Placentiae. In eo Carlomannus Angilbergam antea Ludovici II. Augusti conju-

E gem, Sororem nostram appellat: quam appellationem examini subjectam habes supra in Dissertat. XI. de Alodiis.

Car-

Carlomanni Italiae Regis Diploma, quo Angilbergae Imperatrici viduae
concedit quaedam bona ad utilitatem Monasterii Sanctae
Resurrectionis ab ipsa fundati; Anno 878.

IN nomine sanctae & individuae Tri-
nitatis. Karlomannus divina favente
gratia Rex. Habentes prae oculis sem-
per divinum supremi Judicii examen,
profuturum nobis in aeternitatis vita
non dubitamus, si de commissis ad re-
gendum, & ab omnipotente terrarum
collatis possessionibus, ad honorem &
cultum praesentis vitae decursu famulan-
tibus ipsi aliquid conferimus. Quapro-
pter notum sit omnibus sanctae Dei Ec-
clesiae fidelibus, nostris praesentibus, sci-
licet & futuris quia Angilberga soror
nostra amantissima, humiliter nostram
petiit clementiam, quatenus terram ju-
ris publici de Comitatu Placentino ha-
bentem juges tredecim secus viam publi-
cam, quae ab Urbe Placentia ad Pla-
centinum Portum ducit, quaeque coheret
ex parte Orientali conferto pomorum Mo-
nasterii Sanctae Resurrectionis, quod ea-
dem Angilberga Augusta nostra a fun-
damentiis construxit, atque molendinum u-
num juxta Baselicam Sanctae Brigidae
cum solo & decursu aquae a via fluen-
tis usque in Fossam Augustam, simul-
que cum terra juxta eundem molendi-
num sita & de praedicto Comitatu at-
tinentem, habente scilicet per mensuram
tabulas quadringenta, cui ab Oriente

A terra ejusdem Comitatus adjacet, ab A-
quilone murus praescriptae Civitatis a-
dhaeret, ab Occidente vero & Meridie
viae publicae coheret, causam aeternae
mercedis eidem Coenobio beatae Resurre-
ctionis propter sui commoditatem conce-
deremus. Cujus deprecationi aurem cle-
mentiae nostrae inclinantes, praescriptam
terram usque ad juges tredecim, nec
B non etiam praenominatum molendinum
simul cum terra sibi coherente, sicut per
mensuram & fines atque coherencias ha-
bente tabulas quadringenta, videlicet
usque ad terram ejusdem Comitatus, &
murus ipsius Civitatis, atque vias pu-
blicas decernitur, una cum ripa & al-
veo rivi a via decurrentis usque in jam
dictam Fossam Augustam, saepe dictum
C Monasterium jure proprietario habendum
concedimus, ac perpetuo aeternae remun-
erationis gratia confirmamus, ita ut
nullus demceps reipublicae procurator,
vel quilibet temerator invadere vel con-
tradecere praesumat. Quod si fecerit,
triginta libras auri se noverit multan-
dum. Et ut verius credatur, diligen-
tiusque ab omnibus observetur, manu
D propria subter confirmavimus, & anuli
nostri impressione insigniri praecepimus.

Signum



Karlomanni invictissimi Regis.

Madalwinus Notarius ad vicem Theotmari recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Data II. Nonas Octobris, Anno III. Regni Karlomanni invictissimi Regis in
Bavaria, & in Italia II. Indictione XII.

Actum in Bavaria ad Hobbaerahab, Curte Regie, in Dei nomine, feliciter. Amen.

Habemus in hiſce Diplomatis *Indictionem XII.* tam Julio Menſe, quam Octobri decurrentem, atque adeo conjunctam cum toto Anno DCCC-LXXIX. quo decurrebat *Annus II.* Regni Carlomanni. Lucenſis tamen Civitas in privatis Chartis tunc uſurpare conſuevit *Indictionem* praecedentibus Kalendis Septembribus inchoatam. Ut ergo certius teneamus annos Regni a Carlomanno initi, accipe quae in tabulis illius Urbis animadverti. Ibi Charta legitur ſcripta *Regnante Domino noſtro Karlomanno piſſimo Rege, Anno Regni ejus, poſtquam Deo propitio in Italiam ingreſſus eſt, Primo, pridie Idus Novembris, Indictione Duodecima;* in qua Gerardus Episcopus quaedam praedia permutat, & Adalbertus Dux ad ea aeſtimanda quosdam viros mittit. Is eſt Annus DCCCLXXVIII. Altera Charta exarata fuit *Regnante &c. Anno Regni &c. Secundo VI. Kalendas Martias, Indictione Duodecima,* & alteram permutationem complectitur cum hiſce verbis. *Super hanc commutatione ſecundum legem direxit Gherardus Episcopus Miſſo ſuo, ideſt Saxo Archipreſbitero &c. & Adalberto Comite direxit Miſſo ſuo &c.* Is eſt Annus DCCCLXXIX. Rurſus eſt Charta ſcripta *Anno Secundo, III. Nonas Septembris, Indictione Terciadecima,* cujus en prima verba: *Maniſteſtus ſum ego Ildebrando in Dei nomine Comes filius bonae memoriae Eribrandi &c.* Designatur heic Annus DCCC-LXXIX. Hiſce adjuuge Diploma ejuſdem Carlomanni, editum in Chronico Caſaurienſi part. II. Tomi II. Rer. Italicar. & promulgatum *Decimoſeptimo Kalendas Novembris, Anno Secundo Regni Carlomanni Indictione Decima. Actum Papia.* Ideſt Anno DCCCLXXVII. Collige nunc rationes. Si recte ſe habet *Indictio decima*

A in Caſaurienſi Diplamate, neque ibi reſtituenda eſt *Indictio Decima tertia.* Carlomannus Octobri Menſe Anni DCCCLXXVII. verſabatur in Italia, atque in ipſa Urbe Ticinenſi, eoque Menſe ineunte Rex Italiae renuntiatuſ nondum videtur. Quod ſi in eodem Diplamate Caſaurienſi ſignatur tantum *Annus Secundus Regni,* ſubintelligendum erit Bajoariae, non autem Italiae. Itaque is Italiae Rex appellatuſ fuerit inclinante Octobri Menſe eodem Anno DCCC-LXXVII. quam dignitatem ſeu titulum per totum Octobrem Anni DCCC-LXXIX. retinuit. Quippe vidi Chartam in Archivo Canonicorum Mutinenſium ſcriptam *Regnante Domino noſtro Carlomanno hic in Italia Tertio, die XXVII. de Menſe October, per Indictione Terciadecima.* Haec ad Chronologiam Regum Italiae recte ſtatuendam indicaffe mihi licuerit.

Denique *Fifcus,* antiquis etiam temporibus ſud *Camerae* nomine venire coepit, quam appellationem ubique adhuc ſervat. Si verum eſt Diploma Deſiderii Langobardorum Regis, editum a Margarino Tom. 2. Bullarii Caſinenſ. Conſtitut. 13. ibi dimidium multae perſolvendum ſtatuitur *Camerae noſtrae.* Sed de hoc alii judicent. Quod certum eſt, refert Eginhartuſ teſtamentum Caroli Magni, in quo ſumme piuſ Imperator Eccleſiis ac pauperibus erogandos juſſit *theſauroſ ſuoſ, & pecuniam, quae in illa die in Camera ejus inventa eſt.* Rurſus memorat omnem ſubſtantiam atque ſupelleſtilem ſuam, quae in auro & argento, gemmiſque & ornatu Regio in Camera ejus inveniri poterat. Infra haec explicat, addens: *ut ſunt cortinae, ſtragula, tapetia, filtra, coria, ſagmata, & quidquid in camera atque veſtiario ejus eo die fuiſſet inventum.*

zum. Haec Fiscum significare creduntur Du-Cangio, & reapse postrema haec verba ille in Glossario Latino adferens, pro *Fisco Imperatoris* interpretatur. Idem quoque Carolus M. in Capitulari Anni DCCCXIII. num. 19. Tom. I. editionis Baluzianae, de Ancillis Fisco obnoxiiis agens, ait *Habeant ex partibus nostris lanam & linum, & faciant sarcillos & camifilos, & perveniant ad Cameraam nostram*. Verum haec omnia subobscura mihi videntur, neque sane certos adhuc nos faciunt, *Camerae* vocabulum jam tum fuisse adeo familiare, ut nemo non intelligeret, *Fiscum* per illud designari, quum Cellarium, Vestiarium, aliasque Regales officinas designasse potuerint. Certe nullum haecenus se mihi obtulit Diploma indubitatae fidei, a Carolo Magno & Ludovico Pio emissum, in quo *Camerae* mentio habeatur. Vide quae Baluzius & Mabillonius edidere. Adde suspicionem fraudis aliquam mihi suboriri, quoties in illius aevi Privilegiis *Cameraam* memoratam offendo. In Tomo 2. Bullar. Casinens. Constitutio 23. Caroli Magni legitur, ubi multam indicit; hoc est *auri optimi Libras mille, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praedicto Monasterio*. Sed confictum, aut certe a bono Margarino incaute tributum Carolo Magno, e vestigio deprehendas monumentum illud. Ibi enim appellatur *Carolus Magnus Imperator Augustus*; quum tamen nulla Diplomata *Magnum* illum dicant, atque hunc titulum vivens ille non acceperit. Scriptum quoque dicitur Praeceptum *Anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi Octingentesimo Secundo, Indictione Decima*. At istud abhorret, uti & reliquae illius Privilegii notae chronicae ab aetate

A ac stilo Cancellariae Caroli Magni. Ad Carolum Crassum Augustum spectat illud Diploma, si quidem sit legitimum; sed praeter Indictionem alia sunt, quae ne ipsi quidem tribuendum indicant. Edictum quoque habes in Vulturvensi Chronico pag. 362. Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* Diploma Pippini Italiae Regis, datum Anno DCCLXXXVII. ubi est *Camerae* mentio, quod uti adulterinum in notis confixi. Illic etiam habetur pag. 371. Privilegium Ludovici Pii datum Anno DCCCXIX. ubi dimidium multae impositae persolvendum dicitur *Camerae nostrae*. Sed quid si de legitimitate istius quoque Privilegii dubitandum foret? Antea nequaquam animadverti: nunc autem moneo, legi illic verba haec: *Obtulit obtutibus nostris Praecepta Langobardorum Principum & Ducum, videlicet Gisulfi & Sicardi*. Infra memoratur Waldus, idest nemo, qui datus est in eodem Monasterio a Sicardo Principe Beneventanae Civitatis. Atqui Sicardus Princeps Beneventanus Anno tantum DCCCXXXIII. regnare coepit, uti eorum temporum monumenta, in ipso quoque Vulturvensi Chronico legenda, evincunt. Qua ergo ratione *Sicardi* mentionem habet Diploma Ludovici Pii datum Anno DCCCXIX.? Mitto, perquam rarissime in Diplomatis ejus aevi comminationem multae reperiri. Adest in eodem Vulturvensi Chronico pag. 349. Diploma Caroli Magni confectum, ut videtur, Anno DCC-LXXVI. in cujus calce violatores jubentur exsolvere *auri purissimi Libras mille, medietatem Camerae nostrae &c.* Dubitavi in notis de sinceritate Diplomatis: nunc omnino explodendum contendo, quum ibi Carolus se tantummodo inscribat *Re-*

gem Francorum & Longobardorum ac Patricium Romanorum, & nihilominus Imperiale suum Praeceptum, & Imperialem suam institutionem memoret: quae cum titulo Caroli nondum Imperatoris omnino pugnant. Serius ergo investam opinor in Regum Francorum Praecepta Camerae commemorationem, & fortasse non ante Ludovicum II. Augustum, a quo revera, ejusque successoribus usurpatam illam invenio. Evulgavit Campius in Appendice Tomi primi Histor. Eccles. Placentinae Diploma ejusdem Augusti, Datum III. Idus Octobris,

A Indictione XV. Anno Imperii Domini Hludovici Octavo. Incarnationisque Domini nostri Jesu Christi DCCCLII. ubi violatoribus multam irrogat, medietatem Camerae nostrae &c. Infra in Dissertat. XXVI. de Militia animadvertam, pugnare plane contra Historiam notas istas Chronologicas: neque consuevisse Ludovicum. II. Dionysianam Epocham suis inferere Chartis. Certiora ego rerum documenta nunc proferam, atque ex ejusdem Placentini Coenobii Sancti Sixti Tabulario, ubi duo haec Diplomata custodiuntur.

Ludovici II. Imperatoris Praeceptum, quo Angilbergae Augustae Conjugi suae facultatem concedit libere disponendi de rebus suis, Anno 874.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Omnium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque fidelium, praesentium videlicet ac sequentium comperiat industria, eo quod nos ob divinum amorem, & mutuae dilectionis affectum, Angilbergae dilectissimae Conjugi nostrae, ac consorti nostri Imperii, per praesentem munificentiae nostrae paginam concedimus & largimur de suis propriis rebus tam nostra sibi liberalitate donatis, quam alio quolibet contractu juste ac legaliter acquisitis, quomodocumque & qualitercumque disponendi & ordinandi liberam facultatem, absque ullo cujuslibet Principis vel Ducis, qui in tempore fuerit impedimento; & cuicumque ipsa dederit, ratum & stabilitum modis omnibus esse volumus. Si quis autem, quod

C non credimus, ex proheredibus, successoribusque Imperii nostri aliquam contra ipsius liberam dispositionem, seu spontaneam definitionem molestiam inferre praesumpserit, tamquam sceleratus & impius divinarum temerator sanctionum, aeterno judicio condemnatus partem in futuro habeat cum Principe tenebrarum infernale ignis aeterni & sulphuris; & in praesenti supradictae Conjugi nostrae inquietudinem inferre contra nostri statuta Praecepti non metuens, centum Libras auri obrizi componere compellatur, medietatem Imperiali Camerae, & medietatem suprataxatae Angilbergae, cui injuriae naevum intulisse probatur. Et ut hoc nostrae cessionis ac piae largitionis pagina inconversa permaneat, manus nostrae adscriptione insignita ex Bulla nostra subter adnotata est.

Signum manus

POF
H
LILS

Domini Hludovici serenissimi Imperatoris.

Gisel-

Giselbertus Presbyter & Notarius scripsi ex jussu Imperiali, & subscripsi.

Locus ✱ Sigilli.

Data IV. Idus Oclubris, Indictione VIII.

Actum Olonna Curte Imperiali, Anno Imperii Domni Hludowici gloriosissimi Imperatoris, Deo propitio XXV. feliciter. Amen.

Ejusdem Ludovici II. Augusti Diploma confirmatorium omnium bonorum Gumberti Vassi & Ministerialis, Anno 874.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hludowicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Imperialis munificentia si omnibus juste petentibus debet esse larga, multo amplius his, qui familiarius sibi adsistunt. Proinde notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae ac nostris tam praesentibus quam & futuris, quoniam amantissima Conjux nostra Angilberga Imperatrix Augusta nostram deprecata est clementiam, quatinus Gumberto illustri Vasso, fidelique Ministeriali nostro, & post eum heredibus suis confirmavimus omnes res proprietatis suae, tam eas, quae ante acceptum Ministerium ipse Gumbertus hereditarias vel adquisitas habuit, quam eas, quas postea acquisivit vel conquisturus erat deinceps, ut pro eo quod Ministerialis non erat, dampnosae in posterum non adscriberetur conditioni. Cujus deprecationem ad effectum perducere, dilectae Conjugis interventu, ratum decernentes, praedicto fidei nostro Gumberto Gastaldio, & sicut

A expetit, post suum decessum heredibus suis omnes res ac facultates juste sibi pertinentes perpetualiter confirmavimus in integrum, ut superius continetur: quatinus cassata undique controversia liberam facultatem habeant tam ipse, quam heredes sui, vel quibus ipsi dederint, legaliter disponere & ordinare cuncta, quae in vita sua adquisierunt vel adquirere poterint, & absque alicujus contradictione semper quiete possidere atque pacifice retinere, & quibuscumque elegerint conferre. Unde etiam Imperatoria censemus liberalitate, ut quicumque hanc nostram munificentiam eidem Gumberto pro suo beneplacito nobis servitio concessam violare quolibet modo temptaverit, noverit se decem millia Mancoforum aureorum multandum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem dicto Gumberto, vel ejus heredibus. Et ut certius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum Domni Hludowici

POI
LILS

serenissimi Imperatoris.

Adalgifus Diaconus & Notarius jussu Imperatorio recognovi & subscripsi.

Locus ✱ Sigilli.

Data VII. Idus Octobris, Anno Christo propitio Imperii Domni Hludowici piissimi Augusti XXV. Indictione VIII.

Actum Holonna Curte Regia, in Dei nomine feliciter. Amen.

Habemus heic *Imperialis Camerae*, hoc est *Fisci*, sive *Aerarii Regii* disertam mentionem. Fortassis ad eadem quoque tempora, atque ad eundem Augustum, nisi potius ad Ludovicum III. pertinet informe Diploma, quod in Tabulario Canonico-*rum Arretii* olim vidi. Membranae vetustas, & literarum forma,

A germanum monumentum prae se ferebant. Verum illic desiderabantur subscriptiones: & quod in primis animadvertendum est, nimia Latini sermonis imperitia in oculos incurrebat, ita ut quid de Chartae hujus fide statuam, incertus plane sim. Sed cuinam uui talia conficta quaeso fuissent, si ficta contenderem?

Mundiburdium seu defensionis Privilegium concessum à Ludovico II. Imperatore, ut videtur, Gripponi de Comitatu Arretino, ejusque familiae & rebus, circiter Annum 870.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Hludovicus divina favente clementia Imperator Augustus. Omnibus fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae, hac nostris tam praesentibus, quam & futuris notum esse volumus, qualiter Grippone de Comitatu Arretino quondam Luponi filius, interventu hac petitione Winegisii dilectique fidei nostro, petiit clementiam nostram, quatenus pro Dei omnipotentis amore, animaeque nostrae mercedem eum cum uxore & filiis, cunctisque rebus mobilibus & immobilibus, seu & facultatibus; hac familiis utriusque sexu tam Cartarum, Libellarum, seu covis titulum inscriptionis tam de paterna vel de materna, seu a quibusdam hominibus aequitate juste & legaliter vel in antea legibus aequitate potuerint, sub nostrum mundiburd, hac Imperiale receperimus defensione; quod

B effecimus. Praecipientes ergo jubemus, ut nullus Dux aut Comes vel Viscomes aut Sculdassio, vel ullus publicus Haccionarius vel alia a qualibe magna parvaque persona per vim obprimere, aut aliquam superimpositam contra eum, uxor, filiosque suos, hominesque ejus liberos hac servos contrarietatem facere praesumat, nullusque facultatibus, rebusque ejus mobilibus & immobilibus invasionem aut suffreccionem aut diminucionem, vel aliqua injusta superimposita facere sine legali terminacione facere praesumat; sed licead eum cum omnibus quae possidet, pro Dei omnipotentis amore, animaeque nostrae, parentorumque rostrorum mercedem securi & quieti pacifice vivere, nulla publica ei noconte persona. Si quis autem contra hanc nostram Imperialis auctoritatem violenter extiterit, & ea, quae superius legitur,

gitur, non observaverit, triginta Libras auri se composituros agnoscat, & medietatem parti Camerae nostrae, & medietatem suprataxato Grippo, ejusque heredes, eorumque hominibus. Ut verius credatur, de anulo nostro subter jussimus sigillari.

Desiderantur subscriptiones.

Signum Sigilli ✠ cerei deperditi.

Exinde ergo in Diplomatis frequentius Camerae nomen usurpatum

A invenias. Illud praecipue intueare in compluribus Berengarii I. Regis, qui tamen aliquando non *Camera* tantum, sed *Camera Palatii nostri* appellavit, uti exempla bene multa confirmare possunt. Ego duo tantum seligo. Primum debeo Archivo antiquissimi Monasterii Veronensis Sancti Zenonis, in quo autographum venustissimum adservatur.

B

Berengarius I. Italiae Rex Attoni fideli suo hortum, & horreum in Civitate Veronensi donat, Anno 889.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Berengarius Rex. Novit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet ac futurorum industria, Walfredum illustrem Comitem, summumque Consiliarium nostrum, nostram adisse munificentiam, exorans eam, quatenus Attoni fideli nostro Ortum in Civitate Veronae situm cum Horreo antiquo, murisque precingentibus concederemus. Cujus supplicationi nos merito assensum prebere ducentes, praesato Attoni fideli nostro eundem Hortum, cui ex una parte Sancti Petri Celaurio, & Sancti Petri cuius domus ibidem est constructa, & Sancti Zenonis jura coherent, ex alia

C parte Bundone Presbitero habitante, & ex ceteris partibus publica via currente, ut ipse Walfredus dilectus fidelis noster exoptavit, in integrum per hujus Praecepti nostri documentum ad habendum, & quicquid voluerit faciendum proprietatis jure, tam sibi quam heredibus suis concedimus & firmamus. Contra quod nostri documenti preceptum si quis insurgere temptaverit, ipsumque infringere, ne temptatum possit explere, viginti Libras auri obviri, medietatem Camerae nostrae, & medietatem, cui ex hoc molestia illata fuerit, sciat se compositurum. Et ut hoc verius ab omnibus credatur, & diligentius observetur, anuli nostri impressionem subter jussimus fieri.

D

Signum

Domni Berengarii gloriosissimi Regis.

Adest Sigillum ✠ cereum.

Restaldus Notarius jussione Regis ad vicem Adelardi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data IV. Idus Septembris, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIX.

Anno vero Regni Domni Berengarii gloriosissimi Regis II. Indictione VIII.

Datum Veronae, in Dei nomine, feliciter. Amen.

Adhuc in pergamena confixum videtur cereum Sigillum, in quo caput Berengarii eminet, juvenis admodum, ac puero paene similis, cum epigraphe BERENGARIUS REX. Uti alibi monui, non ea Berengario fuit aetas, quam Aubertus Mireus in Codic. piar. donationum arbitratus est, quum Italicum Regnum sibi

A conquifivit. Testem novum do praecedens ipsum Diploma. Atque ibi memoratam tantummodo *Camera* videas. Exemplum *Camerae Palatii nostri* nunc accipe ab altero ejusdem jam Imperatoris Praecepto, quod archetypum custoditur in Archivo Capituli Canonorum Arretii.

Confirmatio Privilegiorum Ecclesiae Arretinae facta à Berengario Imperatore, Anno 916.


IN nomine Domini Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum industria, Petrum sanctae Aritinae Ecclesiae sacerrimum Pontificem, dilectumque fidelem nostrum, suppliciter nostram postulasse clementiam, quatenus omnes possessiones & praedia suae Ecclesiae ab exordio suae constitutionis habitas, atque in posterum habendas sub omni integritate sui hoc nostrae auctoritatis praeecepto confirmare omnimodis dignaremur. Cujus devotissimam petitionem attentius exequentes, omnes possessiones, & universa praedia ejusdem Ecclesiae per singula loca & vocabularia in montibus, quamque in planitiibus posita, atque per diversa loca & vocabula adjacentia, seu omnia donata Regum & Imperatorum eidem Ecclesiae concessa vel concedenda, omnesque confirmationes de omnibus Plebibus ipsius Ecclesiae sive Cortis, rebus mobilibus & immobilibus, servis, vel ancillis, utriusque sexus familiis, aldionibus & aldianis, omnia & in omnibus in singulis Comitatus posita, idest in Aricino, Senense, Florentino, atque in Clustiano, & Castro Felicitatis, cum quadam Ecclesia, quae dicitur Sancti

B Martini..... peculiari, quemadmodum ab uno latere est Lacus Major, & ab altero latere praeditus Lacus peculiaris consistit, & cum omnibus piscariis, quae sunt posita in territorio praenominatae Aritinae Ecclesiae infra aquas, & quicquid a bonis hominibus per cujuscumque institutionis titulum juste & legaliter praedictae Aritinae Ecclesiae olim conlata sunt, vel futuris temporibus conferenda fuerint, sub omni integritate per hoc nostrum Imperiale Praeceptum confirmamus. Statuentes & Imperiali mandato praecipientes, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, vel Judex, aut cujuslibet judicariae potestatis persona in plebibus, vel rebus praelibatae Ecclesiae Placita tenere aut qualescumque exhibitiones vel sra exigere audeat; nullus etiam exactor publicus, aut cujuscumque ordinis homo Liberis aut Servis praescriptae Ecclesiae aliquam vim vel contrarietatem inferre praesumat, sed licet praetaxatae Ecclesiae securiter cum ea possidere sua, omnium magnarum, parvarumque personarum contradictione vel inquietudine remota. Si quis ergo hoc nostrae confirmationis & ruitionis Praeceptum infringere vel violare quandoque temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras ducentas, medietatem Camerae Palatii nostri, & medietatem

tem praedictae Ecclesiae, ejusque Rectoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus per futura tempo-

A ra observetur, manu propria roborantes de anulo nostro subter insigniri jussimus.

Signum Domni



Berengarii piissimi Imperatoris.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Episcopus & Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data X. Kalendas Julii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVI. Domni vero Berengarii piissimi Regis XXIX. Imperii autem sui primo, Indictione IV.

Actum in Civitate Ravenna in Christi nomine, feliciter. Amen.

Omnia fere subsequantium Regum atque Imperatorum Diplomata *Cameræ* nomen nobis exhibent, illudque nostris etiam temporibus constantissime retinetur. Nunc illud mihi inquirendum restat, an præter *Cameram*, sive *Fiscum*, aut *Aerarium* Regis aut Imperatoris, jus *Cameræ* alicui alteri olim in Italico Regno fuerit, puta Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, iis nempe, qui tunc Italicorum Principum chorum constituebant. Nemini autem Eruditorum ignotum est, antiquissimis temporibus, unis Regibus ac Imperatoribus *Fiscum* fuisse: sed quando Regalia ac jura *Fisci* transferri coepta sunt largitione Principum in Primates Regni, sive Ecclesiasticos, sive Saeculares, tunc & isti quadam specie *Fisci* perfrui coeperunt, & *Cameram* suam peculiarem constitutere. Videtur enim *Cameræ* vox latiori significatione patere quàm *Fisci*. Ergo ad Episcopos & Abbates quod attinet, quum in ipsos tot olim Re-

B galia collata fuerint a Regibus & Augustis, nil mirum, si consueverint & ipsi *Cameram*, sive *Aerarium* proprium habere ac appellare, quo reditus olim a *Fisco* Regio percepti, ac multae ab eo antea exactae inferebantur. Romani Pontifices in primis, ex quo sub Pippino Francorum Rege, & Carolo Magno Augusto, non solum Exarchatus, sed etiam Urbis ac Ducatus Romani dominatione donati sunt, *Cameram* suam habuisse videntur, ad quam census, tributa, ac vectigalia deferrentur: Sed in eorum monumentis vetustioribus (nimis multa nobis rapuit edax tempus) nullum hujus vocabuli vestigium hæcenus reperi. Fortasse nomine *Vestiarii* Pontificia Camera olim designata est. Quippe Hadrianus I. Papa Anno DCCLXXII. Bullam Farfensibus Monachis dedit, evulgatam in Chronico Farfens. Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum, in qua decernit, ut in posterum *Priores Vestiarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ* Judi-

Judices sint in causis Monasterii Farfensis. Miccio, inquit, Prior Vestiarii, vel omnes, qui pro tempore post ejus decessum Priores Vestiarii extiterint, licentiam habeant potestative distringendi tam Ecclesiasticam personam, quamque ex militia existentem, vel etiam famulum Ecclesiae &c. En quanta jam tum foret auctoritas ejusmodi munere fungentibus. Quod solum tenebras facere potest, ea Bulla data dicitur Imperantibus Domino nostro piissimo Augusto Constantino Imperatore &c. Quae verba indicant, dominatos adhuc Romae fuisse Graecos Imperatores, incertumque proinde esse, qua ratione Priori Vestiarii, si Minister Pontificius erat, auctoritas foret distringendi viros militares sive Seculares. Procedente tempore Archidiaconus Sanctae Romanae Ecclesiae praecessit coepit Camerae Pontificiae: ac proinde quum temporibus Alexandri II. Papae controversia orta fuisset inter Monasterium Farfense, & alterum in Mica Aurea, Dominus Hildebrandus venerabilis Archidiaconus eandem audivit, ac diremit, uti habetur in eodem Chronico Farfensi pag. 596. Actores autem & Actionarii appellati olim Ministri, qui nunc Clerici Camerae ejusdem. Et quoniam nuper monuimus, Palatii voce Camerae Regum fuisse designatam, ipsi quoque Romani Pontifices Palatii Lateranensis vocabulum eadem significatione usurparunt. Vide Bullam Benedicti Papae VIII. in eodem Chronico Farfensi, pag. 518. per quam confirmat Coenobio Farfensi Castellum Buccinianum. Illic adversus violatorem quemcumque ait: *Insuper & compo-*

si se sciat auri optimi Libras centum, medietatem in sacrosancto Lateranensi Palatio, & medietatem in superscripto Monasterio. Idem repetitur in Brevi recordationis Hugonis Abbatis. Immo alteram Bullam ejusdem Benedicti VIII. Papae exhibet idem Chronicon Farfense pag. 521. confectam Anno MXVII. in qua diserte fit mentio Camerae Pontificiae hisce verbis. Qui facere hoc praesumpserit &c. sciat se compositurum centum aureos Mancosos medietatem Camerae nostrae, & medietatem &c. Neque reponas, ex liberalitate Henrici I. Augusti viri sancti, Benedictum VIII. Papam latius quam Praedecessores fuisse dominatum, ut quidam illius Seculi Scriptor affirmat; si enim Alberici Romanorum Principis, sive Tyranni, tempora excipias, constat, Romam antea quoque temporali ditioni Pontificum subsuisse, atque adeo jus inrogandi multas, & Camerae habendae, ad eos spectasse. Ceterum illud minime praetereundum est, in Bullis antiquiorum Pontificum Romanorum anathema quidem, maledictionem, aliasque spirituales poenas consuevisse apponi, rarissime autem pecuniarias, ita ut quum impositae multae in iis occurrant, caute circumspiciendum sit, ne fraus aliqua intercesserit. Observatam enim eam consuetudinem non tantum in confirmandis juribus Ecclesiarum, sed & in politicis negotiis, atque in ipsis Urbibus, ditioni Pontificiae subiectis, video. Cujus rei exemplum unum nunc addere juvat ex Codice MSto Cencii Camerarii excerptum.

Sergii IV. Papae Literae, quibus Vediano cuidam Castrum Scuriense titulo emphyteusis concedit, Anno 1010.

Sergius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Vediano, Scuriensis Castrum Domino, salutem & Apostolicam benedictionem. Manifestum est Castrum, quod Scuria dicitur, temporibus beatae memoriae praedecessoris nostri Papae Silvestri, ut etiam nunc vestra relatione comperimus, Regiâ munificentia quondam per manus ejusdem beato Petro fuisse collatum, & a te nunc per innovationem sub Censu annuo decem Solidorum Raimundensis Monetae oblatum. Nos itaque eandem suscipientes oblationem, quoniam id esse tuae voluntatis agnovimus, tibi a manu Beatitudinis nostrae cum magna devotione suscipienti, & omni posteritati tuae Castrum Scuriae cum omnibus pertinentiis & possessionibus ejus in perpetuum habere concedimus, & idem protectione Sedis Apostolicae communitimus. Statuimus enim, ut nulli omnino Ecclesiasticae, Secularive personae facultas sit idem Castrum minuere, infestare, vel suis usibus vin-

A dicare, sed quietum tibi, sicut a nobis concessum est, & integrum conservetur. Si qua igitur Ecclesiastica, Secularive persona temere, quod absit, adversus ista praesumserit, secundo, tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, honoris & officii sui periculum patiat, aut excommunicationis ultione plectatur. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei & Apostolorum ejus Petri & Pauli gratiam misericorditer consequatur.

Ego Sergius Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Datum Laterani per manum Gregorii sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Presbyteri, III. Kalendas Aprilis, Dominicae Incarnationis Anno Millesimo Decimo, Indictione VIII.

C Accipe nunc & alterum documentum ex praeaudati Cencii Codice MSto defumtum, ejusdem emphyteusis concessionem confirmans.

Confirmatio Castrum Scuriense in emphyteusim facta ab Alexandro III. Papa, Amblardo, aliisque confortibus, Anno 1162.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Amblardo, Bernardo, & aliis Dominis Scuriensis Castrum, salutem & Apostolicam benedictionem. Manifestum est, Castrum, quod Scuria dicitur, temporibus beati Silvestri, sicut ex inspectione Literarum antecessoris nostri sanctae recordationis Sergii Papae cognovimus, Regiâ liberalitate per manus ejusdem beato Petro quondam fuisse collatum, & a Vediano quondam ejusdem Castrum Domino, me-

Dmorato praedecessori nostro Papae Sergio, per innovationem sub annuo censu decem Solidorum Raimundensis monetae fuisse recognitum & oblatum. Idem etiam Castrum Hubertus, Raimundus, & Sicardus, Domini ipsius loci, praedecessori nostro felicitis memoriae Papae Calixto, & per manum ipsius beato Petro, & sanctae Romanae Ecclesiae recognoverunt & obtulerunt. Nos itaque eorundem antecessorum nostrorum Sergii, atque Calixti, & etiam Innocentii Ro-

manorum Pontificum, qui Castrum ipsum ad jus & proprietatem beati Petri pertinens, sub Apostolicae Sedis protectione ac munitione receperunt, vestigiis inhaerentes, praefatum Castrum sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis Scripti patrocinio communitimus. Statuentes, ut neque Comiti neque alicui personae facultas sit, Castrum ipsum auferre, minuere, infestare, vel suis usibus vindicare, sed quietum vobis, sicut a jam dictis praedecessoribus nostris & nobis concessum est, & integrum sub beati Petri jure ac defensione consistat. Sane si quis vestrum gravius aliquod, quod absit, forte commiserit, pro ejus culpa, nisi & ipsi ejusdem iniquitatis participes fuerint, alii, & honores eorum minime a divinis interdiciantur officiis. Hoc ipsum & de subjectis Militibus vestris praecipimus observari. Statuimus etiam ut nulli, nisi Dominis & hominibus ejusdem Castri, liceat infra terminos tenimenti vestri, Castrum aedificare vel munitionem facere. Si quae verò Ecclesiastica, Secularisve persona adversus homines ejusdem Castri querimoniam deposuerit, apud Metropolitanum vestrum, vel Legatum a latere Romani Pontificis destinatum, quod

A justum fuerit, experiat. Si quis igitur Clericus sive Laicus temere, quod absit, adversus ista venire tentaverit, secundò teròve commonitus, si non congruà satisfactione emendaverit, honoris & officii sui periculum patiat, aut excommunicationis ultione pleclatur. Qui verò conservator extiterit, gratiam omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli obineat.

B Datum apud Montem Pessulanum, IV. Kalendas Junii.

C In his nullam indici multam vides. Id in aliis quoque compluribus Chartis animadvertas. Quod tamen non ideo dictum velim, ut negem, pecuniariam poenam Camerae Pontificiae, seu Lateranensi Palatio, persolvendam interdum, vel ante Annum a Christo nato Millesimum fuisse impositam. Emergere quippe in lucem possunt vetustiora alia monumenta, in quibus Apostolicae Camerae mentionem apertissimam reperias. Et reapse unum, qualecumque sit, ego producam, quod ex Archivo antiquissimi ac celeberrimi Monasterii Sublacensis descriptum misit ad me Nicolaus Aloysia, melioris eruditionis cultor.

Bulla Gregorii Papae V. per quam Petro Sublacensi Abbati omnia privilegia ac jura confirmat, Anno Christi 996.

G Gregorius Episcopus servus servorum Dei, reverentissimo ac prudentissimo Petro Presbitero & Monacho atque peritissimo Abbati venerabilis Monasterii sancti Confessoris ac patris Benedicti, & sancte Virginis sororis ejus Scolastice, quod ponitur in Sublaco, tibi tuisque successoribus inibi deservientibus vel introducuntibus in perpetuum. Si semper sunt concedenda quae piis desideriis congruunt, quanto potissimum ea, quae

E pro divini cultus prerogativa esse noscuntur, non sunt omnino neganda, quia sunt a largitoribus non solè po-scenda, sed cavitatis titulo procul dubio exigenda. Petisti nos igitur, quatenus concederemus sive confirmarem tue religiositati supradictum tuum Monasterium Sancti Benedicti & Sancte Scolastice, quod ponitur in Sublaco, cum Cellis & Cenobiis, una cum Turre & cuncta suppellectilia eorum, una cum Specu, ubi bea-

beatissimus Benedictus heremiticam vitam duxit, cum omnia infra se & circa se cum criptis, & omnia edificia humana, que ibidem nunc sunt: verum etiam & Lacum cum piscariis & aquimolis suis, inde exiente aqua Palaneto cum piscariis & aquemolis suis, deducente ipsa aqua in loco, qui vocatur Mandra. Item aquemolis & piscariis suis, & pervenit usque in loco, qui cognominatur de Ferrata, omnia in integrum coherentes. Nostra namque auctoritate in vestro Monasterio sunt confirmata, ut nulla umquam hominum magna, parvaque persona audeat in ipsa aqua, que vocatur Timida, seu in aqua, que appellatur Augusta, vel in aqua, que dicitur Bullica, neque in Flumicello, neque in aqua de Roccanellum, neque in aqua, que cognominatur Cona, neque in ulla aqua de toto Sublaciano territorio, vel in quolibet de ipsis locis, sine consensu Abbatis ejusdem Monasterii per nullius argumentum idem aquimolum dedicare. Et qui hoc fecerit, aquemolum ipsum in suprascriptum Monasterium occurrat, & in nostro Palatio compositurus existat auri cocti Libras duas. Item confirmamus vobis detinendum Castellum in integrum, qui vocatur Sublacum, cum omnibus suis pertinentiis vel adjacentiis, cum omni placito & donatione sua, una cum glandatico, & herbatico suo, atque cuncta publica functione, sicuti in nostro Palatio annuatim persolvi solet. Seu confirmamus vobis Montem in integro ad Castellum faciendum, qui vocatur Augusta; & Montem qui vocatur Cervaria, cum omnibus earum pertinentiis in integrum. Porro & Castellum, quod vocatur Arsule, simulque & Castellum quod vocatur Anticulum: unumquodque Castellum cum Ecclesiis, Cellis, domibus infra se & de foris, vineis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, sale-

A His, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis, atque fluminibus, cum aquimolis, cum castanietis & paludibus, cum montibus & collibus, plagis & appendicibus, cultum & incultum, vacuum & plenum, cum omnibus suprascripto Monasterio seu Castellis generaliter & in integrum pertinentibus in territorio Tiburtino & Sublaciano, sicuti per termina designantur, atque demonstrantur. Incipiente a Porta Imperatoris, unde ipsum Flumen redundat, dein deveniente in Monte, qui vocatur Romani & recte in Campolongum, recto tramite pergente in Pereto, ubi est Ecclesia Sancti Petri: inde veniente in Staffile, que astat in Camposacro: inde iter agendo & pervenit in Arco Sancti Georgii, & sic pervenit in Monte de Flaontino, de ipso descendente monte, & pervenit in aqua, que & Ferrata vocatur: sequente ipsa aqua usquedum eveniat in Arco de Aqua Ferrata, & per ipsam aquam donec suum cursum explicat in fluvium Tiberis: transmeante ipso Fluvio, ascendente in monte, qui vocatur Croseo, qui proprius de tuo est Monasterio; inde per cacumen montium, per concas vallium, per cavernas petrarum devenit in montibus, qui cognominantur Gemini; & sic descendente in Fenestrelle, & inde perveniente in rivo, qui nominatur Trave, & per eundem rivum descendente in alio rivo de Cona ubi dicitur Crucis: ipsaque Cona ascendente in locum, qui vocatur Oraru: inde iteratim ascendente in monte, qui & Aquaviva dicitur, recte in ponte Terraneo, & per ipsum flumen descendente usque in Petra Imperatoris, & inde in Monte Romano. Civitas etiam, que vocatur Carsoli, cum Ecclesiis & domibus infra se in integrum & de foris in diversis vocabulis, villis, vineis, fundis, & casalibus, rivis

cum aquemolis, cum omnibus suis pertinentiis & adjacentiis, sicuti vestra antiqua Privilegia continent, ita vobis in omnibus sint confirmata, posita infra Castro Reatino, & Ciculano, & Marsicano territorio. Denique & confirmamus vobis Castellum in integro, quod & Trillano nuncupatur, una cum Colle de Ferrari & Monasterellum & Sassa, sive que ab aliis vocabulis nuncupantur, cum villis, fundis & casalibus, vineis, & terris, campis, pratis & pascuis & cum omnibus suis pertinentiis, sicuti extenditur usque in Pisciscano.

Et Casale in integro, qui vocatur Ursano & Sambuci cum Ecclesia Sancti Thomae in desertis posita, & montem in integro, qui appellatur Gurdiano, cum fundis & casalibus suis, atque medietatem de loco, qui dicitur Ylice: & locum qui vocatur Castaniola, cum vineis & terris vel omni pertinentia; & in ipso confinio adest Monte, qui vocatur Buberano, in integro cum ceteris vocabulis sive pertinentibus. Iterumque etiam confirmamus vobis Castellum, quod dicitur Ampolloni, in integro cum Ecclesiis & domibus infra se per omnia & extra se cum vineis, terris, fundis, & casalibus, vel omnibus eidem pertinentibus Castello. Insuper locum, qui vocatur Pentoma, cum suis omnibus in integro pertinentibus: verum etiam & medietatem de Castello devulgato de Sancto Pamfimo, cum medietate de suis omnibus pertinentiis. Verumtamen & Castellum de Collemalo in integro. Item & locum, qui & Romani vocatur in integro: & medietatem de Villa, que appellatur Papi, una cum fundis & casalibus, vineis & terris, campis, pratis, pascuis, & silvis, salestis, fontibus, ac rivis, cum aquemolis, & cum omnibus pro singulis locis, & vocabulis generaliter, & in integro pertinentibus. Omnibus jam dictis locis ter-

A ritorio Tiburtino site sunt. At vero & confirmamus vobis vestrisque successoribus Cellam Sancte Barbare, que est intro Civitate Tiburtina, in integro cum domibus & Cellis intra se cum aquemolis suis intro eadem Civitate & deforis, cum fundis & casalibus, vineis, & terris, campis, pratis, pascuis, & silvis, cum omni sua pertinentia vel adjacentia. Sive etiam & infra hujus alme Rome confirmamus vobis Cellam Sancti Erasmi, que ponitur in Celio Monte, cum domibus, cella vinaria, & fenile, cum hortis, & vineis circa se, cum arboribus olivarum, & diversa genera arborum pomiferorum, & cum ceteris vineis, & casalibus; scilicet pratum, quod ponitur foris Ponte Salaro, & Casale, quod ponitur Aquario, & alio Casale, quod vocatur Quinto; & in Albanense territorio vinee, que site sunt a Cripta, que vocatur a Silice Albanense, & in loco, qui appellatur Zinzinni, vel in diversis locis sive vocabulis, ubicumque inveniri vel reperiri possint per quamlibet seriem scripturarum ad ipsum piium ac venerabilem locum pertinentes, sub jurisdictione vestra semper persistant, a presenti Decima Indictione, & usque in perpetuum vobis vestrisque successoribus Abbatibus cum timore regendum ac regulariter disponendum. Convenit reverentie vestre nos implorasse, ut sepedictum Monasterium Sancti Benedicti & Sancte Scolastice Apostolice auctoritatis serie muniamus, & omnia & pertinentia perenni jure inviolabiliter permanenda confirmemus. Propterea flexi precibus tuis per hujus preceptionis paginam statuentes decernimus, ut cuncta loca urbana vel rusticana, idest Massas, Casales, vel Castella, diversa predia culta vel inculta, que ponuntur per loca & vocabula, que superius premissa vel nominata sunt, sicuti a Pontificibus, Regibus, vel a Deum

Deum timentibus in eodem venerabili loco concessa sunt, vel etiam per alias rationes iuste inibi advennerunt, sicuti omnia presatum tuum Monasterium detinuit temporibus sancte recordationis Gregorii & Zacharie & Nicolai Pape predecessorum nostrorum, ita & nunc cum magna securitate quietè valeat possidere, & tu etiam pro venerabili tuo Monasterio vel successores tui Abbates, possideant ac detineant, atque jurisdictione in perpetuum fruentes defendant, & in utilitatem ejusdem pii loci perbenniter proficiant. Pro quo etiam sub divini iudicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nulla unquam cujusque publice attitudinis virorum sive mulierum, vel etiam alia cujuscumque sit dignitatis magna parvaque persona, quomodolibet jurisdictionem exercere in jam dicto Monasterio vel in Castellis, massis, fundis, & casalibus, prediis cultis & incultis, vel in aquis, molendinis, & piscariis, vel in aliqua possessione, seu etiam in diversis rebus, ubicumque detinere videbuntur, nec quippiam horum ex eodem loco auferre, aut diripere presumat, neque ullam lesionem, aut contrarietatem malitie in ipso beati Benedicti Monasterio atque omnibus ut supra annexis eis pertinentibus, quoquo ingenio, aut argumento inferre audeat. Potius autem jure perpetuo in eodem venerabili Monasterio, ut superius afflictum est, proficiat, & potestati atque ditioni tue, vel omnibus successoribus tuis Abbatibus perbennis permaneat disponendi atque possidendi facultas. Si quis autem (quod non optamus) temerario ausu contra hujus nostre Apostolice preceptionis seriem pie a nobis promulgatam venire, vel litigare temptaverit, sciat se Domini nostri & Apostolorum Principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo & ejus atrocissimis penis, atque cum Juda traditore Domini nostri &

A Salvatoris Ihesu Christi in eterno igne concremandum, simulque & in voragine tartareoque chaos demersum cum impiis plectendum. Qui vero pio intuitu custodes & obedientes atque observatores hujus nostre salutifere preceptionis extiterit, benedictionis gratiam & celestis retributionis eterna gaudia a justo Iudice Domino nostro consequi, & vite eterne particeps effici mereatur.

B Scriptum per manum Benedicti Scriptorii sancte Romane Ecclesie, in mense Septembri, Indictione X.



BENE VALETE.

C Datum IV. Kalendas Julii per manus Johannis Episcopi sancte Albanensis Ecclesie & Bibliothecarii summe & Apostolice Sedis, Anno Deo propitio Pontificatus Domni Gregorii IV. summi Pontificis & universalis Papae in sacratissima Sede beati Petri Apostoli, Anno Primo, Indictione X.

D Ughellius hanc ipsam Bullam prae oculis habens, Johannem intrusit in Catalogum Episcoporum Albanensium ad Annum DCCCXXVIII. Tom. I. Ital. Sacrae. Sed is fallitur. Non ad Gregorium Quartum, sed quidem ad Quintum Literae istae (si tamen omni suspitione falsi eas carere putas) pertinent. Neque enim convenit Indictioni X. Annus Primus Gregorii IV. Papae. Facile tamen error in autographum irrepsisse potuit, ita ut Librarius legerit X. pro V. quae Literae inter se facile commutari possunt, & ad eandem formam fere accedunt. Sed quum è Mabillonii Annalibus, atque è Chronico Sublacensi constet, Anno DCCCCXCVII.

floruisse *Petrum Sublacensem Abbatem*; & rursus quum à Ciampinio in Catalog. Bibliothecar. S. R. E. atque ab ipso Ughellio in Episcopis Albanensibus certiores facti fuerimus, eodem Anno floruisse *Johannem Episcopum Albanensem, & Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecarium*: res monet, referendam esse hanc Bullam ad Gregorium V. qui iisdem temporibus Cathedram Petri conscendit; & pro *Gregorii IV.* scribendum *Gregorii V.* Hic autem renuntiatus est Pontifex

A mense Majo Anni DCCCCXCVI. Indictione IX. Ergo in hac Bulla alter error occurrerit, atque est scribendum aut *Anno Secundo*, aut *Indictione IX.* Interea animadverteris ea verba: *In nostro Palatio compositurus existat auri costi Libras duas.* Alteram adjicio Bullam: sed ne hujus quidem sinceritatem, ac legitimam originem praestare velim. Eam ego excerpti è Collectaneis MStis Peregrini Prisciani in Estensi Bibliotheca adservatis.

Bulla Martini seu Marini II. Papae confirmatoria omnium jurium ac bonorum Ecclesiae Adriensis, circiter Annum 944.

Martinus Episcopus servus servorum Dei. Convenit Apostolico moderamine poscentibus benivola compassione succurrere, & poscentium sacrae devotioni impartiri assensum: ex hoc enim lucri potissimum primum apud conditorem praepositur Deum, quoniam venerabilia loca ad meliorem fuerint statum sine dubio producta. Atque ideo, quia juste & rationabiliter nostro Apostolatus humiliter postulastis, quatenus Sanctam Dei Ecclesiam Adriensem beati Petri Apostoli Domini per praesentis nostri Privilegii auctoritatem concederemus & confirmarem omnes possessiones & proprietates ejusdem Ecclesiae Adriensis, idest, Insulam, quae vocatur Adriana, una cum tota Silva sua & portibus, quod est Portus Laureti, & Portus Gauri, omnia in integrum persistente usque in mare, & a Portu Laureti usque in Canale Fea, & usque in Canale Falce una cum venationibus, piscationibus, aucupationibus suis in integrum. Simul Massam Quinto, & Silva Lapario, & Lathualo, & Canale Trionis, seu Canale de Aiva & Canale de Palo, seu Conchagatula usque in

C piscaria Cythiu, & Corvigo Susorum. Atque totam Insulam inter Athicem & Tartarum, cum Silva, & Manegium atque Massam Gavello in integrum. Et Villa Martiana in integrum, seu fundum Roda cum silva & valle sibi pertinente usque Valle Fraxinita & Lavigie & Valentina. Sicque Argele majorem & Grignano, sive contra Massa Pedrulo, seu fundum Pontecli usque in Vibo Cavario, & fundum Lamando, & praedicta Massa Pedrulo persistente usque in Stillo de Baldo. Insuper confirmamus & corroboramus in praedicta Sancta Ecclesia Adriense Plebem Sanctae Mariae, quae vocatur Corna Cervina persistente a Canale de Finale usque in Gauvo; & Plebem Sanctae Mariae in Stornio, quam diruit Flumen Padus, & persistente a rupra Jovianez usque in Fossa Opilea, usque in Fossa Corvulo in integrum: atque Plebem Sancti Georgii in Tamara, una cum Massa Copario, & fundo Ambioso usque in Valle Fraxineta in integrum. Sicque Plebem Sancti Martini in Roviolam in integrum, & Plebem Sancti Donati in Pedrulo, habeat, teneat, possideat su-
pra-

prascripta Ecclesia Adriensis in integrum. Ideoque per praesentis nostri Privilegii auctoritatem confirmamus in praedicta Ecclesia Adriense Massa Cappadociana & Lendenaria, una cum Silva sua usque in Flumen Sibicem, seu Sulicini, & Tribano, & Mardinagus, seu Anguillaria, & Capite Argelle. Quapropter nostra Apostolica praeceptione, sive ex praeceptione dilectissimi filii nostri Ugonis Serenissimi Regis, praecipimus. ut nulla neque persona hominum cujuscumque conditionis vel gradus sit, sive dignitatis vel religiositatis, licentiam habeat in rebus & possessionibus praedictae Ecclesiae ingredi sine consensu Episcopi, vel qui praest ipse Ecclesiae, neque minuere, neque dominare sive per hospitalitatem, vel per commendationem, vel aliquam violentiam facere praesumat. Sed potius, ut praefati sumus, omnino in tempore salvas & illaesas persistant una cum omnibus tam Clericis, quam Laicis & deservientibus, seu residentibus ejusdem Ecclesiae, & omnes earum res mobiles & immobiles, se seque moventes in integrum stare quiete & pacifice vivere omnium hominum remota controversia. Nam (quod non credimus) si quispiam hanc nostri Privilegii auctoritatem violator repertus fuerit, sciat se in iram beati Petri Apostolorum Principis, & filii nostri Ugonis Regis, & nostram, casurum. Et praedicta Ecclesia cum suis pertinentiis, ut superius legitur, sub beati Petri Apostolorum Principis, & nostra, nostrorumque Successorum protectione permaneat. Insuper nisi a malo respuerit, sciat se compositurum auri optimi Mancusos mille, medietatem nostro sacro Palatio, medietatem praedictae Ecclesiae. Qui vero pio intuitu custos & observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, vitamque aeternam cum omnibus Sanctis sine fine

A habere mereatur in Secula Seculorum. Amen.

Scripta per manum Gregorii Scriniarii Romanae Ecclesiae.

Data Patriarchio Lateranensi III. Idus Junii. Bene valete.

Ego Benignus Episcopus Hostiensis manu mea subscripsi.

Ego Grisogonus Episcopus Portuensis manu mea subscripsi.

Anno ejus Sedis Secundo, & Domni Ugonis Quarto, Indictione XII.

Et ego Dominicus Christi misericordiam Sanctae Adriensis Ecclesiae Notarius vidi hanc autentici Privilegii paginam, scriptam per manum Domni Gregorii Scriniarii Romanae Ecclesiae, nihil addens vel minuens, exemplari Anno Dominicae Incarnationis MCLI. quarto-decimo die exeunte mense Aprilis, Indictione XIV. tempore Domini Eugenii Papae & Conradi Regis.

Ego Romeus Domni Henrici Regis Notarius autenticum hujus exempli vidi & legi, sicuti hic continetur.

Sunt haec multa, quae aut imposturam olent, aut summam amanuentis incuriam arguunt. Nullus, Hugone Italiae Rege imperante, Martinus Papa sedit. Marinus quidem Secundus in ejus tempora cadit: ac propterea, dum germana Charta haec videatur, ad istum referenda est. Verum pugna est inter Annos Marini Papae & Hugonis Regis. Anno quoque DCCCCXLIV. decurrebat Indictio II. non Indictio XII. Animadvertite etiam verba illa ex praeceptione dilectissimi filii nostri Hugonis Serenissimi Regis, ut alia omittam. Ceterum si Bulla haec sincera dicenda esset, haberemus Mancusos mille componendos medietatem sacro Palatio Lateranensi. Neque haec praetereundum cenfeo, auctorem esse Panvinium, praefuisse

Ar-

Archidiaconum Sanctae Romanae Ecclesiae Pontificiae Camerae usque ad tempora Gregorii VII. qui eo dudum munere functus, fortasse quod nimiam Archidiacono auctoritatem deferri deprehendisset, *Camerarium* instituit, cujus adhuc dignitas in Ecclesia Romana perdurat. In Dissertat. LXIX. de *Censibus Eccles. Roman.* indicabo, quot census Anno MCXCI.

A ad eandem *Cameram* spectarent, teste *Cencio Camerario*. Et *Camerarii* quidem munus eidem *Cencio* nondum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali collatum fuisse, illic ostendam. Cardinales quoque à permultis Saeculis ad idem ministerium fuisse assumptos, fidem faciet *Charta*, quam ex ejusdem *Cencii* Codice depromsi.

Aldobrandini Comitis de Calmaniare Charta, per quam *Camerario* Pontificio oppignerat *Castra Preceni & Ripeseni*, Anno 1159.

I N nomine Domini, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Centesimo Quinquagesimo Nono, Anno V. Pontificatus Domini *Adriani IV. Papae*, Indictione VII. mense *Januario*, die II. Ego *Aldebrandinus Comes de Calmaniare* pro me & procuratorio nomine pro *Bernardino fratre meo*, coram *Willermo Presbytero Cardinali titulo Sancti Petri ad Vincula*, & *Raimundo Diacono Cardinali Sanctae Mariae in Vialata*, & *Gregorio Corvano* *Judice*, obligo & in pignus pono tibi *Domino Bosoni venerabili Cardinali Diacono Sanctorum Cosmae & Damiani*, *Domini Papae Camerario*, procuratorio nomine pro ipso *Domino Papa* & pro *Ecclesia Romana*, idest *Roccam Sancti Stephani*, *Castrum Preceni*, & *Castrum Ripeseni*, cum omnibus eorum usibus, utilitatibus, & pertinentiis, sicut inter suos concluduntur fines, posita territorio *Urbevetano*. Quae siquidem *Roccam* & *Castra* ab *Ecclesia Romana* tenemus in *Feudum*, ad quam jus & proprietates ipsorum pertinent, & qualiter nobis competunt, taliter obligamus, & in primis ponimus pro ducentis quadraginta octo *Libris Lucensium* & quinque *Solidis*, quos nobis pro ipso *Domino Papa* mutuasti. Insuper in unoquoque mense

B pro sexdecim *Solidis Lucensium*, quos pro custodia *Arcis* *Dominus Papa* expende debet, praedictum pignus obligatum sicut pro ipsa sorte tenebitur. Et sic in unoquoque Anno, donec pecunia soluta fuerit, & pignus liberatum, accrescit summa sorti novem *Librarum* & duodecim *Solidorum Lucensium*. Quaecumque vero hora praedictam pecuniam vobis vestrisque *Catholicis* successoribus solvemus, pignus hoc sit vacuum, & haec *Chartula* ad nos revertatur. Nos autem & nostri heredes defendere promittimus ab omni homine, si necesse fuerit. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire tentaverimus tam nos, quam nostri heredes componamus *Domino Papae* suisque *Catholicis* successoribus pro poena superscriptum pretium duplum. Et soluta poena haec *Chartula* firma permaneat: quam scribendam rogavi *Andream* *Scriniarium* in mense, & *Indictione* superscripta VII.

Signum manus superscripti *Aldebrandini Comitis de Calmaniare* pro se & *Bernardino fratre suo* hujus *Chartulae* rogatorum.

E Docibilis testis.
Bobo de Petro testis.
Urso filius ejus testis.
Stephanus de *Matba* testis.

Petrus Buticularius testis.

Rogerus de Letulo testis.

Jobannes Riccius testis.

Ego Andreas Scriniarius Sanctae Romanae Ecclesiae, & sacri Lateranensis Palatii complevi & absolvi.

Haec de Summis Pontificibus. Quibusdam etiam Episcopis & Abbatibus suam fuisse *Camera*, antiqua monumenta ostendere videntur. Ii videlicet, qui Regalibus fruebantur, ac praecipue Comitatu alicujus Urbis donati fuere, jus etiam habuisse dicendi sunt exigendi vectigalia atque tributa, eaque suo Aerario five *Camerae*, addendi. Exempli causa, ut est apud Ughellium & Bordonum, Conradus I. Augustus Anno MXXVII. Episcopo Parmensi omne jus publicum & teloneum atque districtum ejusdem Urbis, ac deinde totum Parmensem Comitatum concessit. Excogitare certe licet, tunc Parmenses Praefules *Camera* constituisse, quo inferrentur, quaecumque antea colligebat *Camera Regia*, & Comes Laicus Urbis illius. Si mendo caret Charta Jacobi Fesulani Episcopi scripta Anno MXXXII. ac edita Tom. III. Italiae Sacrae ab Ughellio, is ita donationem quamdam concludit: *Si quis autem hujus nostrae ordinationis temerarius violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum Imperatoriae Camerae, & nostrae &c.* Suam quoque *Camera* Casinensibus Abbatibus fuisse ac esse, scribit Angelus de la Nuce in Notis ad Chronicon Casinense Leonis Marsicani. Sed haec tenebrae non paucae occurrunt, & caute procedendum, ne dubia aut ficta nobis obtendantur. Margarinus in Bullario Casinensi Tom. 2. Constit. 42. & Ughellius Tom. 4. Ital. Sacr. in Episcop. Bobiensib. Diploma proferunt datum Anno DCCC-

A LXXXIII. per quod Carolus Crassus Imperator Agilulfo Abbati Bobiensem Comitatum largitur, inquit: *Quicumque attentare praesumpserit, centum Librarum auri obrizi componat, medietatem Camerae nostrae, aliamque medietatem Camerae Abbatis.* Sed uti jam praefatus sum in Dissert. XI. de *Alodiis*, & fusius infra in Dissertat. B LXXI. de *Episcoporum potentia* monebo, Diploma Lotharii I. Comitatum Bobiensem Abbati ejus Coenobii concedentis nimis vitiis laborat, ita nunc ajo laborare alterum Caroli Crassi, nunc mihi memoratum. Rationes afferre nihil attinet. Proinde facta ibi *Camerae* mentio nihil momenti ad nostram quaestionem adfert. C Praestabit igitur inquirere, an Duces, Marchiones, & Comites olim jure *Camerae* fruerentur. Non satis notum est, quatenam sub Langobardis & Francis Regibus hac in re consuetudo fuerit. Narrat quidem Paullus Warnefridi Lib. 3. Cap. 16. de Gest. Langobardor. Authari Regem electum fuisse, cujus diebus *ob restorationem Regni, Duces, qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem Regalibus usibus tribuunt, ut esse possit, unde Rex ipse, sive qui ei adhaerent, ejusque obsequiis per diversa officia dediti, alevantur.* Sed istud contigit, quod antea per decem annos Langobardicum Regnum sine Rege fuerit, & unusquisque Ducum suam *Civitatem* obtineret, veluti Princeps. Quo sane tempore tributa Civitatis & districtus ad singulos Ducum deferebantur. Verum quid juris post restitutam Regiam dignitatem servarint antiqui Duces in Italico Regno, perspicuum minime est. Attamen adfert Margarinus Tom. 2. Bullar. Casinens. num. 8. Diploma Desiderii Langobardorum Regis, in quo is Mo-

Monasterio Brixiano Sanctae Juliae donat *Insulam, quae Ciconiana dicitur, pertinentem ad Curtem nostram, & ad Curtem Ducalem.* Erant autem & Mediolani & Veronae, ut alibi animadverti, *Curtes, seu Cortes Ducis.* Sed haec obscura. Illud sane futurum est nobis certum, *Principibus Beneventanis,* saltem post excisos Langobardorum Reges, suum Fiscum, suamque Cameram fuisse: quod ii tunc significabant nomine *Palatii Beneventani.* Vide Chartas ab Ughellio editas Tom. 8. Ital. Sacr. in catalogo Archiepiscop. Beneventan. & in Chronic. Sanctae Sophiae. Diviso autem eodem Principatu, *Salernitani Principes,* ac deinde *Capuani* idem & ipsi jus retinere: Nam si excipias

A supremum dominium, & censum aliquem interdum persolutum, nihil aliud ad Imperatores ac Reges Italiae in iis regionibus pertinuit. Principes vero illic, Regio tantum nomine demto, Regiam auctoritatem libere in omnibus exercebant. Peregrius in Histor. Princip. Langobardor. Tom. II. Rer. Italicar. pag. 308. Praeceptum edidit Pandulfi IV. Principis Capuae, datum Anno MXXXIV. ubi inobedienti indicitur *se esse compositurum auri optimi Libras centum, medietate sacro nostro Palatio &c.* Eandem formulam dicendi rursus intueamur in Praecepto Roberti Principis Capuani, quod e Tabulario Sancti Angeli Capuani, mihi suppeditatum fuit.

Robertus Princeps Capuanus Monasterio Capuano Sancti Angeli, quod Casinensi subiectum est, quasdam Terras donat, Anno 1109.

IN nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Dei aeterni. Notum sit omnibus filiis sanctae & catholicae Ecclesiae, quoniam cum quadam die nos Rubertus Capuanus Princeps apud Monasterium Sancti Angeli, quod dicitur in Formis, causa orationis ivissemus, Fratres, qui ibi Deo jugiter serviebant, a magnitudine nostra postulaverunt unam petiam de terra nostra, quae esse videtur in pede Montis nostri arce Sanctae Agathae, & est prope Ecclesia Sancti Marci subdita Monasterio Sancti Angeli. Quorum petitionibus digne obtemperantes fieri procuravimus. Ex interventu igitur illorum, nec non ob salutem animarum Principum antecessorum nostrorum, R. scilicet Avi, & Jordani patris, necnon R. fratris nostri, & ob statum nostri Principatus, per hoc videlicet principale Scriptum in perpetuum in praefato Monasterio Sancti Angeli sub-

C dito Monasterio Sancti Benedicti Montis Casini, cui Domnus Brunus Episcopus Abbas praest, concedimus & confirmamus praefatam integram petiam de terra per hos fines, sicuti incipit a muro veteri, & qualiter vadit partem resolvendo per ripas & foveas, quae adjacent ei ex parte meridiei usque Cavam & viam veterem Charrarca, quae ex transverso descendit ex ipso monte, & ab eodem loco, & qualiter vadit ascendendo de Settentrione directe usque in directa Criptula vetere, quae est subter ipsa Turricella, ita ut sint passus XII. mensurati ab ipsa Criptula ad Orientem. Haec autem praedicta petia de terra per praedictos fines una cum omnibus inferioribus ac superioribus, & cum viis in ea intrandi & exeundi, nos praenotatus Robertus Capuanus Princeps in praefato Monasterio Sancti Angeli per hoc principale Scriptum in per-

perpetuum datus, tradimus, concedimus, ac confirmamus ad possessionem & potestatem & dominationem ipsius Monasterii, & Domni Mainardi venerabilis Praepositi, & aliorum Rectorum ipsius Monasterii, faciendo exinde utilitatem ipsius Monasterii, remota omni inquietudine, contrarietate & molestia omnium Principum successorum nostrorum, vel Viceprincipum, Comitum, vel Vicecomitum, Judicum, Sculdassorum, Castaldeorum, aliorumque omnium mortalium personae. Quod si quis diabolica suasionem compulsus contra hoc Scriptum agere tentaverit, aut violator hujus do-

A ni extiterit, viginti Libras auri purissimi persolvat, medietatem ipsi venerabili Monasterio, & praedicto Domino Mainardo reverentissimo Praeposito, & successoribus ejus, & parti praefati Monasterii, & medietatem nostro Palatio; solutaque poena Librarum haec nostra datio, traditio, concessio & confirmatio, firma, munita, atque inconcussa maneat in perpetuum. Et ut firmiter credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria subscripsimus & corroboravimus illum & nostri Sigilli impressione jussimus insigniri.

Signum Domini Roberti



gloriosi Principis Capuae.

Ex jussione praefatae Potestatis scripsi ego Quiriacus Judex in Anno Dominicæ Incarnationis MCIX. & III. Anno Principatus ipsius Domni Roberti gloriosissimi Principis Capuae.

Datum apud praefatum Monasterium, mense Decembrio per Indictionem III.

Quod est ad Marchiones, sive Duces Tusciae, jam nos monuerat Florentinus Lib. 3. Vitae Mathildis Comitissae, peculiarem Camerae Marchionibus quoque ac Ducibus illius Provinciae fuisse. Quam in rem attulit Chartam, informem tamen, Adalberti Marchionis, qui hisce verbis

C utitur: Si quis haec non observaverit, sciat se excommunicatum, & insuper componere auri optimi Bisantios mille, medietatem Camerae nostrae, & medietatem &c. Idem ego aliis exemplis confirmatum volo. Primum ex ditissimo Tabulario Archiepiscopi Lucensis depromsi.

Placitum ab Uberto Marchione & Comite Palatii habitum Pisis,
ubi Conrado Lucensi Episcopo caussa quaedam
adjudicatur, Anno 941.

DUm in Dei nomine. Civitate Pifa
ad Curte Domnorum Regum, u-
bi Dominus Hugo & Lotharius glo-
riosissimi Regibus praecessent, subter vi-
tes, quod Topia vocatur, infra eadem
Curte in iudicio resideret Ubertus il-
luster Marchio & Comes Palatii,
singulorum omnium justitias faciendas ac
deliberandas resedentibus Leo Vulter-
rensis, Adelbertus Lucensis sanctarum
Dei Ecclesiarum venerabilibus Episco-
pis, Walpertus, Duranti, Johannes,
Ursus, Teupaldus, Andreas, Ropaldus
Judices Domnorum Regum, Gumpertus,
Andreas Notarii Sacri Palatii, Cunra-
do, Benedicto, Ingelbertus, Beraldo
qui & Bonizo, Gausbertus qui & Pe-
pino, & Ubaldus filio ejus, Rangniper-
tus, & Lemursus, alio Cunrado, &
reliquis plures. Eorum veniens presen-
tia Cunradus Episcopus Sancte Lu-
censis Ecclesie, una cum Teupertus fi-
lio quondam Rodulfi Avocato suo, &
ipsum Episcopo Sancte Lucensis Eccle-
sie, & retulerunt: „ Jam plures vi-
ces nos reclamavimus ad Comes
ipsius Comitatu Lucensi, & a Do-
mno Ugonem & Lotharium filio
ejus gloriosissimi Regibus, adque
ad vos Ubertus Marchio & Co-
mes Palatii, ut nobis justitia fe-
cissetis de Immilga filia quondam
Cunradi, & Rosfredus filio ejus,
qui parti nostro Episcopo malo
ordine & contra lege contradicunt
Cortem unam domui coltile juris
Episcopo nostro, qui est in loco
& fundo cum omnibus casis & re-
bus ad eam pertinentibus, adque
& omnibus casis & rebus illis ju-

A „ ris Ecclesie Plebis Sanctarum Dei
„ Genitricis Marie, & Sancti Stefa-
„ ni, seu Sanctorum Ipoliti, & Jo-
„ hanni, qui sunt Plebes ipsas, u-
„ na in loco Decimo, alia in loco
„ qui dicitur Villa, tertia inter Ar-
„ no & Arme, cum omnibus aliis
„ locis & rebus, que pertinent de
„ Oraculum Sancte Marie, que di-
B „ citur a Monte, qui est de sub...
„ & potestate predictae Ecclesie San-
„ cti Ipoliti, adque de locis & re-
„ bus illis, ubi sub Silvule dicitur,
„ seu rebus in loco Sexto, qui Cor-
„ tem ipsam & easdem Plebes seu
„ Oraculum cum omni eorum inte-
„ gritate & pertinentia pertinent de
„ sub regimine & potestate ipsius
C „ Episcopo nostro Sancte Lucensis
„ Ecclesie; unde earum Epistolas &
„ Missos ac Sigillos directas fue-
„ runt, ut ad Palatium venissent
„ nobis justitiam faciendam. Sed eos
„ ad Palatium unquam abere non
„ potuimus: hunde querimus, ut
„ vos Ubertus Marchio & Comes
„ Palatii nos ad parte ipsius Episco-
D „ pio nostro de ipsa Curte, & de
„ jam dictis aliis locis & rebus, que
„ pertinent de easdem Plebes & O-
„ raculum, seu de suprascriptis casis
„ & rebus in locas & fundas sub
„ Silvule & Sesto investiat: sicut
„ actenus nostro Episcopo, & ipsas
„ Plebes & Oraculum Sancte Marie
„ investitas fuerunt. Cum
E „ ipsi Cunradus Episcopus & Teupertus
„ ejus & ipsum Episcopo Avocatus tali-
„ ter retulissent, tunc recordati sunt omni-
„ bus supradictis auditoribus, quod ita eo-
rum

rum reclamare vidissent. Fecit ipse Ubertus Marchio & Comes Palatii eisdem Cunradum Episcopum & Teuperus Advocatus de ipsa Curte, & de jam dictis omnibus locis & rebus, unde se reclamant a parte ipsius Sancte Lucensis Ecclesie, & predictas Plebes & Oraculum investivit, sicut actenus investito, & investitas fuerunt. Insuper misit ipse Ubertus Marchio & Comes Palatii bannum de omnes super ipsa Curte & super ipsis locis & res in Mancosos auri duo mille, ut nullus quislibet magna parvaque persona jam dicto Episcopo nec jam dictas Plebes, neque Oraculum de ipsa Curte cum omni sua integritate, & de jam dictis aliis omnibus locis & rebus de eisdem Plebes & Oraculum pertinente adque de prelibatis locis, & rebus in locas & fundas sub Silvule & Sesto desvestiad. Qui hoc fecerit predictos duo mille Mancosos auri se agnoscat esse compositurus, medietate parti Camere nostre, & medietatem ipsius Episcopo, & ipsarum Plebes & Oraculum. Et anc notitia pro securitate Episcopo Sancte Lucensis Ecclesie, & Plebes Sancte Marie & Sancti Stefani, seu Sanctorum Ippoliti & Johanni fieri amunuerunt.

Quidem & ego Adalbertus Notarius ex jussione suprascripti Uberti Marchio & Comes Palatii seu Judicum amunicionem scripsi Anno Regni idem Domni Hugoni & Lotharii filii ejus gratia Dei Reges Deo propitio, Domni Hugoni Decimo, Lotharii vero Decimo, XIV. die mensis Marcii, Indictione XIV.

A

Signum manus suprascripto Uberti Marchio & Comes Palatii, qui ut supra interfuit.

Adelardus unilis Episcopus interfui.
Ego Adelbertus Episcopus interfui.
Teutpaldus Judex Domnorum Regum interfui.

Petrus Judex Domnorum Regum interfui.

B

Walpertus Judex Domnorum Regum interfui.

Johannes Judex Domnorum Regum interfui.

Urso Judex Domnorum Regum interfui.

Willerado Judex Domnorum Regum interfui.

C

Epocha Hugonis Regis, nescio num ex ipsius membranae authenticae defectu, an ex mea describentis festinatione, heic manca appareat. Porro scribendum Domni Hugoni Quinto-decimo, Lotharii vero Decimo. Anno quippe DCCCCXXVI. Hugo renuntiatus est Italiae Rex; Lotharius autem illius filius Regni confors Anno DCCCCXXX. post diem XIV. Martii constitutus fuit. Hanc eandem Chartam memorat Ughellius Tom. I. Ital. Sacr. in Catalog. Volaterranorum Praefulum, eaque fretus Alebradum, seu Adelasdum Episcopum Volaterranum statuit ad Annum DCCCCXLI. Et profecto in eo membranae loco scripturam confusam aspexi. Attamen Leo Vulturnensis illic deprehendisse mihi sum visus.

D

Alterius Marchionis & Ducis Tusciae Chartam nunc accipe, quam in Archivo suo adservant Canonici Regulares Lateranenses Sancti Bartholomaei Pistorii.

E

Bonifacii Marchionis & Ducis Tusciae Diploma, quo omnia jura
& Privilegia Monasterio Pistoriensi Sancti Bartholomaei
confirmat, circiter Annum 1048.

| | |
|---|---|
| <p>„ IN nomine Sancte & individue „ Trinitatis. Bonifacius Dux & „ Marchio divina favente clementia. „ Si Sanctorum Dei loca nostrâ ju- „ stâ potentiâ sublevamus, & eorum „ Rectores oppressos sustentamus, „ culmen dignitatis, & salutem a- „ nime nostrae indubitanter subsistere „ credimus. Quocirca omnium San- „ cte Dei Ecclesie nostrorumque fi- „ delium presentium scilicet ac fu- „ turorum noverit solertia, qualiter „ nos recepisse <i>Monasterium Sancti</i> „ <i>Bartholomei, quod est subiectum San-</i> „ <i>cti Johannis Evangeliste Parmensis</i> „ <i>Monasterii</i>, & est situm foris, & „ prope Civitate Pistoria, cum om- „ nibus suis pertinentiis tam in ipso „ Comitatu Pistoriensi, quàm in Co- „ mitatu Florentino, interventu ac „ petitione <i>Kadoli Parmensis Episco-</i> „ <i>pi</i>, nostram obnixè efflagitasse cle- „ mentiam, quatenus res omnes, „ quae supradicto Cenobio Monaste- „ rio Sancti Bartholomei jure pro- „ prietario, vel alicujus titulo inscri- „ ptionis pertinere videntur, confir- „ mare dignaremur cum omnibus „ suis pertinentiis tam in ipso Co- „ mitatu Pistoriensi, quàm & in a- „ liis Comitatus; scilicet Capel- „ lam Sancti Mauri, qui est posita „ in loco Campilio cum duobus suis „ massariis. Illud etiam, quod a- „ bere videtur in Casise, massariis „ tres, seu in Galoniano mansum „ unum, in Casavecla mansum u- „ num, in Petrolatica mansum u- „ num, in Campilio mansum unum, „ ad Sophinito mansum unum, &</p> | <p>A „ molendinum unum in Pistoria ju- „ sta Porta Sancti Petri prope ponte „ Gratuli; seu cum omnibus terris „ ad ipsum Coenobium pertinenti- „ bus, vel ubicumque locorum ipsius „ Monasterii predia inventa fuerint, „ cum omnibus pertinentiis & adja- „ centiis suis, seu cum omnibus su- „ perioribus vel inferioribus, pratis, „ vineis, pascuis, silvis, aquis, a- „ quarumque decursibus, molendinis, „ piscacionibus, fervis, & ancillis, „ aldiis, & aldianabus, casis, ca- „ pillis, Castellis, cultis & incultis: „ seu cum omnibus, que dici „ vel nominari possunt, ad eandem „ Abbatiam quoquo modo pertinen- „ tibus confirmamus, atque prout „ justè & legaliter possumus, omni „ modo corroboramus, eo videlicet „ ordine, ut nullus Dux, Episco- „ pus, Comes, Gastaldio, Sculdaf- „ sius, vel aliquis publicae rei exa- „ ctor de pretaxatis rebus supradic- „ tum Coenobium vel Abbatem vel „ Monachi, qui pro tempore fue- „ rint, inquietare vel disvestire pre- „ sumat; sed potius hoc nostrae con- „ firmationis Precepto de omnibus „ jam dictis rebus investitura, quam „ habuit, teneat, firmiterque possi- „ deat, nostra omniumque violen- „ torum remota controversia. Si „ quis igitur, quod minime credi- „ mus, hujus nostrae confirmationis „ Precepti quodlibet tempore teme- „ rarius violator extiterit, siad se „ compositurum auri optimi Libras „ centum, <i>medietatem Camere nostrae</i>, „ & medietatem prefato Monaste- „ rio,</p> |
|---|---|

„ rio, cui violentia illata fuerit.
 „ Quod ut verius credatur, diligen-
 „ tiusque ab omnibus observetur,
 „ manu propria roborantes, nostró
 „ sigillo jussimus inferius insigniri.
 „ Signum Domni Bonifacii Du-
 „ cis & Marchionis.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Postrema Chartae hujus verba li-
 teris majusculis signata erant, more
 Diplomatum Regiorum. Sed ibi nul-
 lum Monogramma, ac nullae notae
 chronicae occurrebant. Inobservatum
 verò, ne dimittas velim, quod heic
 de subjectione Pistoriensis hujus Coe-
 nobii dicitur: nempe *Monasterium*
Sancti Bartholomaei, quod est subiectum

A *Sancti Jobannis Evangelistae Parmensis*
Monasterii. Temporibus iis majora ac
 uberiora Privilegia effundebantur in
 Coenobia, in quibus alebatur major
 Monachorum turma. Quum fidere
 tam propitio frui non liceret Mona-
 steriis tenuioribus, aliam illa viam
 inibant, ut communia sibi fierent
 ejusmodi Privilegia, nempe sese sub-
 dendo majoribus Monasteriis. Subla-
 to e vivis *Benifacio Marchione* ac Du-
 ce, Tusciam rexit *Beatrix* illius u-
 xor, quae nupta *Godefrido Lotharin-*
giae Duci, consortem dignitatis atque
 auctoritatis virum fecit. Testem do-
 amborum Chartam sive Diploma,
 quod ex Archivo insigni Capituli
 Canonicorum Arretii ego olim de-
 scribebam.

Godefridi Ducis & Marchionis Tusciae & Beatricis ejus Uxoris
 Literae protectionis concessae Canonicis Arretinae Ecclesiae,
 eorumque rebus, Anno 1058.

I N nomine Sanctae & individuae Tri-
 nitatis. *Gottifredus*, divina favente
 clementia Dux & Marchio, & *Bea-*
trix ejus conjunx. Notum sit omnibus
 sanctae Dei Ecclesiae, ac nostris fide-
 libus majoribus & minoribus, quod nos
 interventu Domni ac venerabilis *Ar-*
noldi Aretini Episcopi, sub nostro
 mundiburdio & defensione recepimus *Ca-*
stellum & Curtem de Prato Majo, nec
 non terram & silvam de *Pulignano*,
 quam *Gualfredus Comes*, & *Raginc-*
rius frater ejus pro remedio animae suae
 contulerunt Canonicis Sancti Donati;
 & quicquid praesati Canonici habent,
 aut habere juste debent in *Castello &*
Curte Polliciano, & in *Castello &*
Curte de Bulgari, *Castellum & Cur-*
tem de Mojona, *Turrim de Classe* cum
 tora sua pertinentia, mansos & terram
 de *Quarata*, & *Ecclesiam Sancti Jero-*

C *nimi cum mansis & terris in Anglare,*
 & *Ecclesiam Sancti Donati in Tobia-*
no, quas *Raginerius filius Raginerii de*
Majano, & filii *Rigi de Majano* per
 Cartulam judicati pro remedio animae
 suae dederunt praedictis Canonicis *San-*
cti Donati: Curtem etiam & Castellum
 Sancti *Justini in Melisciano*: Curtem
 Sancti *Andreae*: & Curtem de *Cami-*
 D *nina*: terram & Ecclesiam Sancti *Mer-*
tini in Ripule: mansos & terram de
Plantapane: Haec & omnia quaecum-
 que praesatis Canonicis Sancti Donati
 jure pertinere videntur tam in Comita-
 tu *Castellano & Aritino*, quam etiam
 in omnibus aliis locis, sub nostra de-
 fensione, remota cujuscumque magnae
 parvaeque personae laesione, tuta &
 E *defensa esse praecipimus, salva tamen re-*
verentia Aritinae Ecclesiae Episcopi.
 Volumus etiam, firmiterque praecipimus,
 se-

sequentes vestigia Praecessorum nostrorum, ut nullus deinceps teloneum, aut fodrum de terra praedictorum Canonico-
rum exigere praesumat. Si quis vero deinceps in eadem Canonica beati Donati Aritini Episcopi & Martyris, de rebus propriis conferre aliquid voluerit pro remedio animae suae, tam in Comitatu Castellano, Aritino, quam etiam in aliis aliquibus locis, nostra fultus auctoritate habeat licentiam dandi & pro remedio animae suae largiendi, sine alicujus magnae, excepto Domni nostri Regis, parvaeque interdictu personae. Si quis igitur hoc nostrum mundiburdium rumpere temptaverit, componat centum Libras argenti optimi medietatem Camerae nostrae, & medietatem jam dictae Canonicae Clericis. Quod ut verius credatur, & ab omnibus observetur, Sigilli nostri impressione sigillari iussimus.

Actum Florentiae Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Mille-

A Anno Quingagesimo Octavo, Indictione XI. Quinto Idus Junii. Feliciter.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

B Signa omnia archetypi Diplomatis in ea pergamena occurrebant, nisi quod nulla Godefridi aut Beatricis subscriptio sive Monogramma illic legebatur. Camerae quoque propriae non semel mentionem fecit Matildis Comitissa ac Ducissa Tusciae in Chartis a Florentino, Margarino, & Bacchinio evulgatis. Ego unam adjiciam, depromptam ex Archivo celeberrimi Monasterii Casinensis, sive e Collectione Diplomatum ibi ad servata, atque olim scripta manu Petri Diaconi fol. 196. Privileg. 450. Meminit ejusdem Chartae Leo Ostiensis Lib. 3. Cap. 61. Chronici Casinensis.

Breve securitatis ac immunitatis a Mathilda Comitissa concessum per terram suam Monasterio Casinensi, circiter Annum 1080.

„ **M**atilda Dei gratia Comitissa.
 „ Sacratiss & Deo dicatis locis
 „ justum & pium est nos auxili-
 „ lium praebere. . . . nos defensionem
 „ exhibere, qui remissionem peccatorum
 „ imploramus Sanctorum intercessione.
 „ Nuper praesentia nostra in Civitate
 „ Pisae posita delatum ad nostrae potestatis
 „ est audentiam, aliquos Procuratores
 „ Mercati Ripae ejusdem Civitatis ab-
 „ stulisse hominibus Sancti Benedicti
 „ S. M. Casini positi, teloneum pro
 „ aliquot pannis ad utilitatem Fratrum
 „ emptis. Quod ad nostram notitiam
 „ delatum graviter accepimus; etenim
 „ dari illico fecimus;

D „ & ne de cetero quisquam contra
 „ memoratam Congregationem aliquid
 „ tale praesumat, amore sancti Patris
 „ nostri Benedicti, cujus memoriam
 „ dulciter amplectimur, cujus nomen
 „ cum suavitate audimus, & ob reverentiam
 „ Fratrum in praedicto Monasterio
 „ servientium, concedendo concedimus,
 „ & per praesentis paginae scriptum
 „ confirmando confirmamus, ut in
 „ Civitate Pisa & Luca & in omni
 „ nostrae potestatis terra liceat hominibus
 „ praedicti Monasterii libere emere
 „ quaecumque utilitati Congregationis
 „ ejusdem praedictae expedire videbuntur
 „ pro tempore,
 „ ita

„ ita vero, ut nec teloneum, nec
 „ curaturae nomine alicui quicquam
 „ exhibeant. Quicumque autem con-
 „ tra Praecepti nostri paginam quic-
 „ quam eis auferre se telonei nomi-
 „ ne praesumpserit, vel molestias in-
 „ ferre temptaverit, & suae malae
 „ voluntatis poenam incurrat, & in-
 „ super *Curiae nostrae* centum Libras
 „ componat. Ut autem hoc verius
 „ credatur, & firmiter credatur, prae-

A „ sentem paginam sigilli nostri im-
 „ pressione signando firmamus.

Reliqua desiderantur.

B Vides heic pro *Camerae nostrae* scri-
 ptum *Curiae nostrae*. Eadem sane vo-
 cis significatio. Ne tamen dubites,
 alteram ejusdem Comitissae Chartam
 subijcio, quam e Codice MSto Pri-
 vilegiorum Congregationis Monacho-
 rum Vallis Umbrosae descripsi.

Mathildis Comitissae & Ducissae Praeceptum immunitatis &
 protectionis concessum Monasteriis Congregationis
 Vallis-umbrosanae, Anno 1100.

„ **I**N nomine Sancte, & individuae
 „ Trinitatis, Anno ab Incarna-
 „ tione Domini Millesimo Centesi-
 „ mo. Ego Matilda Dei gratia si-
 „ quid sum, una cum *Widone Comi-
 „ te*, & ejus filio *Widone Guerra*
 „ vocato, compatiens laboriosis san-
 „ ctarum Ecclesiarum negotiis, ali-
 „ quas a jugo secularium potestatum
 „ propter inibi conversantium san-
 „ ctorum virorum venerabiles Con-
 „ gregationes liberare summopere stu-
 „ diui: dignum quippe est circa u-
 „ niversas Dei Ecclesias summae ve-
 „ nerationis studium ab omnibus ex-
 „ hiberi, sed tanto singularius eas
 „ necessarium est venerari, in qui-
 „ bus Religiosas virorum personas
 „ cognoscimus conversari, quanto
 „ credimus eorum orationum patro-
 „ cinia posse nobis singularius suf-
 „ fragari. Unde nostrae potestatis
 „ Provincias ad Dei honorem quan-
 „ tum possumus & ejus Ecclesiarum
 „ circumeundo comperimus venerabi-
 „ les Congregationes Monasterii Val-
 „ lisumbrosae a quorundam nostro-
 „ rum fidelium presuntione nimium
 „ acriter conculcari ac despici, eo-

C „ rumque habitatorum sanctissima lo-
 „ ca nimis iniquorum assiduitatibus
 „ conveniri: quorum vitam quia no-
 „ stro tempore pre ceteris excellen-
 „ tius fulgere cognovimus, eorum-
 „ que laudabilem sanctitatis famam
 „ ubique redolere non surda aure per-
 „ sensimus: aliquod eis, ut decuit,
 „ nostre benevolentiae signum, no-
 „ streque devotionis memoriale per-
 „ petuum ad anime nostre profectionem
 „ impendere dignum & necessarium
 „ duximus. Quapropter predicti se-
 „ pius memorabiles viri in Tusciae
 „ partibus nostre dignitatis clemen-
 „ tiam pro superius relato negotio
 „ precibus adeuntes postularunt a no-
 „ bis super hac re institutionis scri-
 „ ptum fieri nostra auctoritate suf-
 „ fultum, multorumque testimonio
 „ comprobatum. Quare eorum di-
 „ gnis petitionibus una cum consen-
 „ su & voto predictorum Comitum
 „ annuentes, dum in Florentino Pa-
 „ latio presidentes cum nostris Mi-
 „ litibus & aliis Fidelibus de diver-
 „ sis & hujusmodi negotiis tractare-
 „ mus, quod juste postulabant, in-
 „ cunctanter fieri iussimus. Rogamus
 „ ita-

„ itaque, atque precipiendo manda-
 „ mus, ut nullus deinceps Dux, aut
 „ Marchio, Comes, Vicecomes, Ga-
 „ staldio, aut cujuscumque dignita-
 „ tis major, vel minor persona, pre-
 „ dicta Monasteria vel eorum loca,
 „ quae modo de Congregatione sunt,
 „ aut in futuro esse poterunt, tam
 „ eorum possessiones, quàm in eo-
 „ rum possessionibus commorantes pre-
 „ sumant solita injuria molestare. Si
 „ quis autem, quod absit, presentis in-
 „ stitutionis nostrae paginam temera-
 „ re aut infringere temptaverit, cen-
 „ tum Libras argenti, *medietatem Ca-*
 „ *merae nostrae*, aliam medietatem pre-
 „ dictis Monasteriis, penam se com-
 „ positurum noverit: Scriptum tam-
 „ en, quod fieri jussimus, in suo
 „ semper robore permaneat. Quod ut
 „ verius credatur & futuris tempo-
 „ ribus inconcussum & inviolabile a
 „ posteris habeatur, nostri Sigilli im-
 „ pressionem & proprie manus subscri-
 „ ptione firmavimus, & prescriptos
 „ Comites subscribere fecimus.
 „ Actum est hoc apud Florentiam
 „ per manum Frogerii Cappellani
 „ presidente Domna Matilda in Pa-
 „ lacio suo feliciter.

| | |
|-------|-----|
| MA | TIL |
| DA | DEI |
| <hr/> | |
| ḠRA | SI |
| Q̄ID | EST |

A „ Ego Paganus Dei gratiâ Roma-
 „ nae Ecclesiae Cardinalis subscripsi.
 „ Ego Petrus Pistoriensis Episco-
 „ pus subscripsi.
 „ Ego Guido Comes libens sub-
 „ scripsi.
 „ Ego Guido suprascripti Guido-
 „ nis filius subscripsi.
 B „ Ego Ardericus Judex interfui
 „ & subscripsi.
 „ Ego Ubaldus Advocatus inter-
 „ fui & subscripsi.
 „ Ego autem Frogerius indigne
 „ dictus Sacerdos, quondam Regini
 „ Praefulis egregii Cappellanus, hu-
 „ jus verò institutionis dictator &
 „ scriptor humillimus, tanto fiducia-
 „ lius omnium Sanctorum Congre-
 C „ gationibus, quas superius commen-
 „ dare indigne studui, & eorum san-
 „ ctissimis orationibus committere
 „ concupisco, quanto laboriosius ad
 „ Dei & illorum venerationem hoc
 „ scriptum noctu etiam perficere me
 „ nullatenus piguit.

D Post Mathildam Comitissam Tu-
 sciae praefuit, si Cosmo de Arena
 fides, *Ratbodus Marchio*, tum *Conva-*
lus Marchio, quem Scipio Admirat-
 us senior, atque idem Cosmus postea Romanorum Regem creatum, ne-
 scio quibus tabulis freti, affirmant.
 Duo illius Diplomata proferre juvat,
 e quibus primum extitit in Archi-
 vo Monasterii Florentini Sancti Pan-
 cratii Congregationis Vallumbrosae.

Praeceptum protectionis & immunitatis concessum Monasteriis
Vallumbrosanae Congregationis à Conrado Duce
& Marchione Tusciae, Anno 1120.

IN nomine Sanctae & individuae
Trinitatis Anno ab Incarnatio-
ne Domini nostri Jesu Christi Mil-
lesimo Centesimo Vigesimo pri-
die..... Aprilis Indictione XIII.
Conradus Dei gratia, si quid est.
Omnium quidem Ecclesiarum cu-
ram iuxta potestatis vires divinitus
nobis collatas sollicita meditatio-
ne gestare debemus, sed illarum
maxime negocia sustentare nos ex-
pedit, in quibus Sanctorum viro-
rum Congregationes regularem prae-
ceteris vitam conservare conspici-
mus. Decet namque ut quos sua
gratia divina Majestas irradiat, di-
gnis beneficiis & honoribus terre-
na potestas extollat. Itaque dum
in Tusciae partibus pro justitia
facienda multa olim negocia prae-
manibus haberemus, atque ad ef-
fectum quaeque pro qualitate fa-
ctorum ducere cum nostris fide-
libus tractaremus, eoque de diver-
sis Provinciis copiosam & innu-
merabilem exercitus manum undi-
que colligeremus, Ecclesias vene-
rabilium Congregationum Valli-
umbrosae, & eorum loca a no-
stris, nobis ignorantibus, molestari
persensimus. Quod non surda
aure audientes, tanto ardentius at-
que velocius hujusmodi impietatis
facinus, non solum praesentibus ve-
rum etiam futuris temporibus, de-
crevimus funditus extirpare, quan-
to religiosius atque singularius eo-
rum conversationem nostris tempo-
ribus novimus prae ceteris dimi-
care. Igitur dum juxta Passioria-


Tom. III.

A num Castrum, ubi una ex eorum
maxime Congregationibus religio-
sa conversatione praefulget, noster
exercitus sua castra locaret, con-
tigit, ut eorum res, eorumque ho-
mines pro Albergariae offenderet
occasione, & contra nostram vo-
luntatem aliquantulum infestaret.
Unde praefatam occasionem ab eis
eorumque locis omnino subtrahere
cupientes, concessimus eis hujus
institutionis nostrae rescriptum, fu-
turis temporibus, ut credimus, sub
Dei gratia profuturum, nostrae
praesentiae auctoritate suffultum,
multorumque testimonio compro-
batum. Cui interfuere Fridericus
Marchionis Nepos, Artiminus,
Lambertus, Comes Arnaldus &
frater illius, item Adelelmus Im-
peratoris Cappellanus, guido filius
Alberti, Ugo filius Ugonis, Hen-
ricus filius Theodorici, Ubertus
Ildebrandini filius, Ugolinus fi-
lius Uberti, Ildebrandus filius Hen-
rici, Rolandus filius Ildebrandini,
Arnulphus de Maitura, Gerardus
D filius Azolini de Pognio, & reli-
qui plures. Quibus etiam viva vo-
ce praecipimus, ne eos eorumque
homines ulterius in aliquo audeant
molestare, immo molestantes no-
stri vice studeant pro viribus coër-
cere. Rogamus etiam atque rogan-
do praecipimus, ut nullus deinceps
Dux, Marchio, Comes, Vi-
cecomes, Castaldio, nulla major
E minorve persona tam Clericorum
quam Laicorum, eos eorumque lo-
ca, quae modo habent, vel in an-
K tea

„ tea acquirere Deo auxiliante po-
 „ terunt, tamque eorum possessio-
 „ nes, quamque in eorum possessio-
 „ nibus commorantes audeant mole-
 „ stare vel albergare, aut aliquod
 „ fodrum, vel seculare Placitum si-
 „ ne eorum praescientia & volunta-
 „ te bona, volentes aliquid auferre,
 „ vel compellere. Item praecipimus,
 „ ut nullus infra Monasterii posses-
 „ siones vel juxta eorum loca ad
 „ damnum Monasterii, sine eorum
 „ consensu Castellum audeat aedifi-
 „ care, aut aliquam munitionem con-

A „ struere. Si quis autem, quod ab-
 „ sit, hujus nostrae institutionis pa-
 „ ginam infringere, aut in aliquo
 „ temerare praesumpserit, centum Li-
 „ brarum argenti poenam componat,
 „ medietatem Camerae nostrae, medie-
 „ tatem praedicto Monasterio. Quod
 „ ut verius credatur, & futuris tem-
 „ poribus inconcussum & inviolabi-
 „ le ab omnibus habeatur, non so-
 „ lum nostrae manus subscriptione,
 „ verum etiam nostri Sigilli expres-
 „ sione insigniri omnino decrevimus.

„ Signum



Domni

„ Conradi

Marchionis.

„ † Ego Henricus Advocatus subscripsi.

„ Ego Ubertus Cancellarius & Cappellanus ejusdem Marchionis scripsi
 & tradidi.

Alterum ejusdem Conradi Mar-
 chionis Diploma autographum visi-
 tur in Tabulario nuper memorati
 Monasterii Pistoriensis S. Bartholo-
 maei, quod incolunt Canonici Re-

C | gulares Lateranenses. Priora verba
 In nomine &c. exarata sunt literis
 uncialibus, ut in Diplomatis Regiis.
 Majusculis quoque characteribus scri-
 ptum est Signum Manus &c,

Decretum immunitatis & protectionis concessum Monachis Sancti
 Bartholomaei Pistoriensis a Conrado Duce &
 Marchione Tusciae Anno 1121.

R IN nomine Sanctae & indi-
 viduae Trinitatis. Chun-
 radus Marchio divina fa-
 vente clementia. Si Sancto-
 rum Dei loca nostrâ justâ potentia sub-
 levamus, & eorum Rectores oppressos
 malitiâ sustentamus, culmen dignitatis,
 & salutem animae nostrae indubitanter
 subsistere credimus. Quocirca omnium

D | Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque fi-
 delium praesentium scilicet ac futurorum
 noverit solertia, qualiter nos recepisse
 sub defensione nostra Monasterium San-
 cti Bartholomaei, quod est sub regimine
 & potestate Parmensis Monasterii San-
 cti Johannis, & situm est foris & pro-
 pe Civitatem Pistoria, cum omnibus suis
 pertinentiis tam in ipso Comitatu Pisto-
 riensi,

concessionis pagina de cetero inlibata permaneat, roborque firmissimum semper obtineat, venerabili Crucis signo propria manu subscripto firmamus, & nostri sigilli impressione jussimus insigniri.



Locus Sigilli † cerei deperditi.

Haec acta sunt infra Comitatu Vulturnense in loco Pratello prope Ecclesiam Sancti Frigiani, presentibus Guidone &c. Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Trigesimo Primo, VI. Kalendas Decembris, Indictione X.

Ugo Notarius Domni Imperatoris, cujus presentia haec omnia sunt acta, ex jussione prefati Domni Ramperti Marchionis haec memoriae causa scripsi.

Quae ad reliquos Tusciae Marchiones ac Duces spectant, praete-

A reo, quum satis constet, singulos jus Camerae sibi nullo contradicente tribuisse. Camerae quoque suam memorat Guarnerius Dux Spoletanus & Marchio Anconitanus in Literis Anno MCVI. scriptis, quas habes in Chronico Farfensi pag. 664. Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Sed quod hac in re tenebris obductum mihi videtur, quoties ejusmodi Tusciae Praefides, ceterique Duces ac Marchiones, non secus ac Missi Regii, Placita celebrabant, & lites dirimebant, consuevere multam imponere, persolvendam non suae, sed Regiae sive Imperiali Camerae. Testes dabo. In Tabulario Archiepiscopi Lucensis Charta authentica habetur, quam primo loco exhibere placuit.

B

C

Placitum a Godefrido Duce ac Marchione Tusciae habitum Lucae, in quo Anselmus ejus Urbis Episcopus Ecclesiam Sancti Alexandri sibi vendicat, Anno 1058.

„ **D**Um in Dei nomine, intus
 „ casa, que est Sala de Palatio
 „ de Civitate Lucense, in judicio
 „ resideret Dominus Gottfredus Dux
 „ & Marchio ad causas audiendas ac
 „ deliberandas, residentibus cum eo
 „ Flaipertus Judex & Missus Domni
 „ Imperatoris, Rolandus, Teudigri-
 „ mus &c. Judicibus, Leo &c. Notarii
 „ Domni Imperatoris, Kadullo &c. Ugo
 „ Vicecomes Pisensi &c. & reliquis.
 „ Ibi que eorum veniens presentia
 „ Anselmus Episcopus Lucensis una
 „ cum Cristofano Avocato suo, ostensit
 „ in eodem judicio Privilegium unum,
 „ quem abebat a parte Apostolice
 „ Sedis beati Petri Romane Ecclesie
 „ de Ecclesia illa, cui vocabulum est
 „ beati Sancti Alexandri, que est
 „ posita infra su-

D
 „ pradieta Civitate Lucense, cum
 „ sua pertinentia. Et cepit dicere
 „ ipse Anselmus Episcopus una cum
 „ predicto Christofano Avocato suo:
 „ *Abeo & detineo a pars jandicte Ro-
 „ mane Apostolice Ecclesie per istum
 „ Privilegium predicta Ecclesia Sancti
 „ Alexandri cum omni sua pertinentia.
 „ Et si quis exinde aliquit aversus me
 „ dicere vult, paratus sum hic vestris
 „ presentis cum eo exinde a ratione
 „ standum & legitimo finiendum. Et
 „ cum nemo se ibidem presentassent,
 „ qui..... esset, tunc ipse Dominus
 „ Gottfredus Dux & Marchio cum taliter
 „ vidit & audivit, misit bannum Domni
 „ Imperatoris super eodem Anselmo
 „ Episcopo, & super jam dicto
 „ Cristofano Avocato suo..... Alexandri
 „ cum sua*
 „ per-

„ pertinentia in mancos aureos duo
 „ millia, ut nullus quislibet homo,
 „ magna parvaque persona eodem
 „ Anselmus Episcopus de supradicta
 „ Ecclesia Sancti Alexandri, neque
 „ de sua pertinentia, sine legali ju-
 „ dicio divestire presumat. Quis ve-
 „ rò fecerit, predicta duo millia man-
 „ cos aureos composituros se agno-
 „ scat, medietatem pars *Camare Dom-*
 „ *ni Imperatoris*, & medietatem pre-
 „ dicto Anselmo. Et ideo hanc no-
 „ titia pro securitatem & futura o-
 „ stensione supradicti Anselmi Epi-
 „ scopi & ostendendam fieri iussimus.
 „ Quidem ego Raineri Notarius
 „ Domni Imperatoris ex iussione su-
 „ pra scripti Domni Gottefredi Dux
 „ & Marchio, & Judicum amoni-
 „ tione scripsi Anno ab Incarnatio-
 „ ne Domini nostri Jesu Christi Dei
 „ eterni Millefimo Quinquagesimo

A „ Octavo, XVI. Kalendas Januarii,
 „ Indictione XII.



„ GOTEFREDVS DVX SS.

B „ Flaipertus Judex & Avocato &
 „ Missus Domni Imperatoris, & Vi-
 „ cedomino Domni Anselmi Episco-
 „ pi subscripsi.
 „ Johannes Judex Sacri Palatii in-
 „ terfui.
 „ Theadegrinus Judex Sacri Pa-
 „ latii interfui.
 „ Sigefredus Judex Domni Impe-
 „ ratoris interfui, &c.
 C Succedat altera Charta ad eundem
 „ *Gothofredum Ducem* pertinens, quam
 „ autographam vidi apud Monachos Be-
 „ nedictinos Monasterii Arretini San-
 „ ctarum Florae & Lucillae.

Placitum coram Godefrido Duce & Marchione Tusciae habitum, in quo Henricus Abbas Monasterii Sanctarum Florae & Lucillae causam obtinet contra Guilielmum filium quondam Gualcherii occupatorem terrae Martinensis & Barbaritanae, Anno 1059.

„ **D**UM in Dei nomine in Co-
 „ mitatu Aretino infra Plebem
 „ Sancti Stefani in loco Piscinale
 „ juxta fluvium Classe non longe a
 „ domo Fuschii filii quondam Teu-
 „ zonis, ubi in Placito residebat *Go-*
 „ *tisfredus Dux & Marchio*, & *Ar-*
 „ *naldus Episcopus & Comes*, ad cau-
 „ sas & iustitias proclamantium au-
 „ diendas & legaliter diffiniendas:
 „ residentibus ibi cum eodem Du-
 „ ce, Lucticharius, & Alberto, &
 „ Ildibrando, & Tantarello, & Jo-
 „ hanne, & Ghoculo, & alius Jo-
 „ hanne Judicibus Imperatoris; assi-
 „ stentibus ibidem *Tegrino*, & Ber-

D „ *nardo*, & *Rainerio Comitibus* cum
 „ ceteris pluribus Proceribus Tusciae:
 „ assistens in presentia eorum *Dom-*
 „ *nus Henricus Abbas Monasterii San-*
 „ *ctae Fluae* cum Uberto filio quon-
 „ dam Bucchi Advocatore suo, pro-
 „ clamaverunt predictis potestatibus
 „ de Guilihelmo filio quondam Gual-
 „ cheri, qui olim violenter invadens
 E „ abstulit suprascripto Monasterio &
 „ sibi terram Martinensem & Barba-
 „ ritanam, quam *Ugo & Lotharius Re-*
 „ *ges* preceptaverunt prefato Mona-
 „ sterio, & predicta terra est in Co-
 „ mitatu Aretino in Villa de * Mon-
 „ tione, & in Galognano, & in Mar-
 „ tinefe

* Confirmatur per istud Placitum, quod adnotavimus ad calcem pag. seu columnae 722. Tom. II. hujusce Oper. in hac edit. nostra.

„ tinese prope Ecclesiam & Plebem
 „ Sancti Martini in Castro ex dua-
 „ bus ripis Castri fluvii. Cum au-
 „ tem predictus Abbas Henricus fi-
 „ mul cum Advocato suo crebris la-
 „ mentis aures istarum potestatum
 „ per tres dies pulsaret, & ipse pre-
 „ dictus Dux preconis vocibus coti-
 „ die ad Placitum istum Guillihel-
 „ mum adversarium jam dicti Mo-
 „ nasterii ad justitiam faciendam vo-
 „ caret, sed ille contumaciter pre-
 „ sentiam sui facere nolendo venire
 „ recusavit. Qua de causa ipse Dux
 „ motus cum consilio & laudamen-
 „ to istorum Judicum, investivit i-
 „ stum Abbatem & Monasterium e-
 „ jus de omni ista terra & re, un-
 „ de lamentabatur. Insuper misit ban-
 „ num per virgam, quam manute-
 „ nebat super suprascriptum Mona-
 „ sterium & Abbatem atque Advoca-
 „ catorem ejus de jam dicta terra
 „ & re, ut nulla magna parvaque
 „ persona amplius eos audeat exin-
 „ de in perpetuum devestire aut tol-
 „ lere vel contendere seu minuare,
 „ intromittere vel intentionare con-
 „ tra partem suprascripti Monasterii.
 „ Qui verò contra hoc facere pre-
 „ sumperit, componat duo millia
 „ Mancufos optimi auri, *medietatem*
 „ *Camere Regis*, & medietatem pre-
 „ fati Monasterii & Abbati ejus Hen-
 „ rico ejusque successoribus.
 „ Actum est hoc in suprascripto-
 „ rum presentia sicut supra legitur,
 „ presentibus Rainerio & Ugone fi-
 „ liis quondam Ugonis Marchionis
 „ & Ugone filio Ubaldi, & Saxo-
 „ ne & Teuzo filiis Ildibrandi, &
 „ Joculo & Rainerio filiis quondam

A „ Rainerii, cum ceteris pluribus,
 „ quorum nomina scribere pre mul-
 „ titudine nequimus, Anno Domi-
 „ nice Incarnationis Millesimo Quin-
 „ quagesimo Nono, Henrico Rege,
 „ mense Junio, Indictione XII.



B „ Signum manus Domni Go-
 tisfredi Duci, qui hanc
 notitiam fieri jussit.

„ ✠ Ego Arnaldus Episcopus &
 „ Comes subscripsi.

„ ✠ Ego Rotecherius Judex Sa-
 „ cri Palatii interfui.

„ ✠ Albertus Imperialis Judex
 „ interfuit.

C „ X^o Ego Raginerius Judex Sacri
 „ Palatii interfui.

„ ✠ Johannes Judex Domni Im-
 „ peratoris interfuit.

„ ✠ Guillelmo Judex Sacri Pala-
 „ tii interfuit.

„ ✠ Rodulfus Judex Domni Im-
 „ peratoris interfuit.

D „ ✠ Ildebrandus Judex Domni
 „ Imperatoris interfuit.

„ ✠ Johannes Judex Domni Im-
 „ peratoris huic rei interfuit.

„ Lambertus Notarius Imperialis
 „ Palatii scripsit & complevit.

Neque aliter egit, aut loquuta est
Matildis Comitissa, Ducissa Tusciae,
 in Placitis suis. Exemplum unum
 dabo ego, addendum reliquis a Flo-
 rentinio editis. Illud ego descripsi e
 membrana archetypi notas praeferen-
 te, atque adservata in Archivo Ca-
 pituli Canonicorum Volaterranae Ec-
 clesiae.

Placitum, in quo Comitissa Matildis decretum protectionis
concedit pro nonnullis rebus Canonicorum Vo-
laterranae Ecclesiae, Anno 1105.

„ **D**Um in Dei nomine, in Co-
„ mitatuum & territorio.....
„ *Matilda Comitissa ac Ducatrix* ad
„ causas audiendas ac deliberandas...
„ Judicibus Rodulfo Notarius, Sife-
„ mundo, & Winitio Causidicus.....
„ Anselmo filius quondam Acti,....
„ & reliquorum plurium. Ibiq; eo-
„ rum veniens presentia Domnus Fe-
„ rolfus Archipresbiter Canonica San-
„ cte Marie, que est posita infra Ci-
„ vitatem Voloterrensem, cepit di-
„ cere adversum jam dicta Domi-
„ na..... *tenneo a proprietatem pars*
„ *jam dicta Ecclesia & Canonica San-*
„ *cte Marie cum castis & cassinis seo*
„ *casalinis & rebus cultis & incultis,*
„ *donicatis & massariciis, qui sunt....*
„ *ad jam dicta Ecclesia..... Sancte*
„ *Marie. Et si aliquis homo est, qui*
„ *exinde agere aut causare vult, para-*
„ *to sum is vestris presentis cum stan-*
„ *dum & legitime finiendum. Et quod*
„ *ibi nemo se appresentasset, quod*
„ *de jam dictas res & ospitio cau-*
„ *sare voluisset, tunc jam dicto Fe-*
„ *rolfo petivit..... Domina Matil-*
„ *da..... anime Regis, ut mitte-*
„ *ret bandum super ipso Ferulfo....*
„ *dictas res, que est pertinen.....*
„ *Ecclesie & Canonica Sancte Ma-*
„ *rie, tunc jam dicta Domna Ma-*
„ *tilda per fustem, quem in sua de-*
„ *tinebat manum..... Domni Re-*
„ *gis in bisanteos aureos duo millia,*
„ *ut nullus quislibet homo, magna*
„ *vel parva persona..... res, que*
„ *superius legitur, predicto Ferolfo*
„ *Archipresbitero..... in jam di-*
„ *cta Ecclesia..... aut in antea fie-*

A „ rit pars jam dicte Ecclesie & Ca-
„ nonice..... divestire presumat....
„ quis vero fecerit, predicto duo mil-
„ lia bisanteos aureos composituro se
„ cognoscat,..... *pars Camara Do-*
„ *mini Regis, & jam dicte Domine*
„ *Matilde, & medietate jam dicti*
„ *Ferolfi Archipresbiteri & ejus suc-*
„ *cessoribus, pars jam dicte Ecclesie*
B „ & Canonice jam dicte Sancte Ma-
„ rie. Unde anc notitiam & fuctu-
„ ram ostensionem jam dicto Ferolfi
„ Archipresbitero..... dicta Canoni-
„ ca..... fieri jussimus.

„ Quidem & ego Cunradus.....
„ jam dicte..... & Judicum amo-
„ nitionem scripsi Anno Dominico
„ ab Incarnatione Domini nostri Je-
C „ su Christi Dei eterni Millesimo
„ Centesimo Quinto, X. Kalendas
„ Novembris, Indictione XIV.

„ ✠ Gerardus Judex sacri Pala-
„ tii

„ ✠ Ubertus Judex Domini Im-
„ peratoris interfui.

„ ✠ Seniorectus Judex.
„ Habemus ergo eodem tempore, at-

D que in iisdem locis *Cameram Marchio-*
„ *nis* seu Ducis, & *Cameram Regis* si-
„ ve Imperatoris. Nimirum tributa,
„ vectigalia, multae, aliique redditus
„ ac proventus è Provinciis pullulan-
„ tes, ad Regem seu Imperatorem spe-
„ ctabant, utpote Regalia. Verum Re-
„ ges ipsi atque Augusti partem eju-
„ smodi reddituum Marchioni sive Du-
E ci, hoc est Provinciae Praefidi, &
„ Comiti, idest Praefidi Urbis, dimit-
„ tebant, quibus & isti familiam suam
„ alerent, ac dignitatem tuerentur. Sed


cur in Diplomatis supra evulgatis poenae pecuniariae impositae perfolvendae forent *Camerae Marchionis*, in Placitis vero *Camerae Regis*: id quidem obscurum mihi fateor. Et praesertim quum hic ritus minime stabilis fuerit. In Antiquitat. Estensib. Cap. 19. Placitum attuli Anno MXLIV. habitum Rapalli ab Alberto atque Alberto Azone Marchionibus, ex quibus Serenissima Atestina Familia descendit. Ibi Marchiones bannum miserunt. Qui verò fecerit (idest contra fecerit) centum Libras argenti se compositurus agnoscat, medietatem eorum Marchiones, & medietatem eidem Abbati. Accedit & alter nodus. Occurrunt enim interdum Marchiones aut Duces, qui bona ad Fiscum Regalem devoluta, tamen quasi sua alijs largiuntur. In Chronico Farfensi Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 353. quum Halerona Sanctimonialis nupsisset cuidam Rabennoni perduelli, secundum legem omnes substantiae ipsius ad Publicum devolutae sunt. Rursus quum idem Rabenno hominem interfecisset, medietas omnis illius substantiae ad Publicum devoluta est. Subinde vero Hildebrandus Dux Spoleti Anno DCC-LXXXVII. omnem praedictam illorum substantiam, qualiter secundum legem juste & rationabiliter ad Publicum devoluta est, Monasterio Farfensi donavit, pro mercede Domnorum nostrorum Regum & nostra. En libere de rebus ad Publicum devolutis Hildebrandus disponit. Quid ergo Publicum sive pars publica fuerit, videamus. Oborta mihi suspicio est, sub hoc nomine designatam olim fuisse Cameraam peculiarem Marchionum, qui videlicet & ipsi Ministri Reipublicae erant. Quum tamen in Dissertat. subsequenti de Re-publica sim ostensurus, eâ voce signi-

A ficari consuevisse Regem, Regnum, Imperium, sive Cameraam Regis atque Imperatoris, subsistere cogor. Attamen nonnulla se mihi exhibent, quae indicare videntur, Ministros Reipublicae (& quidem praecipui inter eos fuisse Duces atque Marchiones) sub ejusmodi vocabulo comprehensos fuisse. Accipe Legem 2. inter Langobardicas Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum: *Quicumque à proprio Comite, vel à Publica parte, idest ab eis, qui Rempublicam agunt, ammonitus fuerit &c.* In Formulis quoque à me editis *Advocatus de parte Publica* saepe occurrit. Praeterea attulit Campius in Appendice Tom. I. Histor. Eccles. Placentinae ad Annum DCCC-LII. Diploma Ludovici II. Augusti, quod quamvis, ut supra monui, nonnullis vitiis laboret, attamen aliquam argumento huic lucem praebere potest. Liceat uti monumento, si non falso prorsus, saltem dubio. Inquit igitur Ludovicus, Angilbergam Augustam conjugem suam *quasdam cum parte Publica de rebus suis commutationes fecisse, quas sibi petiit nostra auctoritate stabiliri.* Proinde is confirmat non solum illa, quae ex Publico commutasse comprobatur, verum etiam &c. Hisce accedat Diploma Berengarii Augusti, quod ex Archivo Sanctimonialium Ticinensium de Posterula descripti. Illud quidem archetypum videbatur: nonnulla tamen aderant cum in textu, tum in Epocha, quae severius examen à nobis exigerent. Nam post Pagium & Valesium, mihi quoque certum est, Berengarium Anno tantum DCCCCXVI. Imperii coronâ fuisse donatum: cum qua Epocha Notae chronicae Diplomatis hujus nescio quei possint componi.

Confirmatio donationis Insulae, quae Orto appellatur, facta à
Berengario Imperatore Monasterio Ticinensi Sanctae
Mariae Theodotae, Anno 920.

IN nomine Domini Dei aeterni.
Berengarius divina favente cle-
mentia Imperator Augustus. Quo-
niam quidem Imperatores & Re-
ges sanctarum Dei Ecclesiarum su-
blimitates custodire & ampliari
condecuit, idcirco precibus & sup-
plicationibus *Agimonis* venerabili-
mi *Praefulis*, necnon & *Walperti*
nobilissimi viri & carissimi Fide-
lis nostri, libenter inflexi conces-
simus, & perpetuo jure donavi-
mus aliquantulum terrae in loco,
qui dicitur Anglare, pertinentem
de Curte nostra *Marinco*, sicut
confinia inferius scripta declarant:
nec non & quandam Insulam de
eadem Curte *Marinco* pertinentem,
quae dicitur Orto, sicut hic cohe-
rentiae decernunt, Monasterio bea-
tissimae sanctae semperque Virgi-
nis Mariae, quae nuncupatur *Deo-*
dotae, sub omni integritate, sicut
ad nostram Imperialem & Publicam
partem eadem terra & Insula per-
tinerunt. Terrae siquidem prae-
nominatae in loco, qui dicitur An-
glare, coheret ab uno capite pos-
sessio & terra Sancti Martini, ab
alio capite decurrit alveus *Bur-*
miae, a tertia parte consistit sol-
fatum de *Rovereto*, a quarta par-
te adjacent *Prata de Avi*. Prae-
nominatae quoque Insulae, quae
dicitur Orto, coheret ab una par-

A te fluvius, quae nuncupatur *Bur-*
miae, & ex alia parte rivus, qui
dicitur *Frigidus*, a tertia parte
consistit pratum Regis. Haec om-
nia, sicut superius per confinia
atque coherentias declarata & de-
scripta dinoscuntur, praetitulo
Monasterio *Theodotae*, ubi vene-
rabilis & religiosa *Resinda* esse di-
noscitur *Abbatissa*, ejusque sequa-
cibus, ad habendum & commu-
tandum, & regulariter alienandum,
& Ecclesiastica censura docet fa-
ciendum, concedimus & largimur,
ac de nostro jure & dominio in
earum jus & dominium omnino
transfundimus atque donamus, ut
habeant, teneant, possideant, que-
madmodum alias res praetaxati
C Monasterii, in quo ordinatae fue-
rint, omni nostra, nostrorumque
successorum, & *Publicae Partis* con-
tradictione remota. Si quis igitur
hoc nostrae auctoritatis & conces-
sionis Praeceptum infringere, vel
violare aliquando temptaverit, sciat
se compositurum auri optimi Li-
bras centum, *medietatem Camerae*
D nostrae, & medietatem praedictae
Resindae Abbatissae, ejusque se-
quacibus. Quod ut verius creda-
tur, & diligentius observetur, ma-
nu propria roborantes, de anulo
nostro subter jussimus insigniri.



„ Signum Domni

Berengarii serenissimi Imperatoris Augusti.

*Locus Sigilli * cerei deperditi.*

„ Johannes Episcopus & Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archi-
„ cancellarii recognovi & subscripsi.

„ Data VII. Idus Septembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXX.
„ Domni verò Berengarii Regis XXXIII. Imperii autem sui VI. Indi-
„ ctione IX. in Christi nomine.

„ Actum Papiae feliciter. Amen.

Habemus heic Insulam, quae ad nostram Imperialem & Publicam partem pertinebat. Praeterea habemus formulam dicendi in aliis quoque Diplomatibus usurpatam, omni nostra, nostrorumque Successorum, & Publicae partis contradictione remota. In Diplomate Hugonis & Lotharii, quod in subsequenti Dissertatione dabo, legitur: *Et quidquid exinde Fiscus noster, vel Pars Publica sperare poterit &c.* Ergo Publica Pars aliquid diversum ab Imperiali sive Regali Fisco videri possit. Sed haec dubitantis specie dixisse nunc mihi licuerit, quum ejusmodi quaestionem Lectori sim rursus exhibiturus in subsequenti Dissertatione

A XVIII. Simul tamen repeto, vix me assequi posse, qui Hildebrandus Spoletini Dux res ad Publicum devolutas, ut nuper vidimus, donavit Ecclesiis, ubi decernamus, eo nomine *Regium Fiscum* significatum fuisse, nisi opinemur, prius illum Ducem à Rege veniam donandi impetrasse. Utrum verò idem Fiscus, an Camera Ducis, seu Ministrorum Reipublicae, sub *partis Publicae* appellatione veniat, in aliis Ducum Placitis, velim perpendatur. Ego duo tantum exempla proferam. Primum adservatur archetypum in Archivo Lucensis Archiepiscopi.

Placitum Florentiae habitum à Beatrice Ducissa Tusciae, ejusque filia Mathilda, in quo Anselmus Lucensis Episcopus jura sua in Castello Montis Catini confirmanda curat, Anno 1075.

D Um in Dei nomine in Civitate Florentia in via prope Ecclesia Sancti Salvatoris juxta Palatio de Domini Sancti Battista in judicio resedisset Domina Beatrix gloriosissima Commi-

C tissa, atque Matilda dilecta filia ejus, ad justitia faciendam hac deliberandam, adessent cum ea Wido & Tegrimo & Moritto Judicibus, Ubertus Legisdor, & Pagano de Arsina, & Rollando filio

filio suo, & Tado filio bone memorie Villani, & Willielmo filio bone memorie Willielmi, & Henrico &c. & alii plures, ibique in eorum predictorum presentis Anselmus Episcopus Ecclesie Episcopatus Sancti Martini sita infra Civitate Luca, una cum Ildibrando filio bone memorie Widi Avocato suo, cepit dicere adversus predictas Comitissa, quod ipse abebat & tenebat ad parte predictae Ecclesie & Episcopato S. Martini medietatem ex integra de tertiam portionem de Monte & Pojo, seu Castello illo, quod dicitur Montecatini, una cum medietatem de tertiam portionem de Curte & Ecclesia de eodem loco, cum omnibus suorum pertinentiis & jacentiis, sicut Ildebrandus de Maone filius bone memorie Widi per cartulam dedit predictae Ecclesie & Episcopatu Sancti Martini, pro anime sue & remedio suorumque parentum. Et si esset aliquis homo, qui de superscriptis rebus contra eum, vel contra predictam Ecclesiam agere aut causare voluisset, paratus erat, cum eo exinde ad ratione standum, & legitime finiendum. Et cum nemo se ibidem adpresentasset, qui de superscriptas res agere aut causare voluisset, cepit dicere ipso Episcopo una


A cum predicto Avocato suo adversus predictas Comitissa, propter Deum, & anime Domni Regis mercede misisset bannum super se & supra jam dictas res, ut nullus eum vel predictam Ecclesia & Episcopatus de predictis rebus sine legale iudicio devestire audeat; & ipse Comitisse per fuste, quam suorum detinebat manibus, miserunt bannum super predictum Episcopum & Avocato suo & super predictas res in Mancusos aureos duomillia; ut nullus quislibet homo, magna parvaque persona de predictas res audeant ipso Episcopatum & Ecclesia devestire sine legale iudicio. Quos vero fecerit, predicti duomillia Mancusos aureos componat, medietatem pars Plubice, & alia medietatem parti Episcopo & Ecclesia, & jam dicti Episcopi vel à suos successores. In eo modo finita est causa; unde anc notitiam pro securitatem de superscripto Episcopo, & sustura ostensione fieri amonuerunt.

B

C

Quidem & ego Rodulfus Notarius per iussionem superscripte Commisisse, & Iudicum ammonitionem scripsi Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Septuagesimo Quinto post Mille, Nonas Madii, Indictione XIII.

D



Wido Judex Sacri Palatii interfui.

Theodegrimus Judex Sacri Palatii interfui.

Senjoreus Judex Sacri Palatii interfui.

Altera Charta, eaque autographa inspecta est mihi in Tabulario Capituli Canonicorum Volaterranensium.

Placitum in Comitatu Volaterrano coram Mathilda Comitissa & Ducissa Tusciae habitum, in quo Canonici Volaterrani causam obtinent pro quibusdam terris, Anno 1107.

DUm in Dei nomine infra Comitatu Voloterrense, intus casa Petri filio quondam Alberti in iudicio resedisset Domna Matilda Ducatrix, ad Placitum tenendum ac deliberandum, residentibus cum ea Johannes Judex, & Alberto Causiticus &c. & reliquos plures. Ibi eorum veniens presentia Guido Arghipresbiter de Domo & Canonica & Episcopatu Sancte Marie Voloterrense, cum Rainerio Prepositum, & Bernardino, & Guido Canonaci Sancte Marie, & Gerardo Advocatus eorum adque-
sito a Domna Matilda tunc praedictis personis petierunt mercedem à Domna Matilda, ut investirent eos de quartam portionem de una petia de terra & orto cum casa super se abentes, & cum omnia pertinentia sua, que est posita in loco ubi dicitur à Solagio, qui vocatur Ripa, que resta est Et Domna Matilda investivit eos ad sal-
vam querelam cum consensu Drudi filio quondam Ildibrandi, qui eam detinebat. Et insuper misit bannum, si ullam personam magna parvaque presumserit disvestire vel inquietare praedictis personis vel eorum successoribus sine legali iudicio esse composituros auri obtimi Mancusos duocentum, medietatem praedictis personis, vel eorum successoribus, & medietatem pars Publice. Unde anc notitiam pro securitatem, & futuram ostensionem ostendenda fieri iussimus.

Quidem & ego Petrus Notarius Domnis Imperatoris ex iussione Domna Matilda, seo Judicum amonitionem scripsit. De factum est Anni Domini Milleesimo

A Centesimo Septimo, X. Kalendas Februarii Indictione XV.

| | |
|------|-----|
| MA | TIL |
| DA | DEI |
| GR̄A | SI |
| QID | EST |

B Ego Johannes Judex Sacri Palatii interfui.

Ego Albertus Causidicus interfui.

C In aliis Ducum & Marchionum Placitis supra à me editis vidimus multas Camerae Regis aut Imperatoris addictas. An verò heic, dimisso Camerae nomine, mentio facta partii Publicae diversum aliquid, aut idem significet, aliorum esto iudicium. Heic tantummodo memoria repetendum est, quod in Dissertat. VIII. de Comitibus innui: nempe tertiam partem multarum, sive Fredarum, quae ad Fiscum perveniebant, persolutam fuisse Comitibus, ita ut non tam Regis, quàm publicorum Ministrorum, Fiscus fuisse videatur. Quod exploratum habeo, Venetorum Ducibus olim quoque fuit Fisci jus: Immo, quod in laudem praestantissimae Republicae vergit, fuit antiquis etiam Seculis Fiscus Ducalis & Regalis Venetiis. Adservatur manu exaratum in Bibliotheca Estensi Chronicon Venetum Marini Sanuti, ex quo hausi Chartam hujus rei testem.

Ordelaphus Faletrus Dux Venetiarum Privilegia confirmat Monasterio
Sancti Johannis Belgradensis, Anno 1116.

A Nno Domini & Salvatoris nostri Je-
su Christi Millesimo Centesimo Sex-
todecimo, Indictione IX. Ego Ordelaphus
Faletrus, gratia Dei Dux Venetico-
rum, Dalmaticorum, & Croatico-
rum, privilegium Sancti Johannis Bel-
gradensis Monasterii a Cresimiro Rege
factum collaudo, & in sua stabilitate
confirmo, & ut nullus Episcopus aut
Comes vel Civis, praedicti Monasterii
libertatem violare audeat, quam non so-
lum a nobis confirmandam esse dicimus,
sed a beato Gregorio Romanae Urbis
Papa sancitam in suis dictis esse cogno-
scimus. Volo igitur Ducali & Regali
auctoritate firmare, ut si quislibet hujus
libertatis concessionem temerario ausu in-
fringere tentaverit, libram auri Regali
Fisco persolvat. Similiter Ecclesiam
Sanctorum Cosmae & Damiani laudo
& confirmo, ideo ut agnosco veraciter
fuisse propria Monasterii Sancti Johan-
nis Evangelistae Belgradensis ex ordi-
natione Episcopi illius Civitatis Prae-
stantius nomine, & aliorum Episcopo-
rum, & Civis illius Civitatis in Ro-
manae Sedis Apocrisvariorum confirmatio-
nem & Clero & Populo collaudo &
firmo, eam habendam in perpetuo. Qui-
cumque autem Episcoporum, aut aliorum
hominum hoc Decretum infringere tenta-
verit, & alia illius Ecclesiae privile-
gia violaverit, omnia, quae possidet,
Fisco Ducali & Regali deveniant.
Haec decreta scilicet libertatis Monaste-
rio beati Johannis Evangelistae tibi
Fulco Abbati, omnibusque successoribus
tuis firmiter & jure perpetuo tuenda.

A Ideo Fiscum Ducalem, & Regalem,
veluti duo diversa, haec memoratos
puto, quod Veneti Dalmatiam &
Croatiam suo addidissent imperio,
ac Regio titulo Provincias eas tene-
rent. Ceterum in Antiquitatib. E-
stensis. Par. I. Cap. 29. pag. 283.
alteram Chartam evulgavi, hoc est
Praeceptum Henrici V. Regis, &
B Imperatoris IV. datum eodem Anno
MCXVI. dum is Venetiis esset, in
Regno Veneciarum in Palatio Ducis.
Vide etiam Tribuni Ducis Venetia-
rum Diploma Anno Christi DCCCC-
LXXXII. scriptum Tom. 5. Ital. Sacr.
in Venet. Patriarchis, ubi poena sta-
tuitur persolvenda Camerae nostri Pa-
latii. Interim meminero, Fisco prae-
fectos fuisse non paucos ad colligen-
da Tributa, quos olim appellabant
C *Actionarios, Exatores tributorum, Exa-
tores Reipublicae, aut Exatores verum
publicarum, Actores Fisci Regii, Acto-
res Patrimonii Regii, sive Curtis Re-
giae.* Camerae autem supra ceteros
praefuisse videntur *Gastaldii*, de qui-
bus actum est in Dissert. X. de Mi-
nor. *Justit. Ministris.* Neque deerant
D *Advocati Curtis Regis, sive Fisci,*
quorum fuit, quoties emergebant li-
tes, jura Fiscalia tueri. Non incon-
grua huic loco erit Charta, cujus
apographum ante annos quingentos
confectum reperi in Archivo Cano-
nicorum Regularium Sancti Bartho-
lomaei Pistorii.

Judicatum Guilleradi Episcopi Pistoriensis ac aliorum Missorum Pippini
Regis Langobardorum, de Ecclesia Sancti Petri controversa inter
Procuratorem Regis & Monachos Sancti Bartholomaei
Pistoriensis, Anno 806.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Karolus serenissimus Augustus a Deo electus & coronatus, magnificus & pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum ac Patricio Romanorum in Italia, postquam Pavia Civitate ingressus est Anno XXXIII. & filio ejus Pipino Regem Langobardorum, Anno Regni ejus XXVI. Mense Augusto per Indictione XIV. feliciter. Dum in Dei nomine nos Guillerad religiosus Episcopus sancte Pistoriensis Ecclesiae, seu Johannes Scabino, nec non Petrus Guasfo Domni Regis resedissemus in iudicio ad singulorum hominum justitiam faciendum ac deliberandum, residentibus nobiscum Magenard Comes, Rachinari Gastaldius, Iffivad Presbyter, Averolphus Diaconus, Taffimano, & Johannes filio quondam Gregorii, Anselmi filio quondam Alchisi, & reliqui plures. Ibiq; eorum omnium advenerunt presentia ad invicem inter se altercationis habentes Gisilari filio quondam Gisoni, qui causam Curtis Domni Regis peragebat, necnon & Gisilari Scabino, qui tunc Procurator erat Monasterii Sancti Bartholomaei, ubi Ildipertus Abbas praesse videtur. Tunc pulsantes eos ipse Gisilari filio quendam Gisoni, dicens: Pro quod abet da parte Monasterii Ecclesia & casas & ves Sanctorum Petri & Pauli, & Sancti Anastasii intra hanc Pistoriensem Civitatem, qui fuit Ratperti, quem a parte Curtis Domni Regis pertinere devent? Tum dixit Gisilari da parte Monasterii. Non

A est veritas, quod Ecclesia vel res ipsa a parte Curtis Domni Regis pertinere deveat, eo quod ecce nomina pre manibus habemus, quomodo Ecclesia & res ipsa Sancti Monasterii beati Bartholomaei debet pertinere. Idcirco nos auditores fecimus & moniminas coram nos relegi ipsas. Conscriptum erat unum ex ipsis per manum quondam Teuderani Notarii contententem in eum, quomodo his ipse Ratpertus offeruerat Monasterii Sancti Bartholomei quartam rationem ex omnibus rebus suis, & infimiliter Mundium, & Freca, Gumperge & Gisle filie sue cum omnes leges & pertinentias earum, qualiter eis pertinuerunt una cum personas illarum, ut quatenus sub obedientia Abbatisse & substituta regula in Monasterio Sancti Gregorii cellula ipsius Monasterii Sancti Bartholomei permanere debent, & reliqua quarta ratione ex sua substantia judicaverat & tradiderat Dominici, qui tunc fuit Abbas ipsius Monasterii, ut quatinus per eum vel per posteris atque successoribus suis post decessum ipsius Ratperti devirent esse vendundatas pretio tollendum, pro anima ejus dispensandum; aut si eam rem sibi emere volerent, stavile ordine debeat permanere. Et per ipsa cartula ipse Ratpertus ordinarerat & firmarerat jam dictus Dominicus Abbas vel posterisque successoribus ejus in superscripta Ecclesia Oratorio beati Sancti Petri & Pauli, seu Anastasii, quem in suo privilegio intra hanc Civitatem nostrans Pistoriense edificare * vius fuit, ut quatenus ab illo die in ipsius Abbatis, vel.

vel de posterisque successoribus ejus ipse sanctum Oraculum potestatibus subjaceret, vel de ipso Monasterio Sancti Bartholomei una cum omnis edificia, case, seu Curte, orto erga ipso Oratorio suo, omnia in integrum. In illa medietas de rem sua, quem, sicut supra legitur, judicaverunt pertinere devent in ipsa sorte & filie ejus, quo ei legibus succedere potuissent, accipere salvatione pro ipse edificia & pro solamenta & Curte & orto, in alie loca ubicumque habeat. Rursum nobis ipse Gisilari Procurator ipsius Monasterii ostensit cartula, ubi legebatur, quomodo jam nominatus Dominicus Abbas firmaverat in Arimund Presbytero superscripta Ecclesia, una cum edificia, casa, seu Curte & orto erga ipsa Ecclesia, in cujus esset potestatem officio peragendum, seu Missa & luminaria in ipsa Ecclesia faciendum, & res ipsius quondam Ratperti de quantum ipse Ratpertus per dotem decreverat medietas excepto personas hominibus. Nam ut dictum est, alia res medietas in ejus firmaverat potestatem usufructuandi una cum Rachipert & Austroalda filia ipsius Ratperti, & Curte, vel rem ipsa regendum, elemosina tribuendum, & post obito ipsorum Arimund, Rachipert, Austroalde, omnia tam ipsa Ecclesia & case & res in ejusdem Abbatis, vel ipsius Sancti Bartholomei Monasterii, & ad ejus Rectoris reverterent potestatem & dominationem. Unde tunc dum superscripta monimina relegi fecimus & cognovimus eam continentem omnino ut supra declaravimus, continuo ipse Gisilari, qui causa Curtis Domni Regis peragebat, dixit: Nihil nobis impediunt monimam hanc, quas ostendistis, quia ego possum talem consignationem facere, quomodo pars Curtis Domni Regis de calis & res quondam Ratperti hic intra hanc Pistoriensem Civitatem

A investita fuit, & Austroalda exinde a parte Domni Regis servitium faciebat.

B Quapropter nos qui supra auditores judicavimus, & fecimus ipso Gisilari da parte Curtis Domni Regis a parte ipsius sacri Monasterii Sancti Bartholomei dare quadia consignatione ipsa faciendi, sicut dixerat. Unde dum postea in constituto die utrisque partibus revererunt ante nos jam memorati auditores ipsis causatoribus: adduxit ipse Gisilari da parte Domni Regis testimonia: id sunt Fusulo filio quondam Bautoni, Formusulo filio quondam Guillerad, Mauvello Ciaverio, & Gregorius. Qui nobis singularim ac sepavatim ab invicem diligenter & studiose nos inquisiti equabiliter nobis testimonium unum dederunt. Scimus de casa & res illa, que fuit Ratpert genitori Austroalde intra hanc Pistoriensem Civitatem, unde intentio est inter parte Domni Regis & pars Monasterii Sancti Bartholomei: quia exinde fuit parte Curte Domni Regis investita; & homines Curtis Domni Regis inivitatus erat: & ipse Austroalda exinde a parte Domni Regis, idest a Mulrichi & a Adalperti Comitibus servitium faciebat, & tutoris ejus erant Gisilari & Teudici, qui exinde a parte Regis causa peragebat. Et quod hoc simus, sunt annos quinque & amplius. Sed quia non dixerunt ipsi testibus, quod casa & res ipsa pars Domni Regis per quinque annos possedisset, & qualiter ipsi testibus dixerunt, post sacramentum firmaverunt testimonium suum. Et insuper ipse Gisilari da parte Domni Regis jurato dixit: Per hec Sancta Dei Evangelia, quia qualiter superscripti de causa superscripta da parte Domni Regis testimonium reddiderunt, veritatem dixerunt. Proideo nobis sepe nominatis

Auditores recte paruit, ideo iudicavimus, & fecimus exinde secundum suprascriptum testimonium pars Curtis Regie investire, ita ut post revestitura adhuc exinde iudicium haberent. Ob hoc post ipsa revestitura ipse Ildipert Abbas cum alio Procuratore suo, idest suprascripto Petrus Guasso Domni Regis reverfus est ante nos jam nominatus Guillerad Episcopus, & Damiano Scabino de Barbarano in iudicio in presentia ipsius Comitum, ubi erant nobiscum Johannes filius quondam Gregorii, Ifferad Presbyter, Tassimano, Petrus filius Johannis, Averolphus Diaconus, Guitterad, & alii plures. Ibiq; coram nos omnes ipse Petrus asseruit suprascripto Gisilari contra partem Domni Regis dicens: Ecclesiam beatissimorum Sanctorum Petri & Pauli & Anastasii & calas & rem ipsam, qui fuit quondam Ratperti intra hanc Pistoriensem Civitatem, unde vos jam suprascripte Ildipert Abbas injuste habetis: quoniam ecce moniminas pre manibus habemus, quomodo Monasterium Sancti Bartholomei legibus pertinere debent. Et ideo nos sepe dicti Auditores fecimus eam ante nos re-legi: cognovimus, quia suprascriptis moniminas erant, que jam superius circumscripta sunt. Et invenimus eas continentes omnino, sicut jam superius recensiti sumus. Sed quia jam memoratus Gisilari effa est, nullum obstaculum nobis iste moniminas non faciunt, quia ego jam consignavi, quomodo exinde pars Domni Regis investita fuit, & pro ipsa consignatione & revestitura eas Ecclesiam & calas & res a parte Domni Regis avere volumus. Proideo nos vicibus Guillerad Episcopus, Damiano Scabino interrogavimus prenominate Gisilari, si potuisset aut per scripti, aut per testibus facere talem consignationem,

A quomodo suprascripta Ecclesia vel calas, aut res ipsas a parte Domni Regis dedisset, per quem eas parte Domni Regis legibus avere debeat. Tunc ipse Gisilari manifestus est dicens, quod nec per scripto, nec per testibus, nec per ullo modo alia consignatione facere non potuisset, quomodo Ecclesia vel calas aut res ipsas a parte Domni Regis debeat pertinere nisi dixit, quod per ista consignatione de ipsa revestitura eas Ecclesias & calas & res voluisset habere. Item interrogavimus ipso Gisilari, si potuisset aut per scripti, aut per testibus tale consignatione facere, quomodo suprascripto Ratperto non fuisset potestativus in Monasterio Sancti Bartholomei de re sua nullo modo facere. Sed ipse nobis statim dixit, quod tale consignatione nullatenus facere non potuisset. Propterea nobis suprascripti Guillerad Episcopus, Damianus Scabino optima comparuit lex. Ideo iudicavimus, ut suprascripta Ecclesia & calas & res, unde ipsas intentiones inter sibi habuerunt, debeat habere Ildipertus Abbas & suos successores a parte ipsius felicissimi Monasterii Sancti Bartholomei secundum suprascriptas moniminas. Nam pars Curtis Domni Regis exinde permaneat quietata, contempta, atque remota. Et sic ex ipsa portione Australde, unde suprascripto Gisilari, qui fuit Procurator Monasterii Sancti Bartholomei, in iudicio soluta est. Unde qualiter presentia causa ipsa acta & conventa atque finium accepta est, presens notitia Iudicati seu deliberationis, Gauspert Notarius scribere admonuimus, ut in posterum exinde nulla oriatur intentio, sed omni tempore in eadem deliberatione debeat permanere.

Actum Pistoria, Regnum & Inditione suprascripta feliciter.

Ego Guillerad Episcopus in hunc Iudicato a nos facto manu mea subscripsi.

Ego

Ego Damiano in hunc iudicio dedi una cum Guillerad sanctissimo Episcopo, & manu mea propria subscripsi.

Ego Gualbertus Notarius & Judex sacri Palatii scriptor, qualiter in authenticum inveni, fideliter exemplavi.

Ignota Ughellio fuit Charta haec, qui proinde ad Annum DCCCI. Wiltretradum inter Pistorienses Episcopos recensuit. Guilleradus fuit ei nomen, ipsumque nunc habemus florentem Anno DCCCVI. Ceterum Comitibus quoque suam *Cameram* fuisse,


A subluere videtur ex Lege 34. Ludovici Pii inter Langobardicas, ubi pertinaces in minime persolvendis Decimis ad iudicium perducuntur, ut ibi secundum Legem ad Comitum, vel ad Partem Publicam component. Sub *Partis Publicae* nomine num Fiscus Regius venerit, decernere non audeo. Profectò heic satis aperte eadem *Pars Publica a Comite* distinguitur. Verùm hac de re uberius agemus in Dissertatione XVIII. proxime sequenti.

B

DE REPUBLICA,
PARTE PUBLICA,
ET MINISTRIS REIPUBLICAE
ANTIQUIS TEMPORIBUS.

Et an Civium Communitates, uti nunc, ita &
vetustis Seculis fuerint in Civitatibus Italicis.

DISSERTATIO
DECIMOCTAVA.



DISSERTATIO

DECIMA OCTAVA.



Nquirendum nunc mihi statuo, num antiquis Seculis in Italicis Urbibus, quanquam illae Regibus, aut Imperatoribus parent, & ab eorum Magistratibus regerentur, aliqua tamen forma fuerit *Communis*, sive *Communitatis*: nos enim ita appellamus Universitatem & Corpus Civium, cui sunt proprii Magistratus, proprii reditus, & jura multa ac privilegia in regimine Urbium; *Commune Civitatis Mutinae* (atque ita reliquarum Liberarum Civitatum) idem olim fuit, ac Respublica Mutinensis, dum nulli Principi, nisi Imperatori, libera Civitas parebat ac suberat. Postquam verò Principibus se se tradiderunt Civitates liberae in Italia, perrexit adhuc durare nomen *Communis* & Universitatis Civium, fuitque illius nihilominus non levis auctoritas; atque erant, & adhuc sunt latifundia, vestigalia, ac tributa ad idem Commune spectantia. Praeerat ac imperabat cunctis Princeps; sed supremum illius jus, vestigalia, atque auctoritas minime obstabant, quin & Commune seu Respublica suis, quanquam subiecta Principi, juribus ac praerogativis uteretur. Complures ex Urbibus Ita-

A
licis adhuc retinent eundem honorem, publicos fundos & vestigalia; atque in plerisque Nobiles tantum viri, & Jurisconsulti adhibentur ad regimen Communis sive Universitatis Civium. Hoc praesertim Mutinae & Regii Lepidi observatum videas. Certo certius est, sub Romanis Imperatoribus Civitates Italiae non solum Augustorum dominationi supremae obnoxias fuisse, sed ab iis etiam accepisse Magistratus, à quibus regebantur: jusque dicebatur, sive hi Proconsules, sive Praetores, Praefides, &c. essent. Nihilo tamen fecius sub Romanis rerum dominis pleraeque ex iis Civitatibus quaedam Reipublicae formam servarunt, variam sane, quum ex iis quaedam Coloniae, quaedam Municipia, quaedam foederatae essent, neque omnes eodem jure, iisdemque privilegiis fruerentur. Plerisque ergo Urbibus suus erat Senatus, sui Magistratus, conventus, & Leges, Decuriones, Duumviri, Aediles, Quaestores, Censores, Curatores, Praefecti juri dicundo, aliique Magistratus e Civibus eligebantur, ita ut ibi species aliqua inspiceretur Romae ipsius dominantis*. Quae regiminis forma amorem ejusmodi Civitatum diu Romanae Reipublicae, tum Imperatoribus ipsis non parum conciliavit. Neque fundi, vestigalia, ac aerarium decrant

* Vellejus Lib. I. circa finem, deductarum Coloniarum post Romam a Gallis captam notitiam daturus: huic rei, ait, per idem tempus Civitates propagatas, auctumque Romanum nomen commanione juris.

deerant hisce Universitatibus: quorum reditus praecipue impendebantur in moenibus, pontibus, viis, turribus, thermis, theatris, aqueductibus, Palatiis Principis, aut Reipublicae, Templis, aliisque aedificiis ac ornamentis Urbis & agri aut excitandis, aut restaurandis. Sub ipsis quoque Christianis Augustis politia ista viguit, quamquam interdum aliquid in ea est immutatum. Habemus Lib. 10. Tit. 3. Codicis Theodosiani Legem primam, datam Anno CCCLXII. in qua Julianus Imperator *possessiones publicas Civitatibus jubet restitui*. Sed & Ammianus Marcellinus Lib. 25. Cap. 4. Histor. scribit ab eodem Juliano *Vestigalia Civitatibus restituta cum fundis*: quae verba indicant etiam portoria, aliosque ejusmodi reditus, concessione Principis assignata fuisse Civitatibus ad publicorum operum restorationem. Idem quoque teste Lampridio indulserat Severus Alexander Augustus. Vide etiam Capitolinum in Gordiano. In eodem Codice Theodosiano, eod. Tit. Lege 2. Valentinianus Anno CCCLXXII. *Civialibus omnibus conducendorum Reipublicae praediorum ac saluum inbibet facultatem*. Ita eodem Tit. Lege 5. Arcadius & Honorius Augusti Anno CCCC. decernunt, *ut aedificia, horti, atque areae aedium publicarum, & ea Reipublicae loca, quae*

A | *aut includuntur moenibus Civitatum, aut pomoriis sunt connexa, semel uni legitime locata, ad alios minime transferantur. Adi & Lib. 15. tit. I. Legem 18. ejusdem Codicis Theodosiani, ubi de operibus publicis reficiendis aut inchoandis agitur, atque ad id sollicitantur Rectores Provinciarum. Quod si Civitatis ejus Reipublica tantum in tertia pensionis parte non habeat, quantum coeptae fabricae poscat impendium, ex aliarum Civitatum Reipublicae canone praesumant. Pariter eodem Tit. Lege 32. memorantur reditus fundorum juris Reipublicae. Sunt & aliae Leges ibi, uti & in Codice Justiniano, immo & in Pandectis Lib. 50. Tit. 8. est de administratione rerum ad Civitates pertinentium. In hanc rem consulendi Sigonius, Gothofredus, atque ut alios praeteream, Cl. Vir Augustinus Campianus Legum Interpres in Taurinensi Gymnasio, qui novissime de Romanorum Magistratibus eruditum Opus edidit. Egregie quoque de hisce nuper differebat Clariss. Marchio Scipio Maffejus in Veronae illustratae Libris. Ego duntaxat commemorabo Inscriptionem a Grutero productam pag. 164. num. 1. in qua Decretum exhibetur Vespasiani Augusti, concedentis Vestigal Quatuorviris & Decurionibus Saborensis Civitatis in haec verba.*

B |

C |

D |

CVM MVLTIS DIFFICULTATIBVS
CIVITATEM VESTRAM IAM PREMI INDICETIS
PERMITTO VOBIS OPPIDVM
SVB NOMINE MEO
VT VOLTIS IN PLANICIEM EXTRVERE
VECTIGALIA QVAE A D. AVGVSTO
ACCEPISSE DICITVR, CVSTODIO &c.

Gothis Italiã potitis nihil ferme immutatum est de pristinis moribus in Italici Populi regimine. Magni nem-

E | pe animi atque ingenii vir Theodericus Rex, in nova Roma educatus, optime perspexit, nihil prudentius

ac suavius instrui seruarique posse, quàm quod Romanis antiquis tantum pepererat potentiae ac laudis, diuque apud eos imperium stabile tenuerat. Verùm alia fuit Langobardis in Italiam illapsis politicae gubernationis ratio. Agrestis ac effera gens omnia turbavit, indigenas, illorumque instituta contempsit, cumque in Urbes ordinem regiminis in-
 vexit, qui barbaris ante erat majoribus suis. *Duces*, & *Judices*, qui interdum *Comites* appellati sunt, *Viccomites*, *Gastaldios*, *Sculdascios*, *Aktionarios*, aliosque hujusmodi Ministros Populis praefecere: eandemque formam regiminis, paucis mutatis, observarunt deinde Franci & Ger-

A mani Imperatores. Ejusmodi officia conferebat Rex, sive Caesar, atque ii proinde Ministri Regis sive Imperatoris appellabantur. Nunc ergo perpendendum, num temporibus iis vestigium aliquod occurrat, Corporis, Collegii, aut Universitatis Civium, quod *Communis* nomine posteriora donarunt; antiqui verò, ut vidimus, *Rempublicam* appellabant. Et profecto in priscis illius aevi monumentis non rarò commemorari animadvertas *Rempublicam*, *Ministros Reipublicae*, *Procuratores Reipublicae*, *partem Publicam*, *Judices Publicos*. Exemplo erit Diploma, quod autographum in suo Chartophylacio adservant Canonici Cathedralis Parmensis.

Berengarius I. Italiae Rex confirmat duas Cortes Saluciolam
 & Eyorianum Ecclesiae Sancti Nicomedis de
 Fontana Broculi, Anno 899.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Rex. Decet nostram pietatem praedecessorum nostrorum tramites sequi & maxime Ecclesiarum utilitates reformare, quatenus eas mereamur habere apud Dominum intercessores, qui in praesenti Seculo nos cognoscunt suae Ecclesiae adjutores. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet & futurorum noverit sollicitia, Amolonem Taurinensem venerabilem Episcopum, ac Sigefredum illustrem Comitem, dilectissimos fideles nostros suggestisse nostrae Severitati, quatenus pro divino intuitu duas Cortes, quae vocantur Saluciola & Eyoriano, cum omnibus pertinentiis & adjacentiis, seu familiis suis prisco tempore pertinentes de Comitatu Parmensi, quas quondam Karolus Imperator Consuprinus & praedecessor noster,

C Ecclesiae beati Nicomedis, quae est in Fontania Broculi, per sua Praecepta.... nostra auctoritate in ipso sancto loco confirmavimus. Quorum precibus libenti animo annuentes decrevimus ita fieri. Confirmamus igitur eidem Sancti Nicomedis Ecclesiae praefatas Cortes cum omnibus pertinentiis & adjacentiis suis in integrum, mansis videlicet vestitis, atque absentibus, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, montibus, vallibus, planiciebus, arboribus pomiferis & infructuosis, aquis, aquarumque decursibus, seu molendinis, Capella quoque in ipsa terra constructa, famulis etiam utriusque sexus, servis, ancillis, & aldionibus, omnia omnino cum judicariis quaecumque dici vel nominari possunt, quae juste & legaliter ad ipsas Cortes pertinere noscuntur. Praecipientes jubemus, ut nullus Judicariae potestatis Dux, Marchio, Comes, Vicecomes,

comes, Sculdafius, Locopositus, aut quislibet Reipublicae Procurator, neque aliqua persona cujuscumque ordinis aut dignitatis, parva vel magna, ex eisdem rebus quoquo modo se intrmittere, aut devestire praesumat sine legali judicio: sed liceat Reктору praedicti sancti loci ad partem ipsius Ecclesiae omnes easdem res jure proprietario perpetuis temporibus possidere, & quod Rectores providerint ad ejusdem sancti loci utilitatem peragere remota totius potestatis

A inquietudine. Si quis autem, quod minime credimus, hoc nostrae pietatis & confirmationis Praeceptum quandoque insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras triginta, medietatem Palatio nostro, & medietatem parti ipsius Ecclesiae. Et ut ab omnibus verius credatur, & diligentius observetur, manu propria roboratum anuli nostri impressione subter jussimus sigillari.

Signum



Domni Berengarii gloriosissimi Regis.



Martianus Notarius ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data VIII Idus Martii, Anno Incarnationis Domini DCCCXCIX. Domni autem Berengarii gloriosissimi Regis XIII. Indictione II.

Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Legistin? quislibet Reipublicae procurator post Duces, Marchiones, Comites, &c. memoratur. Neque dispar est

C alterum Diploma Guidonis Augusti, quod archetypum vidi Brixiae in Archivo Sanctimonialium Sanctae Juliae. Guido

Guido Imperator Fulchrodo fideli suo quasdam Corticellas
donat, Anno 892.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis, Wido divina favente cle-
mentia Imperator Augustus. Cum nihil
boni operis pereat ante Deum, idcirco
dignum est semper ea exsequi, quae di-
gna sunt tanto remuneratori. Quapro-
pter omnium fidelium nostrorum praeser-
tium scilicet & futurorum noverit in-
dustria, quod Fulchrodus dilectus fide-
lis noster petiit celsitudinem Imperii no-
stri per Wihbodum venerabilem Epi-
scopum Consiliarium nostrum, ut eidem
concederemus jure proprietario Marina-
dem, ubi jam Corticella fuit, & nunc
est absens, cum omnibus ad eandem per-
tinentibus, scilicet cum Manentibus qua-
tuor, & Sortibus octo. Etiam & Cor-
ticellam unam in Mojade cum quatuor
Manentibus, & tribus Sortibus absen-
tibus. Insuper & Corticellam unam,

A quae vocatur Rodeni, infra Papiam,
cum Manentibus decem. Cum omni in-
tegritate & pertinentiis earum, seu al-
dionariis, vel quicquid ad illas perti-
nere dinoscitur. Cujus precibus ob amo-
rem Dei & devotionem ipsius Fidelis
nostri aures nostrae serenitatis accommo-
dantes, & ideo hoc nostrum asscribi jus-
simus Aedictum: per quod concedimus,
B perdonamus atque largimur supradictas
Corticellas Marinadem, Mojadem, at-
que Curtem, quae vocatur Rodeni, ei-
dem Fulchrodo cum omni integritate &
pertinentiis &c. faciatque is & heredes
ejus in omnibus tamquam de aliis re-
bus suae proprietatis ex nostra plenissima
largitate. Ita sane praecipientes, ut nul-
C lus Dux, Comes, vel Minister Reipa-
blicae &c.

Signum



Domni Widonis gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Signum Sigilli ✠ cerei deperditi.

Rimpertus ad vicem Helbunchi Archicancellarii, jubente Domino Widone Imperato-
re recognovi & subscripsi.

Data XV. Kalendas Augusti, Indictione X. Anno Incarnationis Dominicae DCCC-
XCII. Regnante Domino Widone Imperatore Anno Regni ejus IV. Imperii vero II.

Actum Parme in Dei nomine feliciter. Amen.

Et heic post Duces & Comites
habemus *Ministros Reipublicae*. Quid,
quaeso, significant hujusmodi verba?
Fontaninius Archiepiscopus Ancyra-
Tom. III.

D nus me interrogantem praeoccupavit
in Libro, cui titulus: *L' Istoria del
Dominio della Santa Sede sopra Parma
e Piacenza*. Nam §. 12. part. 27.
N
Diplo-

Diploma Caroli M. laudat à Campio evulgatum pag. 455. Hist. Eccl. Placentinae, in quo decernitur, ut nullus Dux, Gastaldus, vel Athonarius, nec quilibet ex Ministris Reipublicae de jam dicta Judicaria aliquid sumere audeat. Heic, inquit Fontaninus, Reipublicae nomine designatur Ducatus Romae, & Exarchatus Ravennae simul conjuncti; atque adeo Ministri Reipublicae nihil aliud erant, nisi Ministri Sedis Apostolicae, Placentinam Urbem Romanae Ecclesiae subiectam, ejusque agrum regentes. Ita in Diplomate, quod Carolus M. Anno DCCCLXXIV. Monasterio Vulturtenensi concessit (uti legitur in Chronico Vulturtenensi Part. II. Tomi I. Rer. Italic. pag. 349.) commemorantur Reipublicae Exatores, idest, ut ille idem eruditus Scriptor nos docet, Apostolicae Sedis, quandoquidem regio illa Romanae Ecclesiae jam dono data fuerat. In altero pariter Diplomate Ludovici II. apud eundem Campium, concessio Placentinae Ecclesiae Anno DCCCLXXII. Reipublicae Ministros reperias: itidemque in Bulla Stephani VI. data Bernardo Episcopo Placentino Anno DCCCXCI. Reipublicae Exatoribus interdictum videas inferre molestiam Ecclesiae Placentinae. Sed ut sub Reipublicae nomine ostendat Clariss. Fontaninus venisse Ducatum Romanum & Exarchatum Ravennatem, laudat Literas Romani Exarchi Anno DXC. ad Childebertum II. Francorum Regem datas, atque à Frehero & Duchesnio editas: in quibus ait, Deum Langobardis eripuisse *Alinum, Mutinam, Mantuam Placentiam &c.* easque Urbes reparasse *Sanctae Romanae Reipublicae*. Praeterea Gregorius II. Papa in Literis ad Ursam Venetorum Ducem datis, apud Dandu-

lum, Baronium, ac Labbeum legendis, eum ad decertandum incitat, ut Ravenna, à Langobardis, ad deditionem coacta, revocetur ad *pristinum statum Sanctae Reipublicae*. Gregorius quoque Magnus Romanus Pontifex de Reipublicae Judicibus conqueritur. Haec Ancyrae Archiepiscopus. Sed mirum est, quei vir tantae eruditionis ista nobis propinare potuerit, quae nisi ab homine paene dixi caecutire volente profecta esse videantur. Certo certius est, *Mutinam, Placentiam, Regium, Parmam*, à nullo Regum aut Imperatorum Sancto Petro unquam dono datas fuisse: & quum Carolus M. & Ludovicus II. Literas supra memoratas scripsere, nulla dubitatio est, quin Urbes illae ad Regnum Italicum pertinerent. Praeter illa, quae jam supra differui in Dissertat. II. de Regno Ital. hanc ipsam veritatem ipsa Diplomata meridiano Sole clariorem ostendunt, quum Carolus Magnus Placentino Episcopo donet *omnem judicariam, vel omne teloneum de Curte Gluffiano*; Ludovicus verò II. eidem largiatur *partem muri publici, & Viae publicae*, pariterque confirmet *Mercata, & reliqua*, quae à reliquis Antecessoribus nostris collata sunt jam saepe dictae Ecclesiae. At inquit Fontaninus, haec Imperatores illi, tanquam *Advocati Romanae Ecclesiae* egerunt. Scilicet minime animadvertit ille, se non Advocatos Sanctae Romanae Ecclesiae nobis exhibere, sed sacrilegos Apostolicae ditionis usurpatores. Ecquando enim licuit ejusmodi Advocatis veluti sua in alios transfere Ecclesiarum bona? Et nullâ quidem Advocatae mentione factâ, immo iisdem plane formulis, quibus in reliquis suae supremæ dominationi locis subiectis tot alia donarunt. Er-

50 ex *Reipublicae* mentione in iis tabulis numquam exculpatis, temporalem Romani Pontificis ditionem significari, uti neque ex Vulturnenfis Coenobii monumentis, quum vel ipse Antistes Ancyranus norit, suamque habeat conscientiam testem, in Ducatu Beneventano situm fuisse ac esse Monasterium illud. Eum verò Ducatum tunc sui Duces regebant, obnoxii per aliquod tempus Augustis, sed nunquam Apostolicae Sedi, nisi post Nortmannorum adventum.

Quid ergo, petas, *Reipublicae* nomine olim significatura est? Eâ voce significabatur Principatus, Regnum, Imperium, Fiscus. Neque aliud fuit *Romana Respublica*, nisi ditio Imperatoris Romanorum: nihil *Ministri*, *Exatores*, seu *Procuratores Reipublicae*, nisi publici Principis seu Fisci *Ministri*, sive is Imperator, sive Rex, sive Princeps, aut Dux supremo jure dominans esset. Quae Fontaninus ipse attulit, ad ejus sententiam jugulandam apprime faciunt, si quae ille reticenda censuit, per nos apponantur. Gregorius II. Papa Ursum Ducem ad certamen contra Langobardos hortatur, ut ad pristinum statum *Sanctae Reipublicae in Imperiali servitio Dominorum filiorumque nostrorum Leonis & Constantini magnorum Imperatorum ipsa revocetur Ravennatium Civitas, ut zelo & amore fidei nostrae in statu Reipublicae & Imperiali servitio firme persistere, Domino cooperante, valeamus.* Vel ipsi Romae, nedum Exarchatui, ac tot aliis Provinciis tunc dominabantur Romanorum Imperatores Graeci. Quid est ergo, quod contorqueamus *Reipublicae* vocem ad significandum Exarchatum, Romanum Ducatum, ac Pontificiam ditionem? Porro, quod stupas, plures Epistolas Gregorii Ma-

A gni, quasi in iis Exarchatum aut Romanum Ducatum *Reipublicae* vox indicaret, idem Scriptor laudavit: attamen in tot alias non incurrit, quibus longe latius protendere significationem suam vox ista deprehenditur. Ad Mauricium Augustum sanctissimus ille Pontifex scribit Epistolam XI. Lib. V. de pace cum Langobardis à se pertractata. *Ariulphus, ut ipse ait, toto corde venire ad Rempublicam paratus fuit &c. Piissimo Domino suggero, ut de utilitate Reipublicae, & causa ereptionis Italiae, non quibuslibet facile aures praebet &c. Ante Constantinum Pagani in Republica Principes fuisse &c. Pacem cum Langobardis in Tuscia positis, sine ullo Reipublicae dispendio feceram. Lib. 6. Epist. 16. ad eundem Imperatorem: Deus heic devictis hostibus, pacatae vos imperare faciat Reipublicae. Epist. 25. ad Salonitanae Ecclesiae usurpatorem Maximum: quod verò indicas, Serenissimos Dominos, ut illic debeat esse cognitio, praecepisse: nos quidem nullas eorum hac de re, nisi ut ad nos venire debeas, jussiones accepimus. Sed & si forsitan pro Reipublicae suae utilitate, quae divinâ sibi largitate concessa est, multa cogitantibus, eorum est jussio per obreptionem elicitâ &c. De Corsica nimio exactionum gravamine oppressa scribit ad Constantinam Augustam Lib. 5. Epistol. 41. atque ait: Unde fit, ut derelictâ piâ Republicâ possessores ejusdem Insulae ad nefandissimam Langobardorum gentem cogantur effugere. Eodem Libro 5. Epist. 30. ad Mauricium scribit: Deus longa vobis & quietâ tempora tribuat, & pietatis vestrae felicissimam sobolem diu in Romana Republica florere concedat. Ita Lib. primo Epistol. 75. Gennadium Exarchum in Africa laudat, quod bella gerat, non desiderio fundendi sanguinis,*

guinis, sed dilatandae causâ Reipublicae, in qua Deum coli conspiciamus. Libro quoque undecimo, Epistol. 4. Mediolanensibus scribit: Unde possunt alimenta Sancto Ambrosio servientibus Clericis ministrari, nihil in hostium locis, sed in Sicilia, & in aliis Reipublicae partibus consistit. Vide & Epistolam 66. Lib. 3. aliaque multa loca, quibus deflorandis supersedeo: neque enim ultra Lectori opus est, ut tandem intelligat, Gregorium Primum, & Secundum nihil aliud vocabulo Reipublicae intellexisse, quàm ipsum Romanum Imperium. Eadem significatione hanc vocem adhibuit Cassiodorius Lib. 4. Epistol. 6. & alibi; uti & Paullus Diaconus Lib. 4. Cap. 37. de Gestis Langobardorum, cujus sunt verba: *Rempublicam Romanam Eracius suscepit regendam.*

Cur verò Imperium Romanum Reipublicae nomine donaretur, postquam sub Imperatoribus rerum Dominis Reipublicae auctoritas a tanto tempore desierat, illud in causa fuisse puto, quod Imperatores, quamquam suprema, immo fere cuncta Populi Romani jura in se transtulissent, nomen tamen Reipublicae intactum sivere, ejusque Magistratus plebrosque retinuerunt, Consules nempe, Senatum &c. Et quamvis in Monarchiam res transisset, ii nihilominus videri voluere non Regio titulo ac potestate regnare, sed Reipublicae velut adhuc stanti praeesse. Et quoniam Ulpiano teste in l. quintadecima ff. de verbor. significat. ea tantum bona publica sunt, quae Populi Romani sunt, unde etiam publica vestigalia dicebantur, ex quibus vestigal Fiscus capiebat, & Publicani sic appellati fuere, quod publica vestigalia conducerent aut colligerent: idcirco vel sub ipsis Imperatoribus Rei-

A publicae nomen audiri, & publica vestigalia appellari perrexerunt. Ita apud Spartianum *curfus Fiscalis*, ab aliis *cursus Publicus* appellatur. Sunt & innumera alia exempla. Johannes Fridericus Gronovius Anno MDC-LXXI. Dissertationem edidit de *Legge Regia Populi Romani*, quam ipse commenticiam ostendit. Neque enim ulla Lex unquam prodiit, per quam Senatus Populusque Romanus cuncta sua jura in Imperatores transtulerit. At simul evincit jura haec sensim in ipsos Augustos transfusa, quanquam illi Reipublicae, sive Romani Imperii nomine potestatem supremam, & reapse Regiam exercerent, & quamvis adhuc Senatus & Magistratus cum Romae tum alibi perdurarent. Non absimile fortassis exemplum posterioribus hisce Saeculis Respublica Florentina dedit. Factum propterea fuit, ut Reipublicae nomen ad barbarica Secula pertransierit, non ut ea voce significaretur Romani Senatus ac Populi libera dominatio, qualis ante Julium Caesarem fuit, sed Romanum Imperium, cui praeerant Imperatores, non nomine, sed potestate Reges. Quibus positis, Anastasii Bibliothecarii in Stephani II. Vita mens nobis pateat, ubi narrat Exarchatum Ravennatem ereptum Romanis ab Aistulpho Langobardorum Rege, actumque esse, ut Reipublicae loca, diabolico ab eo usurpata ingenio, proprio restitueret domino: ac Stephanum commendasse Pippino Regi causam Beati Petri, & Reipublicae Romanorum redderet jura. Contendebat olim praeaudatus Ancyrae Archiepiscopus, idem fuisse Romanam Ecclesiam, & Rempublicam Romanorum, ac propterea Exarchatum restitutum fuisse eidem Ecclesiae. Atqui disertis verbis Ecclesiam Romanam à Republica di-

distinguit Anastasius; & postrema hac voce Romanum Imperium designatum, post illa, quae nuper attulimus, nemo non videt. Immo Anastasium ipsum suae mentis interpretationem luculentum habemus, quando auctor est in Zachariae Pontificis Vita, Constantinum Augustum duas Massas, quae Nymphas & Nonnias appellantur, juris existentes Reipublicae, eidem sanctissimo Papae, sanctaeque Romanae Ecclesiae jure perpetuo possidendas elargitum fuisse. Si geminae illae Massae ad jus Reipublicae antea spectabant, easque Imperator Romanae in futurum Ecclesiae concessit: ergo sub Reipublicae nomine Romanum tantummodo veniebat Imperium. Quod & jamdiu agnovit Eminentissimus Baronius, dum ea ipsa verba in suos Annales intulit. Paria habet Fredegarii Continuator, de Aistulpho scribens: *Quod nequiter contra Reipublicam, & Sedem Romanam Apostolicam admiserat, nefarie nitebatur defendere.* Pollicitus deinde Aistulphus fuit, se ulterius ad Sedem Apostolicam Romanam, & Reipublicam hostiliter nunquam accessurum. Gregorius autem Turonensis Lib. 2. Histor. scripsit, Gelimirem Vandalorum Regem à Republica superatum fuisse, idest à Justiniano I. Augusto. Quibus ex rebus jam extra controversiam positum puto, apud modò laudatos Scriptores non alia significatione usurpatam fuisse Reipublicae vocem, quam Romani Imperii. Quod si quis pertinax adhuc contra sentiat, Valesios quaeso adeat in Notis ad Lib. 16. Cap. 12. Ammiani Marcellini, & monentes comperiet, *Imperium Romanum Ammiano, aliisque Historicis saepe Reipublicam absolute nuncupari, & exercitum Romanum, exercitum Reipublicae.* Et sane id factum à Mario Aventicensi,

A à Jordane in Histor. Gothorum, à Johanne Abbate Biclarensi, à Procopio, & aliis. Quid plura? Praelaudatus Anastasius Bibliothecarius, seu quisquis sit antiquissimus Scriptor Vitae Vigili Papae, haec de Belisario memoriae prodidit: *Veniens in fines Africae sub dolo pacis interfecit Gundarum Regem Guandalorum, & redacta est Africa sub Rempublicam.* In cujusnam jura tunc cesserit Africa, eruditus quisque novit. Sed & in Vita Sancti Leonis IX. Papae à Wiberto scripta, haec de illo habentur: *Non modicus quoque ei inerat fervor in augenda Republica.* Quid hoc nomine Wibertus significet, sequentia produnt. Nempe curabat, ne Hungari detrectarent solitâ subjectione Imperatori prisca persolvere tributa. At quia preces à Sancto Leone praedicto pro eis adhibitas Henricus Augustus exaudire noluit, ideo Romana Respublica subjectionem Regni Hungariae perdidit, & adhuc dolet.

Quamobrem nil mirum, si ipsi quoque Imperatores Franci hoc eodem Reipublicae vocabulo usi fuerint ad designandum non solum Romani Imperii ditionem, sed etiam universa Regna suae potestati subiecta. Immo quum saepe publici vox in eorum & subsequenitium temporum monumentis occurrat, juvabit heic animadvertere, quae vis hujus vocis fuerit apud illorum Seculorum Scriptores, & in Literis ac Praeceptis Regum. Nimirum ibi publici Judices, Palatia publica, Pars publica, Ministri Reipublicae, atque horum similia nomina leguntur, quorum sensum probe nosse, tum ad eruditionem mediæ aevi, tum ad intelligendum veterum sermonem conducit. Carolus Magnus, ut est in Lege Langobard. 121. Part. II. Tomi I. Rer. Italica-

rum,

rum, se audivisse ait, quod Juniores Comitum, vel aliqui Ministri Reipublicae, aliquam redhibitionem, quasi deprecando, à Populo exigere soleant. In Additamentis ad Capitularia ejusdem Caroli Magni pag. 113. nuper memoratae Partis II. idem Augustus scribit omnibus Ducibus, Comitibus, Castaldis, seu cunctis Reipublicae per Provinciam Italiae à nostra mansuetudine praepositis. Qui Reipublicae nomen nuper ad Exarchatum, & Romanum Ducatum unice designandos contorquebat, habet heic unde opinionem male consutam exuere possit. Ministros nempe Principatus, Ministros Regis, appellare mos fuit Ministros Reipublicae. Adhuc nos appellamus Ministri del Pubblico, quos Princeps statuit ad regendam Rempublicam. Idque elucere etiam potest ex Lege 34. Ludovici Pii Augusti inter Langobardicas, ubi decretum est, ut Decimae à Ministris Reipublicae exigantur. Et infra: Negligentes, à Ministris Reipublicae districti, singuli sex Solidos Ecclesiae componant, & insuper dare Decimam cogantur. Si verò denuo rebelles vel contradictores esse voluerint, tunc à Ministris Regis in custodiam mittantur, usque dum ad judicium postmodum perducantur. Profectò unum ac idem fuisse videas, qui antea Ministri Reipublicae appellati sunt, & qui postea Ministri Regis. Ita in Lege 74. Lotharii I. Caesaris inter Lan-

A gobardicas statutum cernas, ut nullus Judex publicus, aut Ministri publici, liberas personas contra legem audeant pignorare in bovibus, quia audivimus, quod multa damna propter hoc Populus noster sustineret. Neque heic alios excogitare possumus fuisse Judices, aut Ministros publicos, nisi Regis Judices atque Ministros. Nisi enim suis Ministris interdixisset Lotharius boves titulo pignoris à liberis hominibus auferre, incommodis Populi nulla ratione Lex ista prospexisset. Sunt & aliae Langobardicae Leges, in quibus Ministri & Actores Reipublicae memorantur; uti & Aquisgranense Concilium II. Anni DCCCXXXVI. & Capitularia quaedam Caroli Calvi Imperatoris, ubi easdem voces deprehendas, nihil aliud significantes, quàm Principis, sive Regis, aut Imperatoris Ministros. Sunt & Diploma Regum & Augustorum, Urbibus extra Exarchatum, & Ducatum Romanum sitis concessa, in quibus nihil secius Reipublicae Ministros reperimus, quos certe nemini in mentem veniat, Romani Pontificis Ministros esse appellandos. Adeo haec certa sunt, ut vel ipsi Principes Beneventani, ac Salernitani, Reipublicae voce uterentur eadem ratione, qua Reges atque Augusti. Rem prodet Diploma, quod in Tabulario insignis Monasterii Cavenensis existit.

Gisolfi I. Principis Salernitani donatio facta Ecclesiae Sancti Maximi sitae intra Salernitanam Civitatem, Anno 959.

Nos Gisolfus divina protegente clementia Princeps gentis Langobardorum pro amore omnipotentis Dei & salvatione animae nostrae, concedimus in Ecclesia Sancti Maximi sita intus

E hanc nostram Salernitanam Civitatem a Domino Guaiferio Principe Bifavio meo, de aquario antiquo nostrae Reipublicae pertinente, constructo intus hanc Civitatem, hoc est quantum

retinet de ipsa fistula, & usque totam terram praefatae Ecclesiae, quae est a supius ipsam Ecclesiam, qualiter conciatum & edificatum est, cum omnibus suis pertinentiis, & cum vice de via & andita sua. Pariterque & concedimus in jam dicta Ecclesia de aqua, quae decurrit per ipsum aquarium usque ipsam fistulam tantum ut justa ratione sufficiat Rectoribus ipsius Ecclesiae pro illorum utilitate, & omni tempore ipsa aqua decurrat per illud, quod de ipso aquario in ipsa Ecclesia concessimus absque cujuscumque contrarietate. Et haec omnia a modo & in perpetuum sint de ipsa praenominata Ecclesia, ejusque Rectores, & pars ipsius Ecclesiae habendum, possidendum, & omnia inde & ibidem faciendum, quod & qualiter voluerint, & ipsa aqua, ut dictum est, semper decurrat de ipsa fistula per ipsum aquarium usque in ipsam terram praedictae Ecclesiae, & neque a nostris Judicibus, Comitibus, Castaldis, neque a quibuscumque agentibus habeant Rectores vel pars ejusdem Ecclesiae de praedicta nostra concessione aliquam contrarietatem, sed semper illud securiter habeant, & faciant exinde, ut praelegitur, quicquid voluerint. Haec autem fecimus per rogatum Domni Petri venerabilis Abbatis ipsius Ecclesiae in Anno Vigesimoquinto Principatus nostri, de Mense Aprilis, Indictione II.

Agit heic Gifolfus de Aquario, hoc est canali, quem lateritius sive marmoreus paries utrinque constringit, & per quem aqua ad usus hominum aut molendinorum decurrit, nostrae Reipublicae pertinente, idest juris Principatus seu Fisci nostri. Ita apud Ughellium Tom. 8. Ital. Sacr. in Archiepiscop. Beneventan. Pandolphus & Landolphus Principes Beneventani Landolpho Beneventanae Sedis Archiepiscopo Sipontinam Ecclesiam aliaque jura confirmant, ab ipso

A perpetualiter habenda & possidenda, absque ullius Comitibus, Castaldis, seu Judicum Reipublicae inquietudine. Vide etiam Capitulare Sicardi Principis Beneventani Part. I. Tomi II. Rer. Italicarum, ubi non semel statuitur, ut nullum aliud vectigal a parte Reipublicae imponatur. Sunt & alia id genus veterum monumenta, e quibus unum nolim omisum, hoc est Ludovici Pii Diploma Anno DCCCXVII. datum pro Monasterio Solemniacensi in Gallia, atque evulgatum a Baluzio in Appendice ad Tom. 2. Capitularium. Praecipit Augustus ille, ut nullus Judex publicus, aut quilibet superioris aut inferioris ordinis Reipublicae Procurator ad causas judiciario more audiendas &c. Monasterii illius loca, ingredi praesumat. Qui eo tantum nomine ditionem Pontificiam sibi visus est deprehendere Placentiae, quod in Diplomatis Regiis, Placentinae Ecclesiae concessis, Ministri Reipublicae memorentur, quid sibi de tam leviter a se constructa opinione sentiendum sit, jam tandem intelligat. In Gallia quoque temporibus iis Ministri Reipublicae erant, iique dicuntur superioris, aut inferioris ordinis, ut designentur tam Duces, Marchiones, & Comites, e quibus Principum chorus tunc constituebatur, quam Castaldii, Centenarii, Decani, Sculdascii, aliique minores Judices aut Regiae Camerae procuratores. Eadem dicendi formulam usi sunt Carlomannus Rex & alii. Sed ut omnem dubitandi ansam eripiamus, praestat intueri Henrici Regis Sancti, postea Imperatoris, Diploma, in quo disertissime Rempublicam nostram in Urbe Cremonensi memorat, hoc est Fiscum nostrum. Illud ego depromsi ex Regesto antiquo Episcopii Cremonensis.

Hen-

Henricus II. Germaniae & Italiae Rex sub suo Mundiburdio fuscipit
Landulphum Cremonensem Episcopum. Anno 1007.

IN nomine Sancte & individue Tri-
nitatis. Henricus divinae dignationis
providentia Rex. Regalis dignitatis pro-
videntiam semper oportet Ecclesiarum
Dei &c. noverit universitas, quod nos
comperientes in Italia Ecclesiarum facul-
tates, defuncto earum Praesule depredari,
sanctamque Cremonensem Ecclesiam
hoc quoque noviter passam defuncto Pa-
store, sub nostri mundiburdi defensionem
recepimus Domnum Landulphum vena-
bilem Praesulem ejusdem sanctae Cre-
monensis Ecclesiae, nostrumque dile-
ctissimum Capellanum, cum omnibus Cle-
ricis suis ac familiis. Precipientes insti-
mul, ut nulla nostri Regni magna par-
vaeque persona post obitum ejus suorum-
que Successorum predictam Ecclesiam,
Clericos, & famulos inquietare vel mo-
lestare audeat. Si quis vero, quod non
credimus, hujus nostri Mundiburdi vio-
lator extiterit, si Miles ipsius Ecclesiae
fuerit, omni beneficio, quod ex parte
ipsius Ecclesiae tenuerit, ipse & ejus
heredes in eternum priventur, & centum
Libras puri argenti, medietatem no-

A strae Reipublicae, & medietatem pre-
nominate Ecclesiae se compositurum procul
dubio cognoscat. Si vero Civis, aut su-
burbanus, sciat se perditurum omnia pre-
dia & possessiones suas, medietatem
a Parte publica, & medietatem predi-
ctae Ecclesiae. Si vero aliqua Regni per-
sona contra fecerit, centum Libras opti-
mi auri, medietatem nobis, & medietatem
prefate Ecclesiae procul dubio compe-
nat. Quod ut verius credatur &c.

B

Non adest Monogramma Henrici.

Everardus Cancellarius vicem Villi-
gisti Archicapellani recognovi.

. Anno Dominice Incarnationis
MVII. Indictione V. Anno Regni
Domni Henrici Regis Secundi Re-
gnantis VI.

C

Actum Poledae feliciter. Amen.

Hicce denique accedat Diploma
alterum, e supra laudati Coenobii
Casinensis Chartophylacio deprom-
tum, in quo Reipublicae mentio est.

Guaimarii IV. Principis Salernitani Diploma, quo Ecclesiam Sancti
Michaëlis Archangeli cum omnibus ad ipsam pertinentibus donat
Monasterio Cavenfi Sanctae Trinitatis, ejusque Abbati primo
Adelferio, Anno 1035.

IN nomine Domini Dei eterni Salva-
toris nostri Jesu Christi. Waimarius
divina protegente clementia Langobardo-
rum gentis Princeps, pro amore omni-
potentis Dei, & pro salute nostrae ani-
mae, nostraeque Patriae salvationis con-
cedimus in Monasterio Sanctae & indi-
viduae Trinitatis, quod situm est in

D


Crypta, quae est in pertinentia Militia-
nense, in quo Dominus Adelferius ve-
nerabilis Abbas, & spiritualis Pater
& Orator noster praest, Ecclesiam San-
cti Archangeli, quae constructa est ultra
fluvium Tuscianum, cum Codicibus &
omni ornamento ipsius Ecclesiae, cum
vineis & terris vacuis per has fines &

mensuras: a parte Meridiei incipiente a praedicto fluvio Tusciano, & abiente in parte Orientis rectum per terminos usque ad sepem, & deinde abiente iuxta ipsam sepem similiter in parte Orientis, & revolvente in partem Meridie secus praedictam sepem, usque ad viam publicam majorem, sunt inde passus ducenti nonaginta usque ad aliam viam: & ab inde revolvente in parte Orientis per ipsam aliam viam passus quadraginta duo: deinde revolvente in parte Septentrionis circa finem de rebus nostri Palatii, & circa sepem, quae discernit inter has, & res nostri sacri Palatii, passus centum usque ad aliam viam: & exinde revolvente in partem Occidentis per praedictam aliam viam passus decem & octo: & ab inde revolvente in partem Septentrionis iuxta finem supradicti nostri Palatii, sicut sepius discernit, passus octoginta octo a parte Septentrionis transcendente jam dictam viam majorem, & abiente in parte Occidentis per mediam sepem, & fossatum usque ad supradictum fluvium sunt passus centum quinquaginta. De aliis vero partibus sine sicut decurrit aqua praedicti fluminis. Hae autem supradictae mensurae iuxta passus hominis mensuratae sunt. Has omnes supradictas res cum praedicta Ecclesia Sancti Archangeli cum Casis & Cellis & cum omni ordine & pertinentia ipsius Ecclesiae, & cum omnibus infra se habentibus & suis pertinentiis, qualiter per ipsas fines & mensuras circumdata est, & cum vice de viis suis, sicut supra dictum est, praedicto Monasterio Sanctae Trinitatis concedimus, ut amodo & deinceps per hunc nostrum roborem Praeceptum cunctam supradictam nostram concessionem praedictus Dominus Adalferius Abbas, ejusque successores habeant & possideant, & fru-

A dient, & de ipsis fructibus faciant omnia, quae voluerint, absque omni nostra, nostraeque Reipublicae contrarietate. Et neque a nostris Judicibus, Comitibus, Castaldis, vel a quibuscumque agentibus patiatur aliquam molestationem, sed perpetuis temporibus cuncta supradicta concessio permaneat in jam dicto Monasterio Sanctae Trinitatis. T

B rummodo si aliquando quaecumque humana persona suprascriptum Monasterium Sanctae Trinitatis de dominio & defensione nostra, nostraeque Reipublicae quocumque modo subtraxerit, tota supradicta concessio revertatur ad potestatem nostram nostraeque Reipublicae, ad faciendum exinde omnia, quae voluerimus.

C Textum vero hujus nostrae concessionis in praedicta ratione scribere praecepimus tibi Truppoaldo Abbati & Scribae nostri sacri Palatii de Mense Julii, Indictione III. annuloque nostro insigniri jussimus, Anno, Deo propitiante, nostri Principatus XVII.

D Locus Sigilli cerei  cum Effigie Guaimarii, & epigraphe.

GVAIMARIVS PRINCEPS

E Nunc autem memorandi mihi sunt Reipublicae Exactores, quos in Diplomate Conradi I. Augusti apud Ughellium in Episcopis Bellunensibus, Astensibus &c. invenio, immo in aliis quoque Regum tabulis invenias. Geminas ego nondum editas producere heic statui. Primum Diploma authenticum adservatur in Tabulario Capituli Canonorum Parmensium. Alterum mihi suppeditavit praestantissimus Toparcha Antonius Comes de Collalto, Augustissimi Caesaris intimus Consiliarius.

Ottonis II. Imperatoris Diploma, quo Canonicis Ecclesiae Parmensis omnia illorum jura ac Privilegia confirmat, Anno 980.

„ **I**N nomine Sanctae & individuae
 „ Trinitatis. Otto divina faven- A
 „ te providentia Imperator Augu-
 „ stus. Omnium sanctae Dei Eccle-
 „ siae, nostrorumque presentium ac
 „ futurorum fidelium noverit indu-
 „ stria, eo quod Canonici Parmen-
 „ ses sanctae matricis Ecclesiae, in-
 „ terventu ac petitione *Dominæ no-*
 „ *strae matris Adelaidae* nostram ef- B
 „ flagitantes celsitudinem, quatinus
 „ omnes Canonicales res sub nostri
 „ Praecepti confirmatione recipere-
 „ mus. Quorum justam efflagitacio-
 „ nem considerantes, illud mente re-
 „ volventes, quoniam si Deo famu-
 „ lantibus in omnibus nostra Magestas
 „ necessitatibus subvenerit, Deum no-
 „ bis propitium habebimus, supradi- C
 „ ctorum videlicet Canonice assis-
 „ tibus precibus; unde tam Christi re-
 „ muneracione, quamque matris a-
 „ more, necnon illorum Sacerdo-
 „ tum intercessione omnes res praeli-
 „ batae Ecclesiae tam infra Civita-
 „ tem quam extra: videlicet omnes D
 „ domos, quae Papias habere viden-
 „ tur: Castellum Palafioni cum om-
 „ nibus suis adjacentiis & operis
 „ tam de Castellanis quamque de
 „ Colonis, & cetera omnia servi-
 „ tia, quae circumvicinis Oppidis
 „ ceteri Castellanis praesidentibus e-
 „ xhibent; ita ipsi superius dicti Ca-
 „ stelli, & ceterorum omnium in-
 „ feriorum Castellorum incolae su-
 „ pradictis Canonicis omni tempore E
 „ secundam morem locorum exhi-
 „ beant: scilicet Macritulae, Gaja-
 „ num, Monticellum, Aqualatulam,
 „ Castellum de Sablone, quod nun-
 „ cupatur Sasa Massa cum Corte,
 „ Castellum de Folliano, quod nun-
 „ cupatur Mucletum cum Corte,
 „ Castellum de Monte Gibuli cum
 „ suis pertinentiis, & cum Colo-
 „ nis, qui habitant in Monte Acu-
 „ tulo, Castellum de Sala cum suis
 „ pertinentiis, & cum mansionibus,
 „ que sunt in suburbano territorio
 „ Ferrariae, & Cortem de Gavello,
 „ & mansiones infra Civitatem Bol-
 „ loniam, cum Ecclesia & vineas
 „ & terras, quae fuerunt Regizo-
 „ nis, & mansos duos de Al...
 „ manis: Corte de Monte cum om-
 „ nibus suis pertinentiis: Cortem de
 „ Spaniaco cum Ecclesia: Cortem de
 „ Balloni cum suis pertinentiis & a-
 „ djacentiis, & Runco Colombino:
 „ Cortem de Cornitulo cum valli:
 „ Cortem Temoncello juxta Blanco-
 „ nise, cum runcis, qui sunt in
 „ Viaciolo, & cum omnibus perti-
 „ nentibus terris: & Plebes duas,
 „ unam Sancti Prosperi, alteram
 „ Sancti Martini in honore dicatas,
 „ cum omnibus illarum pertinentiis
 „ & decimis: similiterque decimas
 „ omnium hominum habitantium Par-
 „ mam, laborantium suburbanas ter-
 „ ras, quae dividuntur a Plebibus:
 „ necnon etiam tertiam partem te-
 „ lonei ejusdem Civitatis: necnon
 „ mansos in Gambiolo, & in cam-
 „ po Tufatico & in Soleniano &
 „ Cirliano & in Noceto: sive etiam
 „ Mansos, qui sunt ultra Inciam,
 „ seu ubique locorum sub nostro
 „ imperio Italico, tam in planicie-
 „ bus quam in montibus, molendi-
 „ nos. piscationes, silvas, aquedu-
 „ sus.

„ Etus, flumina, fontanas, tam quod
 „ in praesenti habent, quam in an-
 „ tea Christi prerogativa adquirere
 „ poterunt usque in finem seculi, eo
 „ tenore sub nostri confirmatione
 „ Praecepti recipimus, quatinus nul-
 „ lus Dux, Marchio, Archiepiscopus,
 „ Episcopus, Comes, Vicecomes,
 „ Sculdafius, Gastaldius, vel
 „ aliquis *Publicae rei Exactor*, ma-
 „ gna parvaque nostri Imperii per-
 „ sona, quovis in tempore de prae-
 „ dictis Castellis & Cortis paratas
 „ aut operas, aut aliquam publicam
 „ exactionem quaerere praesumat,

A „ aut praedictos Parmenses Canonici-
 „ cos de jam dictis omnibus rebus
 „ molestare, devestire praesumat. Et
 „ si quis umquam inventus fuerit,
 „ qui contra nostri Praecepti confir-
 „ mationem agere perperam tempta-
 „ verit, sciat se amissurum centum
 „ Libras auri optimi, medietatem
 B „ nostrae Kamerae, & medietatem
 „ praelibatis Canonicis, quibus mo-
 „ lestia Et ut hoc verius cre-
 „ datur, & in posterum diligentius
 „ ab omnibus Deum rite colentibus
 „ observetur, sigilli nostri impressio
 „ ne subtus iussimus insigniri.

„ Signum Domni Ottonis serenissimi



Imperatoris & invictissimi
 Augusti.

Locus ✱ Sigilli cerei.

- „ Johannes Cancellarius ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii reco-
 „ gnovi & subscripsi.
 „ Data V. Kalendas Januarii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXX.
 „ Indictione IX. Regni verò Domni Ottonis XXII. Imperii autem ejus XIII.
 „ Actum Ravennae.

Otto III. Germaniae & Italiae Rex Rambaldo Comiti Tarvisino
 donat Regalia in quibusdam locis Comitatus Tarvisini,
 circiter Annum 983.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
 nitatis. Otto Dei Rex. Om-
 nibus nostris fidelibus tam praesentibus
 quam futuris notum facere volumus, eo
 quod Raimbaldus Comes Tarvisii no-
 stram adiens clementiam, & interventu
 nostrae dilectissimae Matris Theopha-
 niae Imperatricis Augustae efflagitans,
 quatenus de sex locis quicquid ad regium

C jus, censum, factionem pertinet, sibi
 concederemus in Comitatu Tervisino: vi-
 delicet de Caubbio, Resiano, Tu
 Anzado, Forone, Servano quae
 sunt una corticella cum casalino, silvis,
 buschilibus, aquis, aquativis
 seu cum inferioribus & superioribus suis.
 Quocirca respiciens dilectionem bonae
 Matris, & fidelitatem superscripti Raim-
 bald-

baldi de bono sudantis in nostro servitio, supradictam petitionem ei concessimus, prout juste & legaliter valuimus, per Praeceptum nostrae donationis. Videlicet ea ratione, ut quicquid de praedictis sex locis & de suprascripta Corticella, sicut superius legitur, in integrum pertinet ad eandem, in ejus jus & dominium transfundimus eo tenore, ut habeat potestatem tam ipse quam sui heredes donandi, vendendi, pro anima judicandi, vel quicquid ejus decreverit animus, faciendi, omni contradictione remota: ea lege indita, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiscopus, Patriarca, Episcopus, Comes, Vicecomes, Sculdassus, Gastaldus, vel aliquis Publicae rei Exactor, magna parvaque nostri Regni persona inquietare, molestare, disvestire praedictum Raymbaldum vel suos heredes de fractione publica supradictorum locorum praesumere faciat per suas summittentes personas, vel per se faciat. Et si inventus fuerit, qui hoc facere voluerit centum Libras auri optimi compositurum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praefato Raybaldo dilecto nostro fideli Cetera desiderantur.

Qui haec appellantur *Publicae rei Exactores*, si Du-Cangium auscultamus, *Publicani* fuere, qui nempe tributa Principis exigebant. Et profecto dubitandum non est, quomirius & isti sub eo nomine comprehenderentur. Sed latius fortasse vis istius vocis excurrit, & complecti videtur omnes Patrimonii Regalis, & Fisci Ministros, a quibus Regum vectigalia, tributa, praedia, ceterique reditus Fiscales aut patrimoniales curabantur. *Actores, Agentes, Actionarii, Procuratores Reipublicae*, aliaque ejusmodi vocabula, unam rem, ut suspicor, aut parum diversas significabant. Sed quod non satis interdum

intelligas, mentio est *Publicae partis*. Nam uti in Dissertatione praecedenti de Fisco animadverti, ad *Publicum devolvi; componere ad Publicam partem; remota Publicae partis contradictione*, aliaeque similes dicendi formae, etsi me quoque fatente Fiscum & Ministros Regis indicare perpetuo censendae sunt, alicubi tamen aliquid a Rege diversum innuere videntur. In supra laudata Lege 34. Ludovici Pii Imperatoris inter Langobardicas decretum est, ut refractarii ad persolvendas Decimas, ad *judicium perducantur & ibi secundum Legem ad Comitem, vel ad Partem Publicam componant*. Indicebat Comes, & colligebat multas ad Fiscum Regium spectantes: quid ergo *Partis Publicae* fuerit, quae a Comite haec distinguitur? Verum uti in Dissertat. VIII. de Comitibus animadverti, portionem suam ex iis multis Comites percipiebant: erantque etiam ex iis nonnullae, quae integrae ad Comitem spectabant. In Diplomate Berengarii I. Regis Astensi Praefuli concessio apud Ughellium Tom. 4. Ital. Sacrae, praeeptum fuit, *ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, Scholdatio* (lege Sculdascius) *Gastaldio, Decanus, vel quilibet Publicae partis Minister in rebus praelibatae Ecclesiae aliquam audeat inferre molestiam*. Ita in Diplomate Ludovici III. Regis postea Augusti apud eundem Ughellium, Novocomensis Episcopus immunis esse jubetur *a Publica functione*, aliique tributis, *quae usque modo a Parte Publica exacta sunt*. In eo Praeepto per Ughellium edito Tom. 4. pag. 257. primae editionis *Ludovicus* appellatur *Tertius gratia Dei Rex*. A scicio aliquo additum fuit illud *Tertius*, uti & *Deilberto* Episcopo nomen *Secundi*: quod in authenticis minime scri-

scriptum fuit, uti in Historia Novocomensis Ecclesiae nostris temporibus prodidit P. Tattus e Somafchenfi Congregatione. Eaque licentiâ interpolatae sunt aliae tabulae Episcopatus Comensis, in quibus legitur Ludovicus Primus, Lotharius Primus, Lu-

A *dovicus Secundus, Leo Primus Episcopus &c.* Haec obiter. Majores etiam tenebras offundere posse videatur Diploma, quod ex antiquo Regesto Cremonensis Episcopii olim ego describebam.

Otto II. Imperator Episcopatu Cremonensi confirmat omnia illius jura & bona, Anno 978.

IN nomine Domini Dei eterni. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si circa loca Deo dicata munificentiam nostrae largitatis impendimus, id ad aeternae recompensationis meritum nobis proficere non dubitamus. Quocirca omnium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum fidelium notum esse volumus universitati, Odolricum sanctae Cremonensis Ecclesiae venerabilem Episcopum nostram adidisse clementiam, quatinus pro Dei amore, nostraeque anime remedio, omnem telonei, curaturae, aut portatici de eadem Civitate persolutionem ad nostram olim Publicam pertinente partem, eidemque sanctae Ecclesiae a nostris antecessoribus Regibus & Imperatoribus proprietario jure delegatum, tam de parte praelibati Comitatus, quamque de parte Cortis Sexpilas; & quicquid ad Publicam partem in eadem Civitate vel foris usque ad quinque Milliaria ae Comitatu Brixianensi, juste & legaliter olim pertinens Imperiali largitate ejusdem Ecclesiae est contraditum pontificio, curaturam videlicet, portaticum, vel teloneum, una cum turribus & portis atque pusterulis, cum universarum integritate rerum eidem sanctae Cremonensi Ecclesiae juste & legaliter pertinentium, sibi suisque successoribus nostra Imperiali auctoritate confirmare & corroborare dignemur. Cujus dignis supplicationibus

B *aves nostrae pietatis accommodantes, interventu ac petitione Theophanie nostrae dilectae Conjugis & confortis Imperii, omnia praedicta, teloneum scilicet, curaturam, portaticum, & quicquid in eadem Civitate vel foris usque ad quinque miliaria de Comitatu Brixianensi, vel de Corte Sexpilas per Imperialia decreta a nostris est concessum antecessoribus, Regibus, vel Imperatoribus, Karolo videlicet & Berengario, boneque memoriae genitore nostro Ottone, una cum portis & turribus, pusterulis, seu cum universarum rerum integritate, ipsi Ecclesiae pertinentium, jam dicto Odolrico Episcopo, suisque successoribus per hanc nostram preceptalem paginam confirmamus & corroboramus; statuantes, ut nullus Publice aut Regie partis Procurator infra muros prenominate Civitatis aliquam habeat potestatem aut curaturam, aut portaticum inibi tollant. Nemo etiam Comes, Vicecomes, Sculdasio, Gastaldus, Decanus Publice, & Imperialis, aut Regie partis infra muros Cremonenses vel foris circa Civitatem per quinque miliaria Placitum teneat, aut mansionaticum faciat absque voluntate & permissione jam dicti Episcopi, aut suorum successorum. Hac etiam nostra Imperiali auctoritate tam ipsi Episcopo quamque & suis successoribus confirmamus & corroboramus, ut habeat licentiam, vias publicas ibidem*
cir-

circumcirca adjacentes ad utilitatem ejusdem Civitatis incidendi, & fossaticos faciendi, & si mercata infra spacium Cremonensis Civitatis aut extra circumquaque facere potuerit cum mercato Sancti Nazarii, Imperialem nostre licentie habeat confirmationem presenti inscriptione: & ut eadem mercata juxta nostrorum antecessorum statuta sint simul cum mercato Sancti Nazarii in potestate Episcopi Cremonensis Ecclesie, volumus omni publica datione remota & contradictione Cortis Sexpilarum expulsa. Omnia denique Castella circa Plebes & Turres prelibati Episcopi Cremonensis bedificata sub nostram Imperialem majestatem ac mundiburdium recipimus, & ab omni publica functione & placito ac mansionatico & curaturis eadem Castella decernimus & diudicamus perpetuis temporibus esse excusata, & in potestate ipsius Episcopi suorumque successorum absque publico ministeriali permansura, & censemus & confirmamus Piscariam quoque ejusdem Ecclesie a Vulpariolo usque ad Caput Addue cum molendinis & portoris transitoriis &c.

Signum Domni Ottonis invictissimi Imperatoris Augusti.

Gerbertus Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi & Archicancellarii notavit.

Data XIV. Kalendas Majas, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXXVIII. Regni vero Domni Ottonis Imperatoris Augusti XVIII. Imperii vero ejusdem XI. Indictione VII.

Affum est autem in Corte, que Alesfestur dicitur, feliciter. Amen.

Si unum & idem fuit Publica Pars, & Regia Pars: cur amabo heic scriptum fuit, ut nullus Publicae aut Regiae Partis Procurator &c.? Perinde ac duae diversae Partes sint istae, expressa haec fuisse videntur. Quare mihi dubitatio in praecedenti Dissertatione ingesta fuit, an sub Publi-

cae Partis nomine aut pars Comitum, aut quae nunc Populi Communitas & Universitas appellatur, tunc venire potuerit. Verum quae hac de re sententia nobis futura sit, Praeceptum ipsum nunc editum satis ostendere potest, videlicet unum Regalem Fiscum & Ministros regis vocabulo Publicae partis commonstrari. Vulgo Regius Fiscus dicebatur Publica Pars: quum vero additur aut Regiae Partis, id factum uberioris intelligentiae causâ, quum aliquando Italiae dominaretur Rex, nondum Imperiali dignitate auctus. Et diserte quidem Imperator commemorat telonei, curaturae, aut portatici persolutionem, pertinentem ad Nostram olim Publicam Partem: & infra quicquid ad Publicam Partem pertinens, Imperiali largitate ejusdem Ecclesiae est contraditum pontificio, idest potestati. Non aliena, sed sua donarant Augusti Ecclesiae Cremonensi. Infra etiam statuit, ut nemo Comes, Vicecomes, Sculdascio, Gastaldus, Decanus Publicae, & Imperialis, aut Regiae partis placitum ibi teneant. Alibi vero occurrunt Publicae Partis, seu Reipublicae Exactores, idest Regiae Camerae ministri; uti & Palatia Publica; quae eadem aliis in locis Regia appellantur; & venire in Publicum idem erat, ac Fisco addici. Apertissime autem stabilitam videas hanc sententiam a Lege XXIV. Liutprandi Langobardorum Regis Lib. 6. Ibi agitur de possessione, quam aliquis de Publico habet. Ad eam confirmandam possessor dicat juratus ad sancta Dei Evangelia, aut de se, aut de patre, aut de avo, quod ipsa res per Principem data fuisset. Et infra: Si aliquid de servo aut aldione Regis comparaverit, & probata causa fuerit, relaxet ipsam rem in Publico, idest Fisco, seu Regi restituat. Rodul-

dolphus etiam Italiae Rex Anno Christi DCCCCXXIV. (ut est apud Ughellium Tom. 2. Italiae sacr. in Episcop. Parmens.) Eicardo Parmensi Episcopo, petenti *quandam Curtem juris Regni nostri*, hoc est spectantem ad Fiscum & Camera Regiam, quae *Subloneta* (scribe *Sabloneta*) dicitur, elargitur *praelibatam Curtem de Subloneta, quae semper nostrae Regiae & Publicae Parti pertinuit, & de nostra potestate & dominio in ejus potestatem & dominium omnino transfundimus*. Ita in Diplomate Anni DCC-LXXIV. non verò DCCLXXIII. (uti legitur Tom. I. pag. 37. Veter. Scriptor. Martene & Durand) Carolus Magnus Monasterio Turonensi Sancti Martini donat *Insulam cum Castello Sermionense, quae est sita in Lasiu Manciadae* (idest *Benaco*, nunc *Lago di Garda*) & *Curtem Piscariam,*

A *ac Lionam, sicut in Publico, & ad Palatium visum est pertinuisse, & in antea Fisco nostro exciderit*. Quum verò in Vita Ludovici Pii ad Annum DCCCCXIV. mentio fiat *Arcae Publicae*, quis aliud per ea verba significari arbitretur, nisi *Fiscum Regium*? Occurret etiam tibi in antiquis Diplomatis *Publica Potestas*, & *totius Potestatis contradictione remota*. Nihil aliud eo nomine innuitur, nisi *Ministri Publici*, qui Regis nomine Civitates regunt. In variis Caroli Magni Diplomatis scriptum est: *Nullus Judex Publicus Fisci nostri &c.* Mentio quoque est *Publicae Potestatis* in Diplomate Ottonis III. Augusti, quod archetypum servant Ticinenses Virgines Deo sacratae in Monasterio olim Sanctae Mariae Theodotae, nunc *della Posterla*.

Confirmatio jurium Monasterii Ticinensis Sanctae Mariae Theodotae facta ab Ottone III. Imperatore, Anno 996.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto divina protegente clementia Imperator Augustus. Si circa servos & ancillas Dei tuitionis nostrae magnificentiam, nostros predecessores imitantes, solerter habuerimus, Clementiam Dei promereri, & regni nostri statum divina ope fulciri non ambigimus. Igitur omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter Petrus Episcopus noster Archicancellarius obutibus nostrae majestatis obtulit Praecepta divae memoriae Lodoici, Ottonisque Imperatorum, nostrorum videlicet antecessorum, nostra pietate collata in Waldradam Abbatissam Monasterii, quod dicitur *Deodote*, sito infra Urbem Ticinensem, suppliciter postu-

D *lans, ut iterum jam dictam Waldradam, quae nunc est in eodem Cenobio Abbatissa, similiter nostrum emitteremus Praeceptum. Quorum precibus &c. Damusque eidem Monasterio de Silva nostra Carbonaria & Gajo materiam ad reparationem ipsius Monasterii suscipere, ac ligna sive cervos ad usum ignis habere juxta temporis opportunitatem, quantum necesse fuerit. Et quandocumque necessitas emineat, naves ejus per Ticinensem Portum, tam per Portum Buri-cum, quam per quamlibet alterum discurrere possint absque alicujus contradictione vel telonei exactione. Et quia contra voluntatem Dei aliquanta Monasteria a Publica Potestate propter navigium ad Imperialem Potestatem inquietantur, huic sancto Loco concedimus*
& lar-

& largimur, ut deinceps in antea de
ipsis navibus, & de omnibus publicis
functionibus predicta Abbatissa quieta

A atque secuva permaneat, & absque ali-
cujus hominis inquietudine &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris Augusti.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Heribertus Cancellarius vice Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data Kalendis Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione
IX. Anno Tertii Ottonis Regnantis XIII. Imperii Primo.

Actum Papiac feliciter.

Itidem in suo Tabulario Canonici
Patavinae Cathedralis Ecclesiae au-
tographum Diploma adservant Hen-
rici inter Augustos Secundi, in quo
formula occurrit, omni Potestatum con-

B traditione remotâ. Vide etiam Dissert.
XLVI. de Civitatibus Italicar. Magi-
stratibus, ubi quàm antiqua sit vox
Potestas ad designandum supremum
Civitatis Magistratum, ostendam.

Henricus III. Rex, & Imperator II. Canonicis Patavinis eorumque
Ecclesiae Privilegia renovat, Anno 1047.


I N nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis. Henricus divina favente cle-
mentia Romanorum Imperator Augustus.
Si sacris & venerabilibus locis &c. Qua-
propter omnium fidelium Sancte Dei Ec-
clesiae, nostrorumque presentium scilicet
ac futurorum comperiat industria, Ar-
naldum sancte Pataviensis Ecclesiae ve-
nerabilem Episcopum, nec non & Ber-
nardum nostrum Capellanum, ejusdem-
que Ecclesiae Archidiaconum, nostram hu-
militer exorasse clementiam, quatenus pro
Dei omnipotentis amore, & remedio a-
nime nostrae, nec non & rogatu Henrici
nostri dilectissimi Cancellarii omnia Pre-
cepta, que ab antecessoribus nostris, seu
instrumenta Cartarum, que a fidelibus

C vivis sancte Patavensis Ecclesiae nuper
collata sunt, nostra auctoritate corrobo-
rare dignaremur. Quorum precibus tam
pro Dei amore, quàm pro ejusdem Ec-
clesiae veneratione libenter assensum pre-
bentes, omnia que per Precepta aliorum
Regum vel Imperatorum, nec non que
per Cartarum instrumenta eadem Ecclesiae
dudum a fidelibus vivis oblata sunt,
per hanc nostram auctoritatem prefate
D Patavensis Ecclesiae confirmamus. Nec
non statuimus, ut Canonici ejusdem Ec-
clesiae servientes nunc & successores illo-
rum liberam habeant cum consensu Epi-
scopi, qui pro tempore fuerit, potesta-
tem de omnibus, que illis juste & le-
galiter pertinere visa sunt, aut visa
suc-

fuertint, inter se, ut consuetudo fuit, dividendi, omni Potestatum contradictione remotâ: videlicet de Decimis Civitatis per omnia, cum titulis atque cum villis suis ad eandem Civitatem pertinentibus. In primis Villa, que dicitur Limena, & Villa que dicitur Arzere, & Autikeria, & Turre & Noñta, & Villa que dicitur Bergomi, &

A Roncalia, & Ronco Liuteri, & Villa que dicitur Casale, & altera que dicitur Publitziano, & Villa que nominatur Albignafeca & Masserata &c. Concedimus etiam eidem Ecclesie, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdassio, Gastaldio, Decanus vel quislibet Publicae partis Minister &c.

Signum Domni Heinrichi invictissimi



Romanorum Imperatoris Augusti.



Heinricus Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data V. Idus Maji, Anno Dominicae Incarnationis MXLVII. Indictione XV. Anno autem Domni Heinrichi Tercii, ordinationis ejus XVIII. Regnantis VIII. sed & imperantis Primo.

Actum Tridentino in Dei nomine feliciter. Amen.

Accedat & alterum Diploma, quod ex Regesto Episcopii Cremonensis descripsi. Agitur heic de Insula Fulcherii, quam tenuit Bonifacius: quo nomine designari puto Bonifaciam Mar-

B chionem & Ducem Tusciae, patrem Mathildis inclytæ Comitissæ. Heic ille absque titulo Marchionis, quod eum Anno MLII. vitâ functum Germani pro Tyranno haberent.

Henrici Germaniæ & Italiæ Regis III. Diploma, quo districtum Insulæ Fulcherii concedit Hubaldo Episcopo Cremonensi, circiter Annum 1055.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Quoniam Imperatorum & Regum est Ecclesiarum necessitates &c. Quapropter noverit omnium fidelium &c. industria, Brunonem inclitum Prefulem & consanguineum nostrum, apud nostram Regiam majestatem obtinuisse, suggerente Episcopo Hubaldo nobis mul-

C tum fidelissimo, quatinus pro dive memorie nostri Genitoris anima, Sancte Cremonensi Ecclesie, multis calamitatibus afflicte non solum ab exteris, sed etiam a domesticis, necnon pro Regni nostri perturbatione pene pessumdate, omnem districtum de insula Fulcherii jure proprietario & perpetua datione concedere atque largiri dignavemur. Nos vero tan-

ti Pontificis ac consanguinei dignam petitionem considerantes, & assidua obsequia prelibati Hubaldi Episcopi, qui eidem Ecclesie praeesse cognoscitur, & sancte memorie Genitoris nostri anime remedium adtendentes, totum predictum districtum de Insula Fulcherii, sicut tenuit Bonifacius, pretaxate Cremonensi Ecclesie concedimus, & perhenniter donamus atque investimus, & in Ecclesie jus & dominium omnino transfundimus, ac ad habendum & tenendum delega-

A mus, totius Potestatis contradictione remotâ. Si quis &c.

Defunt subscriptiones Imperatoris, & Cancellarii, nec non dies, Mensis, ac Annus dati Diplomatis.


Ego Ramundus Notarius hujus exempli exemplar vidi & legi.

B Exemplum etiam dabo personae Publicae: nempe Diploma Lotharii I. Augusti, quod archetypum mihi visum fuit apud Canonicos Cathedralis Arretinae.

Donatio Ecclesiae Sancti Petri in loco Castello facta Ecclesiae Arretinae a Lothario Imperatore, Anno 833. aut 848.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Quicquid divino amore ducti locis conferimus Deo dicatis, id nobis aeternis munificentis rependi minime dubitamus. Igitur notum sit omnibus fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae, & nostris, scilicet praesentibus & futuris, quia nos ad deprecationem Petri venerabilis Episcopi Ariciensis Ecclesiae concessimus ad Ecclesiam Sancti Donati, ubi ipse in corpore requiescit, & sedis Episcopii esse dignoscitur, pro emolumento animae nostrae, quandam Ecclesiam in honore Sancti Petri constructam, cum omnibus pertinentiis vel adjacentiis suis, sitam in loco, qui dicitur Castellus in territorio Ariciense, eam videlicet, quam pridem avunculo nostro Pippino glorioso Regi Barbatianus quondam Presbyter ex sua proprietate contulerat ad habendum, & praesenti tempore Alipran-

C dus Presbyter sub annualem redhibitionem ex nostra munificentia habere dinoscitur. Sed pro firmitatis gratia ad eundem sanctum ac venerabilem locum hanc nostram auctoritatem fieri jussimus, per quam decernimus quae mansurum sancimus, ut nulla quaelibet persona publica praefatae Ecclesiae vel Rectoribus ejus ullo umquam tempore de praefata Ecclesia cum omni pertinentia vel adherentiis suis quamlibet praesumat inferre molestiam aut controversiam; sed quiete & secure liceat eandem Ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis vel adjacentiis Rectoribus ejusdem loci possidere, atque secundum illius loci utilitatem, pro ut libuerit, regere atque disponere. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae plenior in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum  Hlotharii gloriosissimi Augusti.

Locus Sigilli cerei ✠ cum effigie ipsius Imperatoris.

DruSemirus Subdiaconus atque Notarius ad vicem Egismari recognovi & subscripsi.

Data II. Nonas Octubres, Anno Christo propitio Imperii Domni Hlotharii Imperatoris XVII. Indictione XII.

Acta Papia Palatio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Visum, inquam, fuit archetypum: verum notas Chronologicas Diplomaticas, sine libris olim à me descriptas, dum in otio scrutor, aliqua mihi nunc injecta est difficultas. Anno DCCCXXXIII. Kalendis Septembris decurrere coepit *Indictio XII.* & tunc etiam in curlu erat *Annus XVII. Lotharii*: ex quo is Anno DCCCXVII. confors Imperii renuntiatus a patre fuit. Sed tunc Lotharius in Francia versabatur, nefanda contra Ludovicum Augustum patrem suum moliens. Anno autem DCCCXLVIII.

A quo II. Nonas Octobris decurrebat *Indictio XII.* quei Epocha *Annus XVII. Lotharii* referat, non video. Aliis nodum solvendum relinquo: aut Charta accuratius inspicienda erit. *Judicialia* quoque *Potestas* occurrit in antiquis Chartis, eoque nomine Comites, Vicecomites, ceterique justitiam Populo ministrantes designabantur: nam & Comites olim *Judices* appellati. Hanc in rem producere mihi liceat Diploma, ex Archivo celeberrimi Monasterii Bobiensis depromptum.

Donatio Sylvae & Curtis de Monte Longo a Carolo Magno facta Monasterio Bobiensi ejusque Abbati Guinibaldo, Anno 774.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum. Si enim ex his, quae divina pietas eterna fluenter tribuit, pro opportunitate servorum Dei locis venerabilibus concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum ac stabilitatem Regni nostri pertinere confidimus. Quapropter donamus ad Monasterium Ebobienſe, ubi Sanctus Columbanus corpore requiescit, & Guinibaldus Abbas praecessit videtur, secundum amplius in futurum petitionem, donatumque in perpetuo ad eundem Sanctum locum esse volumus: hoc est Silva nostra una con Corte illa ibidem scita, quorum vocabulum est Monte Longo, cum omnibus adjacentibus vel appenditiis ad ipsa Silva vel ad ipsa Curte aspicientibus vel pertinentibus ibidem, una cum terris, de-

C mibus, edifiis, mancipiis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus, ut diximus, quidquid ad eandem Foreſten vel Curtem nostram aspicere videbatur, plenissima voluntate a die presente indulſimus. Similiter adjungimus a presato Monasterio Ebobienſe Alpem aliquam, que vocatur ad Montem, incipiens enim de Rivo de Casa Veteri, ascendens per costam in summitate Cucbari minoris super Casalegri integra via pertransiens versus Incerastolam, ubi Banciola vocatur, quo terminus fixus est: aqua inde descendente in Caput Sirtarium usque ad mare: ex alio latere habens Rivum finalem descendente de Montelongo intrantem in mare, vergiturque abhinc

fnis a petra Corice per summitatem Coste in via publica, ibique terminum stat, descenditque per finem Montis Petroni per summam Costam a Vallicula, que nuncupatur Castanetum, descendens in viam, que educit ad petram Corici juxta Montem in Navasco, caditque in aliam viam publicam, que vadit ad Castellionem, indeque repricat se in susum juxta Montem in cervice insignitum Cruce, & pertransit versum in finem Sancti Michaelis exentem de flumine Petrurio ad fines Montis Harimannorum super Olivetum, quod est via publica juxta Montem per Caumetum usque a Pirum agrestem. Et earum hec omnia per hoc nostre auctoritatis pragmaticum donamus atque concedimus tenentia capite ano in mare, & alio capite a fines Harimannorum, de uno latere Greganiam. & de altero latere Montelongo, una con pascuis suis atque curtiferis & olivetis; sicut ad Eduardo possessa fuisse dinoscitur. Propterea per hanc preceptionem nostram jubemus, ut nullus quislibet ab hodierna die ex Judicaria Potestate, aut quislibet persona presato Monasterio, suisque Reftoribus de ipsa Foresta & de Curte supraddicta seu etiam Alpe prenominata, inquietare aut calumniam generare presumat, sed Abbas presatus Guinebaldus, suisque successores denominatas res teneant cum integritate, sicut de Palatio possessa sunt, tenere ac denominare vel regere debeant, & quidquid a presato jam dicto Monasterio pro mercedis nostre augmento, vel pro luminariis ejusdem Ecclesie facere cogerint, liberum persruantur arbitrium. Et ut hec auctoritas firmiter habeatur, vel nostris futuris temporibus melius conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare.

Signum ✠ manus Charoli gloricissimi Regis.

Sub die Nonas Junias, Anno Sexto..... Regni nostri.

A Actum Papiam Civitatem, in Dei nomine feliciter.

Enrichus recognovit & dedit.

Habemus heic mentionem Judicariae Potestatis. Desideratur autem in exordio titulus Patricii Romanorum, quod in aliis Diplomatis occurrit. Sed nihili faciendus hic defectus. Nondum enim Anno DCCLXXIV. Carolus ejusmodi titulum usurpare coeperat, uti exempla à Mabillonio producta satis ostendunt. Potius Notae Chronologicae negotium facessant. Actum Diploma dicitur Papiæ, Anno Sexto..... Regni nostri. Epocham Regni Francici exhibere hic potest à morte Pippini Patris. Verum cur non & Regni Langobardici sit mentio, quum Ticini scriptum Diploma dicatur, & Carolus inscribatur Langobardorum quoque Rex? Attamen & heic respondeas, lacunae interpositae causâ subductum nobis fuisse An um Primum Regni Langobardici. Sed infuetum est illud Signum manus Charoli, quum in aliis Diplomatis Signum Caroli tantummodo scribatur; & Carolus, non Charolus Francorum & Langobardorum; non Franchorum & Longobardorum in aliis occurrat. Quum tamen heic de apographo agatur, levia haec uni Librario tribuenda videntur. Praeterea in vetustissimis Chartis vidi ego interdum Longobardorum, & Longobardia scriptum. Quamobrem fidei Chartae hujus detrachere ego nondum ausim. Interea nos ad Annum DCCLXXIV. habemus Guinebaldum Abbatem Bobiensem, quem Ughellius in Episcop. Bobiensib. Tom. 4. Ital. Sacrae, & Mabillonius in Annalib. Benedictinis ignorarunt. Quo tempore Urbem Ticinensem victor Carolus ingressus fuerit, investigabat Pagius in Critic. Baron. ad Annum DCCLXXIV.

DCCLXXIV. atque id evenisse eo Anno post diem Nonum mensis Maji, sed ante Decimum tertium mensis Junii, recte statuit. Propiores scopo Diploma istud, (dum legitimum foetum agnoscere velis) nos facit, indicans, Carolum illam jam Urbe positum ante Nonas Junias. Vidi etiam in Lucensis Archiepiscopi Tabulario Chartam exaratam Regnante Domino nostro Carulo gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, Anno Regni ejus, quo Langobardiam cepit, Vigesimo quinto, & filio ejus Domino nostro Pippino Rege, Anno Regni ejus Octavodecimo, IV. Idus Junias, Indictione VI. Manifestum est mihi Atripaldo Presbitero filio quondam Raperti de loco Rocca, quia per hanc Cartula pro remedio anime mee tali ordine, ut subter decrevero, offerre previdi Deo, & tibi Ecclesie Venerabili viro Johanni Episcopo, Ecclesiam meam Sancti Quirici, edificata a parentibus meis in suprascripto loco Rocca, una cum casis &c. Scripta fuit Charta Anno Christi DCCXCVIII. die X. Junii. Ergo eodem die decimo Junii Anno DCCLXXIV. Langobardia, atque adeo Regia Ticinensi Urbe positus jam fuerat Carolus Magnus. Contra dubitare licet, an decurrente Majo Regiam illam ad de-

A | ditionem coegerit, quum in eodem Lucensi Archivo altera Charta adfervetur, scripta Anno XXIII. Caroli Regis, & XVII. Pippini Regis, mense Majo, Indictione Quinta; hoc est Anno Christi DCCXCVII. Quod & in aliis ejus aevi Chartis, ac praecipue Langobardicis animadverti, dies mensis minime adnotatus est. Ad haec in Chartario Monasterii Veronensis Sancti Zenonis pergamena mihi visa est, scripta Regnante Domino nostro Carolo excellentissimo Rege in Italia Anno Septimo, mensis Maji, per Indictione III. feliciter. Dulcissima adque amantissima mihi, & cum omni honore nominanda & felicia puella filia mea ego Felix Clericus filius bone memoriae Johanni &c. Ei multa donat. Itaque exarata fuit Charta illa Anno Christi DCCLXXX. ex qua, uti ex supra indicata, elucere videtur, nondum mense Majo Anni DCC-LXXIV. Epocham Langobardicam Caroli Magni exordium cepisse. Redeo nunc ad *Judiciariae Potestatis* mentionem, quae diu locum habuit in Regum Cancellaria. En ipsam tibi offero in Diplomate Henrici inter Imperatores Primi, quod autographum intpexi in Archivo insignis Monasterii Sanctimonialium Lucensium Sanctae Justinae

Confirmatio jurium ac privilegiorum Asceterii sacrarum Virginum
Lucensium S. Salvatoris, facta Alpergae Abbatissae ab
Henrico inter Augustos Primo, Anno 1015.

I | N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Quicquid locis divino cultui mancipatis nostrae liberalitatis munere consecravimus, id nobis ad aeternae retributionis remunerationem prodesse minime dis-

E | fidimus. Cognoscat igitur omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, seu nostrorum, presentium scilicet, futurorumque sollicitia, qualiter nos interventu ac petitione Cunigundae Imperatricis, nostraeque dilectae Conjugis per hanc nostri Praecepti paginam, prout juste & lega-

legaliter possumus, confirmamus & corroboramus Monasterium Sancti Salvatoris, quod est infra muros Urbis Lucae constructum, una cum Abbatissa nomine Alperga, cum omnibus Sanctaemoniales ibi Deo famulantibus, quomodo sunt, aut pro tempore Deo inibi famulantibus, cum omnibus eorum rebus & proprietatibus, scilicet & terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, pascentes pascuationibus, ac omnia substantia, que idem locus meretur habere, confirmamus per nostrae Augustalis potentiae, per quod Monasterium illud res habitas, & adhuc in jure ipsius Monasterii juste manentes possint in futurum contineri. Statuimus ergo, ac per hoc nostrae confirmationis Praeceptum, ut ab hinc & in futurum presatum Monasterium, una cum rebus vel familiis inibi juste pertinentibus, vel quaecumque in antea per dationem religiosorum virorum, seu devotarum foeminarum conlatum extiterit,

A sub nostri Praecepti confirmationem permaneat, & nullus quislibet de predictis rebus, quas tunc tenere quiete ac legaliter videbantur, aliquam inquietudinem ullo unquam in tempore facere presumat, sed per hanc nostram auctoritatem omnes res ipsius Monasterii sint defensate sub nostri Praecepti confirmationem. Volumus etiam, ut sub nostra immunitatem idem predictum Monasterium nostris & futuris temporibus existat una cum omnibus rebus ac familiis ad eum juste pertinentibus. Et si quando Abbatissa obierit, de suis ipsis eligant, quam bonae conversationis invenerint meliorem Abbatissam. Praecipientes quoque jubemus & jubendo praecipimus, ut nullus Judex publicus, aut aliquis ex Judiciaria Potestate infra ipsum Monasterium, seu Ecclesias aut Villas, aut agros &c. Quod ut verius credatur &c.

Signum Domni Heinrici sevenissimi



invictissimi Imperatoris Augusti.

Heinricus Cancellarius vice Everardi Episcopi & Archicancellarii recognovit.

Datum Anno Dominice Incarnationis MXV. Inditione XII. Anno Domni Heinrici Imperatoris Augusti regnantis XII. Imperii ejus Primo.

Actum in Comitatu Pisano, in Villa quae nuncupatur Fastano, feliciter. Amen.

Pendebat Bulla, quae modò desideratur.

Quamobrem quae haecenus veterum monumenta delibavimus, nulum nobis vestigium offerunt alicujus Reipublicae, live Universitatis, aut Communis, sub quo nomine Populi Ordo veniret, postquam Langobardi & Franci Italiã potiti fuerunt. Immo nihil haecenus mihi observandum

restat, unde certò persuaderi possit, Italicas Urbes, hoc quaecumque decus sub iis retinuisse, quo sub Romanis olim, ut vidimus, fruebantur. Attamen aliquam Reipublicae formam eo quoque aevo servatam in Civitatibus ipsis, ego hercle suspicari adhuc pergo; juvatque rejicere minime

minime perspectae rei causam in monumentorum illius temporis inopiam. Quid suspicionem meam foveat, paucis aperiam. Praecipit Lotharius I. Augustus in Lege 48. inter Langobardicas, *ut Missi nostri, ubicumque malos Scabinos invenerint, ejiciant, & cum totius Populi consensu in eorum loco bonos eligant.* Ergo ad Scabinorum electionem concurrebat Populi consensus, ipsique Scabini Magistratum Popularem species fuere, & aliquid in Populo auctoritatis privilegium ostendunt. Atqui ad ejusmodi electionem vix Populi consensus accessisse potuit, nisi aliquis in eo Ordo, Collegium, sive Communitas excogitetur, quam regerent Magistratus ac primores Populi ejusdem. Ad Populum quoque spectabat restauratio *viarum, portuum, & pontium*, interdum quoque & Regalis *Palatii*, ut habetur in Lege 41. ejusdem Lotharii. Romanis etiam Italiae dominantibus, ut supra animadvertimus, singularum Civitatum Populus & Respublica suo aere idem curabat, suisque Magistratibus in eam rem utebatur. Veri videtur simile, nunquam in regimine Civitatum abolitam prorsus fuisse hanc Populi praerogativam, uti certe nunquam abolitum onus fuit. Exploratum quoque est, ab ipsa nascente Ecclesia ferme usque ad Saeculum XIII. suas Populo partes fuisse in Episcoporum electione, sive ipse cum Clero eligeret, sive à Clero electum, collaudaret. Idque sub Langobardis quoque & Francis in Italia constantissime observatum. Sunt centena veterum monumenta, e quibus constat, eam fuisse canonicam Episcopi electionem, quae a *Clero & Plebe*, sive *Populo*, concordibus suffragiis peragebatur. Hinc autem subluere vide-

A tur, Populum, non fecus atque Clerum, Collegium & Corpus constituisse, cui conventuum jura forent, & aliquis Magistratum ordo ac electio. Gregorius Magnus Pontifex Lib. prim. Epist. 58., olim 56. scribebat *Asicino Duci, Clero, Ordini, & Plebi Civitatis Ariminensis*, ut quem digniorem invenirent, Episcopum eligerent. Lib. 2. Epist. 6. *Clero, Nobilibus, Ordini, & Plebi consistentibus Neapoli* paria scribit, uti etiam alibi *Clero, Ordini, & Plebi consistenti Crotonae, Panormi, Nepae, Aesii, Terracinae*, & aliis in locis ac Urbibus. Et haec quidem usitatior forma Pontificiae Cancellariae olim fuit; ita ut Gregorius II. Papa hanc etiam adhibuerit, ad Thuringiae Populum scribens. Nomine autem *Ordinis & Plebis*, duo veluti Corpora, sive Collegia Populi in Civitate qualibet designata mihi videntur, quorum alterum Nobiles, appellati serius *Milites*, constituebant, alterum reliqua inferioris Populi pars. Nam in nonnullis Codicibus, uti adnotarunt Clarissimi Patres Benedictini Congregat. Sancti Mauri, titulus Epistolae Sextae supra memoratae, tantummodo habet *Clero, Nobilibus, & Plebi, consistentibus Neapoli*. Et reapse Lib. 10. Epist. 62. scribit *Clero & Nobilibus Civibus Neapolitanis*. Liceat tamen cuicumque, prout ipsi rectius videatur, *Ordinem* interpretari Magistratum publicorum coetum, sive Senatum: nihil enim moror. Certe ante Barbarica tempora sub Romanis *Ordo* significabat *Decuriones*, & *Senatum* in Civitatibus. Attamen tam *Ordo*, quam *Plebs*, sub uno *Populi* nomine saepius venire consuevit, uti praeter alios idem Gregorius Magnus ad Panormitanos scribens ostendit, Lib. 5. Epist. 23. Quibus jun-

ge Concilium Romanum sub Nicolao I. in quo sancitum est, ut Archiepiscopus Ravennas non consecraret *Episcopos per Aemiliam, nisi post Electionem Ducis, Cleri, & Populi.*

Nulla autem mihi dubitatio est, quin Reipublicae sive Communitatis forma in Urbibus hucusque a Sancto Gregorio Magno enumeratis perduraret. Civitates enim illae adhuc in fide Imperatoris Romanorum persistentes, Langobardorum jugum effugerant. Neque putanda est defuisse in iis praerogativa, quae per tot ante Secula usu, ac Imperatorum veniã comprobata fuerat. Ita Romae *Senatus Populusque Romanus* cum Clero ad electionem Romani Pontificis sese jungebat. Sed quid de Urbibus in Langobardorum ditione positis? Idem Gregorius Magnus Lib. 3. Epist. 29. de electione facienda Constantii Archiepiscopi scribit *Presbyteris, Diaconibus, & Clero Mediolanensis Ecclesiae.* Heic de Populo aut Plebe nihil. Sed animadvertendum, Gregorio redditas fuisse unius Cleri literas de negotio electionis, quibus ille respondet. Hoc autem minime excludit Populi societatem in eligendo ejus Urbis Archiepiscopo. Et sane Pontifex ipse Lib. XI. Epistolam quartam inscribit *Populo, Presbyteris, Diaconis, & Clero Mediolanensi*, ac dolet de morte Constantii, si-

A mulque gratulatur de electione Deusdedit. Rursus eodem Libro antequam Deusdedit fuisset *ordinatus*, scribit *Populo, Presbyteris, Diaconis, & Clero Ecclesiae Mediolanensis*, commendans illis Arethusam clarissimam feminam, ut causae ab ea agitatae finis tandem statuatur. Profectò, si nulla tunc fuisset Urbium Respublica, nulla Civium Universitas, à suo Rectore, suisque Magistratibus recta & gubernata: qui ad *Populum* quoque literas dedisset sanctissimus Pontifex? Quis ex Populo accepturus, lecturus literas, & responsa daturus fuisset? Eadem ratione Johannes VIII. Papa Epist. 4. scripsit *Clero, Ordini, & Plebi sanctae Valvensis Ecclesiae.* Civitas haec parebat Principibus Langobardis in Regno nunc Neapolitano. Ita ipso Pontifice testante in Epist. 260. ad Anspertum Archiepiscopum Mediolanensem ediscimus, ordinandum fuisse Astensis Ecclesiae Rectorem *post electionem Cleri, & expeditionem Populi.* In Regno quoque Italico sita erat haec Civitas. Apponere heic juvat exemplum Epistolae, quam *Clerus & Populus* Civitatum conscribere olim consueverunt ad Romanum Pontificem, ab eo petentes consecrationem Episcopi à se electi. Illam hausi ex Pontificali Romano, ante annos ferme quadringentos manu exarato.

B

C

D

Epistola Cleri & Populi ad Summum Pontificem de electo Episcopo consecrando.

Ex Ordine consecrationis Episcopi. Epistola Populi & Cleri ad Dominum Apostolicum, qua petunt consecrationem Electi. Decretum appellabatur.

„ **B**eatissimo Papae illi N. N. Apostolicæ Sedis dignitate conspicuo *Clerus & Populus* ille N. N. Ecclesiae totius devotionis famu-

E „ iatum. Credimus, non latere A-
 „ postolatus vestri celsitudinem, quod
 „ nostra Ecclesia suo sit viduata Pa-
 „ store, ac propter hoc sit solatio
 „ pro-

„ proprii destituta Pastoris. Quapropter ne Pastore absente grex Dominicus perfidorum luporum moribus pateret, & ne improbi raptoris fieret praeda, *communi voto atque consensu elegimus in Pontificem illum N. N. Presbyterum nostrae Ecclesiae, virum utique prudentem, hospitem, moribus ornatum, castum, sobrium, mansuetum, Deo & hominibus per omnia placentem, quem ad Apostolatus vestri dignitatem ducere curavimus, unanimiter postulantes & obsecrantes, à vestra majestate nobis illum ordinari Pontificem, quatenus auctore Domino velut idoneus Pastor praeesse valeat & prodesse, nosque sub sacro ejus regimine Domino semper militare possimus.*

A „ Ut autem *omnium nostram vota* in
 „ hanc electionem convenire noscatis, huic Canonico Decreto propriis manibus roborando subscripsimus.
 „ Ego D. N. N. subscripsi.
 „ Ego D. N. N. subscripsi.
 B Eiusdem *Cleri, Ordinis, & Plebis* mentio quoque est in Placito magni faciendo, quòd multa praebeat ad eruditionem temporum barbaricorum pertinentia. Descriptum illud fuit ex Tabulario Casinensis Coenobii, aliasque tabulas eorum temporum complectitur, & potissimum quas Alfanus I. Archiepiscopus Beneventanus scripsit ad *Clerum Alifanum de Viti Episcopi* consecratione. Monumentum profectò dignum, quod tenebris tandem eripiatur.
 C

Charta concordiae initae inter Vitum Episcopum Civitatis Aliphanae & Landonem Langobardum pro quibusdam Curtibus ad Monasterium Sanctimonialium Sanctae Mariae de Cingla, una cum aliis praecedentibus Chartis insertis, Anno Christi 1020.

„ **I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Quinto Anno Principatus Domni Paldolfi, & Quarto decimo Anno Principatus Domni Paldolfi gloriosis Principibus, ambo fratres, & Primo Anno Principatus Domni Paldolfi filii superioris dicti Domni Paldolfi magni & gloriosi Principis, Mense Julio, Tertia Indictione. Ideoque nos *Vitus Domini gratià Pontifex Sanctae Dei Genitricis & Virginis Mariae Sanctae Sedis Aliphanae*, declaramus, quia ante praesentia Petri Judici Capuanae Civitatis, & aliorum testium, nos pro parte supradicti nostri Episcopatus, & erga nobiscum habendo Johannem Diaconum Abbocato ip-

D „ sius nostri Episcopatus, exhorta
 „ fuit causatio inter nos & te, videlicet *Landonem Langobardum filium quondam Madelfrit Langobardi*, qui es habitator supradictae Civitatis Capuanae. Tu denique nomine Lando Langobardus pro parte Ecclesiae, quae est Monasterio Puellarum Sanctae Mariae, sita in loco, qui dicitur Cingla, finibus ipsius Alifanae, ubi vir venerabilis Petrus Presbyter custodem esse videtur, & in qua *Dona Sichelgaita* religiosa *Abbatissa* videtur esse, de Curtibus & territoriis, cultis & incultis, & montibus & collibus & aquis & molendinis, quae esse videntur in finibus Prata, quae est infra finibus
 E „ bus
 Q

„ bus & pertinentiis praedictae Ali-
 „ fanae, videlicet in loco, ubi di-
 „ citur Ailane, & in loco ubi di-
 „ citur Vicuvonelle, & in loco, u-
 „ bi dicitur Aquavibola, secus ipsa
 „ Hete, & in loco ubi dicitur Gat-
 „ tocini. Et de Ecclesiis, quae sunt
 „ constructae infra his Curtibus &
 „ territoriis, videlicet Ecclesia Sancti
 „ Petri, & Ecclesia Sancti Johanni
 „ Baptistae, & Ecclesia Sanctae Ma-
 „ riae, & Ecclesia Sancti Nicolai,
 „ & Ecclesia Sancti Felicis & Heuse-
 „ vii, quae sunt constructae, ibique
 „ in ipso loco Ailane, & Ecclesia
 „ Sanctorum septem Fratrum, quae
 „ ibidem constructa est in loco supra-
 „ dicto Gattucini, & Ecclesia Sancti
 „ Johanni, quae constructa est ibique
 „ in supradicto loco Aquavibola.
 „ Quarum prima ex praedictis Cur-
 „ tibus & territoriis & montibus &
 „ collibus & aquis, quae esse videntur
 „ in supradicto loco Ailane, fi-
 „ nis habet ab una parte sine Ribo,
 „ qui mergit de ipsa cripta antiqua,
 „ qui per tempus hiberni aqua decur-
 „ rit: de secunda parte sine ver-
 „ tice montis, qui dicitur Coppola,
 „ & per verticem de Monte Cimo-
 „ nia: de tertia parte sine Ribio,
 „ qui descendit de monte qui dicitur
 „ Merulus, & mittit in ipsa Pa-
 „ lude: de quarta parte quomodo
 „ tradit de foris ipsa Palude usque
 „ in Ribio, & quo badit ipse Ri-
 „ bio, & perexiente in ipsa ripa,
 „ que est at meridie, & perexiente
 „ in ipsa via antiqua, quae mittit
 „ in ipso Ribio, qui est sine priore.
 „ Secunda Curte & territoriis, cul-
 „ tis & incultis, & montibus &
 „ collibus & aquis de supradicto lo-
 „ co, qui dicitur Vicuvonelle, finis
 „ habent ab una parte sine Surgen-
 „ za, quae dicitur Aquavibola, qua-

A „ liter vadit in fluvio, qui dicitur
 „ Hete: ex alia parte sine via an-
 „ tiqua: de tertia parte sine Toso-
 „ ne, qui dicitur Calegne, & sine
 „ Ribo, qui de hiberno aqua decur-
 „ rit, & qualiter intrat in ipsa He-
 „ te: de quarta parte sine jam di-
 „ cto fluvio Hete. Tertia Curte &
 „ territoriis, cultis & incultis, &
 „ montibus & collibus & aquis &
 „ molendinis de supradicto loco A-
 „ quavibola..... Quarta Curte de
 „ supradicto loco Gattucini has ha-
 „ bent fines: de prima parte sine
 „ praedicto fluvio Hete: alia parte
 „ sine bertice montis: de tertia par-
 „ te sine bertice alii montis, qui
 „ dicitur de Redolixi: de quarta
 „ parte sine Rabe, quae descendit
 „ de ipso monte, & pergit in ipsa
 „ Hete. Et his praedictis quatuor
 „ Curtibus & territoriis & monti-
 „ bus & collibus & aquis & mo-
 „ lendinis cum praedictis Ecclesiis
 „ infra jam dicti finis, simul cum
 „ omnibus supradictis rebus, quae
 „ jam dictis quatuor Curtibus &
 „ territoriis, quae ut diximus, at
 „ fines declarabimus, sicut infra a-
 „ liis Curtibus & territoriis, cultis
 „ & incultis, & montibus & colli-
 „ bus & aquis & molendinis, semet
 „ Ecclesiis praefati Monasterii perti-
 „ nentibus, quorum omnium simul
 „ his majoris finis indicabimus ha-
 „ bere: idest de una parte sine Ser-
 „ ra de monte, qui dicitur Here-
 „ monio: de secunda parte sine flu-
 „ vio praedicto, qui dicitur Hete:
 „ de tertia parte sine fluvio Voltur-
 „ no: de quarta parte sine Ribo,
 „ qui dicitur Cerbario: deinde quo-
 „ modo tradit per montes & valles
 „ usque in praedicta Serra de mon-
 „ te, qui dicitur Heremonio, quae
 „ est prior sine.

„ Unde

„ Unde fuimus reconjuncti nos pro
 „ parte supradictae nostrae Sedis, erga
 „ nobiscum habendo supradictum
 „ Abbocato supradictae nostrae Sedis,
 „ cum ipsum Petrum Presbyterum & Custodem pro parte
 „ supradictae Ecclesiae & Monasterii
 „ erga secum habendo Petrum Clericum
 „ Abbocato supradictae Ecclesiae & Monasterii. Et
 „ causabantur contra nos, dicendo, ut
 „ Servos praedictae nostrae Sedis per
 „ nostram jussionem introissent infra
 „ jam dictis territoriis, quae sunt
 „ infra jam dicti majoris finis
 „ pertinentes supradictae Ecclesiae &
 „ Monasterii; & fossata ibidem
 „ fecissent, & terminos antiquos inde
 „ effodissent, & fruges malo ordine
 „ inde tulissent, baliente usque ad
 „ viginti Solidos. Inde a nos
 „ queratur audire responsum & legem
 „ recipere. Unde nos quo auditi
 „ diximus pro parte jam dictae
 „ nostrae Sedis, ut infra jam dicti
 „ majoris finis essent nobis
 „ pertinentes pro parte suprascriptae
 „ nostrae Sedis, jam dictis quatuor
 „ Curtibus & territoriis & montibus
 „ & collibus, & jam dictis Ecclesiis
 „ ibique constructis, pertinentes
 „ legibus at partem supradictae
 „ nostrae Sedis; & unde qualiter
 „ fuimus pro parte praedictae
 „ Ecclesiae, quatenus nos a parte
 „ nostra pro parte supradictae
 „ nostrae Sedis pligarem nos cum
 „ ratione nostra, & cum rationes
 „ praedictae nostrae Sedis; & ipse
 „ qui supra Petrus Presbyter & Custus
 „ pro parte supradicti Monasterii
 „ pligaret se cum rationem suam,
 „ & cum rationibus jam dicti
 „ Monasterii, & de jam dictis
 „ quatuor Curtibus & territoriis &c.
 „ faceremus inter nobis exinde
 „ secundum

A „ legem finem, unde inter nobis pro
 „ parte fidejussorem posueramus. Et
 „ statim nos qui supra Vitus Domini
 „ gratia Episcopus, erga nobiscum
 „ habendo supradicto Abbocato jam
 „ dictae nostrae Sedis a parte nostra
 „ pro parte supradictae nostrae Sedis
 „ ostensimus ibidem in judicio duobus
 „ Praeceptis sigillatis, & unum
 „ Brebilegium, pertinentibus
 „ supradictae nostrae Sedis, & dedimus
 „ ipsis in manibus praedicti Judicis
 „ pro parte nostrae Sedis, & manifestabimus,
 „ ut plus scriptiones nec Praeceptis
 „ pro parte supradictae nostrae Sedis
 „ contra eis, nec contra parte
 „ supradicti sui Monasterii at
 „ causandum non haberemus. Set
 „ ipse qui supra Petrus Presbyter
 „ seu Custus interrogata a
 „ supradicto Judice, ut per qua
 „ rationem pro parte suprascripti
 „ sui Monasterii ipsos habere
 „ videret: quibus ille una cum
 „ supradicto Abbocato jam dicti
 „ sui Monasterii dixerunt, ut
 „ per possessionem juxta legem
 „ pro parte supradictae suae
 „ Ecclesiae ipsa habere videret.
 „ Et tunc ipse Judex in suis
 „ manibus deprehensit jam
 „ dictis Praeceptis, & ipsum
 „ Brebilegium & per ordinem
 „ eos relegi fecerat.
 „ Quorum primo ex ipsis Praeceptis
 „ continentur inter cetera, quomodo
 „ Dominus Palaeolfus & Dominus
 „ Landolfus divina ordinante
 „ Providentia Langobardorum
 „ generis Principes, per
 „ obsecrationem Audoaldi
 „ Comiti concesserant in
 „ praefato sancto Episcopo
 „ inter alia, quae ibidem
 „ legitur, omnes Aquas, quae
 „ conjuncta esse videbantur
 „ cum terris praefati Episcopi,
 „ cum ripis & albeis & cursu
 „ ipsius aquae, at faciendum
 „ ibidem clusuriae & molina
 „ & alia omnia, quae at
 „ Q 2 „ pars

„ pars praefati Episcopi necessaria
 „ fuisset, & cetera, velut ibidem le-
 „ gitur; quod scripto est per Adel-
 „ ghisi Scriba: *Datum Pridie Nonas*
 „ *Martias, Anno Vicefimo Hoſabo*
 „ *Principatus Domni Paldolfi gloriosi*
 „ *Principis, & Anno Tertio Princi-*
 „ *patus Domni Landolfi ejus filii, In-*
 „ *diſione Quartadecima. (a) Atu in*
 „ *Civitate Capuana. Et in qua ipse*
 „ *Domnus Paldolfus Princeps per li-*
 „ *teras rubeas roborato erat, & ab*
 „ *anulis ipſorum Principum de in-*
 „ *tus & foris in cera figillato erat.*
 „ *Ipsē alio Praecepto, quomodo in*
 „ *Sexto Anno Domni Paldolfi Princi-*
 „ *pis, & Primo Anno Domni Lan-*
 „ *dolfi gloriosi Principis filius ejus,*
 „ *Mense Januario, Prima Indictio-*
 „ *ne, (b) & Quarto Anno Domni*
 „ *Alfani venerabilis Archiepiscopi Be-*
 „ *neventanae ac Sipontinae Sedis. Et*
 „ *ipse Alfanus Archiepiscopus dum*
 „ *me venerabilem Vitum in sanctam*
 „ *Alifanam Ecclesiam Episcopum*
 „ *consecraverat, concesserat mihi, &*
 „ *pro me mee Ecclesiae ea, quae suae*
 „ *sanctae Ecclesiae per Praecepta con-*
 „ *cessa erant a cunctis Principibus,*
 „ *vel diversis Dignitatibus. Idest om-*
 „ *nia, quae in nostra sancta Eccle-*
 „ *sia, & in ejus subiectis Ecclesiis*
 „ *qualitercumque oblata erant, vel*
 „ *a quibuscumque deinceps offerren-*
 „ *tur. Et omnia, quae praedicta no-*
 „ *stra Ecclesia possidere vel habere*
 „ *videretur per quaelibet monimi-*
 „ *na, tam per offerſiones seu hem-*
 „ *ptiones atque donationes & obli-*
 „ *gationes seu manifestationes vel*
 „ *judicata atque definitiones, seu &*
 „ *per quamcumque aliam rationem.*
 „ *Concesserat denique in sancta Ec-*
 „ *clesia nostra & cetera, velut ibi-*
 „ *dem legitur; quod scripto est per*

(a) Idest Anno Christi 971.

„ Vizantio Subdiacono & Vibliothe-
 „ cario, roborato per Rodegari Ar-
 „ chipresbiter & Abbas, & per alios
 „ Sacerdotes & Clericos, sigillata in
 „ cera ab anulis Sanctae Dei Geni-
 „ tricis Mariae figurantibus in una
 „ parte signum Crucis cum A & Ω
 „ in utroque Crucis latere, duabus
 „ columbe astantibus, atque in alte-
 „ ra parte nomen Sanctae Mariae
 „ in Cruce depictum affixerat robo-
 „ ratum; & in qua ipse Alfanus
 „ Archiepiscopus manu propria sub-
 „ scripserat, quae legitur *Bene Va-*
 „ *lete. Ipsē Privilegio continentur*
 „ *inter cetera, quomodo ipse Alfa-*
 „ *nus Archiepiscopus Clero, Ordini, &*
 „ *Plebi consistenti in Alifis, dilectissi-*
 „ *mis filiis in Domino salutem, peten-*
 „ *tibus sibi me Vitum venerabilem*
 „ *Diaconum, quem consecraverat,*
 „ *atque per ipsius sui seriem con-*
 „ *firmantes decreberat Alifanam Ec-*
 „ *clesiam, ut olim semper quam ha-*
 „ *bitura cujus Episcop. . . . infra*
 „ *amvitum subsequantium finium pe-*
 „ *renni jure sine contradictione suc-*
 „ *cessorumque suorum ita inviolabi-*
 „ *liter haberemur. Ex una parte fi-*
 „ *ne fluvio Albente, indeque badit*
 „ *in ipsa Tora, & exit in ipsos Ar-*
 „ *cus, dein progrediendo qualiter ex-*
 „ *tenditur in ipsas Pilas, quae stare*
 „ *videbantur juxta fluvium Vultur-*
 „ *num: ex alia parte latere montis,*
 „ *qui Hefere dicitur, amvitur: dein-*
 „ *de progreditur per ferras ipsius*
 „ *montis usque in montem, qui*
 „ *Gallus dicitur; dehinc per descen-*
 „ *sum ipsius montis extenditur usque*
 „ *in fabrica Murimortui, & per*
 „ *eandem in fluvio Vulturno: ex*
 „ *tertia parte fluentis ipsius flumi-*
 „ *nis dirimitur, dehinc descendendo*
 „ *per eundem fluvium conjungit se*
 „ in

(b) Idest Anno 988.

„ in priores fines; & cetera, quae
 „ ibidem legebatur: Scriptum per
 „ manus ipsius Vizantii Subdiaconi
 „ & Scriniarii & Vibliothecarii san-
 „ ctæ Beneventanæ Ecclesiæ, Men-
 „ se Januario, Prima Indictione, (a)
 „ in Anno Quarto Archiepiscopatus
 „ ejus, Annorum Principum, quo-
 „ modo ibidem scriptum erat pro
 „ Indictione superscripta, Anno Do-
 „ minicæ Incarnationis Nongentesi-
 „ mo Octogesimo Secundo (b). Et
 „ in qua ipse Archiepiscopus manu
 „ propria scripserat, sicut ibidem esse
 „ videtur, quæ legitur, *Bene Vale-*
 „ „ *te*, & ab anulo ejus plumbeo si-
 „ „ gillato est.

„ Relectis verò jam dictis Prae-
 „ ceptis & ipse Prebileo, per or-
 „ dinem querebamus nos habere &
 „ detinere pro parte suprascriptæ no-
 „ stræ Sedis infra jam dicti majoris
 „ finis, superscriptis quatuor Curti-
 „ bus & territoriis & montibus &
 „ collibus & aquis & molendinis &
 „ jam dictis Ecclesiis ibidem con-
 „ structis, per jam dictis Praeceptis,
 „ & per eodem Prebileo: Et
 „ ipse qui supra Petrus Presbyter
 „ & Custos pro parte suprascriptæ
 „ suæ Ecclesiæ & Monasterii que-
 „ rebat ipsos totum per jam dicti
 „ majoris finis habere juxta legem
 „ per possessionem quadraginta an-
 „ norum. Et plurima intentio inter
 „ nos exinde habuimus. Sed propter
 „ quod pars suprascripti Monasterii
 „ Sanctæ Mariæ possedit suprascriptis
 „ Curtibus, territoriis &c. & omni-
 „ bus illarum pertinentiis supradi-
 „ ctæ majoris finis jam super qua-
 „ draginta annos: & nos minime
 „ potebamus in die habere pro ipsis
 „ Praeceptis, & per ipsum Prebileo-
 „ „ gium: Ideo antequam exinde in-

A „ ter nobis legibus finem faceremus,
 „ per colloquia vonorum hominum
 „ venimus exinde at conbenientia:
 „ ut ipse qui supra Petrus Presbyter
 „ & Custos pro parte suprascripti sui
 „ Monasterii dimitteret & relassaret
 „ Cenami Langobardi pro parte su-
 „ prascriptæ meae Sedis calumnias &
 „ „ B „ questiones, sacramenta atque com-
 „ „ positiones, quicquid nos eis pro
 „ „ parte suprascripti sui Monasterii fa-
 „ „ cere debuimus de suprascripta sua
 „ „ questione pro pena com-
 „ „ ponendum decemmillia auri Soli-
 „ „ dos Constantinopolitani boni. Et
 „ „ nos qui supra Vitus Domni gra-
 „ „ tia Pontifex pro parte nostræ Se-
 „ „ dis, per convenientiæ hordine ju-
 „ „ xta Legem manifestarem nos tibi,
 „ „ qui supra Landoni Langobardi
 „ „ pro parte suprascripti Monasterii in
 „ „ subscripta ratione de integris jam
 „ „ dictis quatuor Curtibus & Terri-
 „ „ toriis, cultis & incultis, & mon-
 „ „ tibus & Ecclesiis & aquis & mo-
 „ „ lendinis de jam dictis locis. Et i-
 „ „ deo ut convenientiæ iusta juxtam
 „ „ „ C „ legem firmiter fieret, conbocabi-
 „ „ mus infra nobis suprascriptum Pe-
 „ „ trum Judicem, & subscriptos ido-
 „ „ neos homines, qui se nobis cum
 „ „ interesse dixerunt, sicut in Lege
 „ „ scriptum est de convenientiæ. Et
 „ „ ita fecimus & firmabimus infra
 „ „ nobis exinde hanc convenientiæ
 „ „ Cartam.

E „ Idcirco nos qui supra Vitus Do-
 „ „ mini gratia Pontifex una cum con-
 „ „ sensum Sacerdotum & Clericorum
 „ „ suprascriptæ nostræ Sedis, & erga
 „ „ nobiscum habendo suprascripto Ab-
 „ „ bato ejusdem nostræ Sedis, qua-
 „ „ liter inter nobis conbenit pro par-
 „ „ te suprascriptæ nostræ Sedis, per
 „ „ hanc Chartam convenientiæ fe-
 „ „ „ cun-

(a) Idest Anno Christi 988.

(b) Pro Secundo legendum Octavo.

„ cundum Legem manifestum faci-
 „ mus tibi, qui supra Landoni Lan-
 „ gobardi pro parte supradicti Mo-
 „ nasterii, quia integris jam dictis
 „ quatuor Curtibus & territoriis,
 „ cultis &c. per supradictae fines,
 „ cum integris omnibus jam dictis
 „ Ecclesiis, quae constructae sunt in-
 „ fra superius dictae fines & cum
 „ piscationibus, & cum omnibus ea-
 „ rum pertinentiis, legibus sint per-
 „ tinentes ipsius Monasterii Puella-
 „ rum Sanctae Mariae per possessio-
 „ nem, & per alias rationes ipsius
 „ Monasterii pertinentes, & nobis
 „ nec ad successoribus nostris, nec
 „ ad partem praedicti nostri Episco-
 „ pii ipsos vel inde nullam est per-
 „ tinens, neque per possessionem,
 „ nec per alias rationes ipsius Mo-
 „ nasterii pertinentes, & nobis nec
 „ ad successoribus nostris, nec ad
 „ partem praedicti nostri Episcopii
 „ ipsos vel inde nullam est perti-
 „ nens, neque per possessionem ne-
 „ que per scriptionem nec per nul-
 „ lam aliam qualiscumque rationem
 „ vel humana astutia, eo quod ma-
 „ nifestabimus nos tibi, qui supra
 „ Landoni Langobardi pro parte su-
 „ pradicti Monasterii, ut nullam al-
 „ liam scriptionem de ipsos vel exin-
 „ de non haberemus, nisi tantum
 „ ipsa duabus Praecepta & ipsum
 „ Prebilegium, & per eadem com-
 „ benientia: obligamus nos, qui su-
 „ pra Vitus Domini gratia Pontifex
 „ nos & successoribus nostris & pro
 „ parte supradicti nostri Episcopii,
 „ tibi que Landoni Langobardi, &
 „ ad tuis heredibus pro parte supra-
 „ dicti Monasterii, seu cui haec
 „ Charta combenientiae pro parte
 „ ejusdem Monasterii in manu pa-
 „ ruerit, taliter ut amodo & sem-
 „ per taciti & quieti maneamus nos

A „ & successoribus nostros vel partem
 „ supradicti nostri Episcopii contra
 „ te, qui supra Landonem Langobardum,
 „ & contra tuis heredibus
 „ pro parte supradicti Monasterii vel
 „ contra, cui haec Charta combe-
 „ nientiae & pro parte ejusdem Mo-
 „ nasterii, in manu paruerit, de in-
 „ tegris jam dictis quatuor Curtibus
 „ & Territoriis &c. per supradicta-
 „ rum finis, cum omnibus illarum
 „ pertinentiis, ita ut nempe per
 „ scriptionem neque per possessio-
 „ nem, nec per nullam aliqualem-
 „ que adibenta ratione vel humana
 „ astutia de integrum ipsos vel exin-
 „ de contra te vel contra tuis her-
 „ edibus, seu contra cui haec Charta
 „ in manu paruerit, caussare aut
 „ contendere non queramus. Insuper
 „ & taciti & quieti exinde faciamus
 „ esse & permanere set per nos &
 „ successoribus nostris contra te, qui
 „ supra Landonem Langobardum vel
 „ contra tuis heredibus pro parte su-
 „ pradicti Monasterii, videlicet Dom-
 „ num Alfanum Archiepiscopum praedictae
 „ Beneventanae & Sipontinae
 „ Sedis, & successoribus suis, & om-
 „ nibus aliis illis hominibus & par-
 „ tibus, quae per partem vel datum
 „ nostrum vel de successoribus no-
 „ stris, seu qui per partem vel da-
 „ tum ipsius Domni Alifani Archie-
 „ piscopi vel de successoribus suis,
 „ aut de parte praedictae suae, seu
 „ nostrae Sedis, de integris jam di-
 „ ctis quatuor Curtibus & Territo-
 „ riis, planis & montibus, cultis
 „ & incultis, & Ecclesiis & aquis
 „ & molendinis, quae sunt infra
 „ jam dicti majoris finis, de omni-
 „ bus supradictis, quae pertinentes
 „ sunt jam dicti Monasterii, cum
 „ omnibus illarum pertinentiis de
 „ integrum, ipsos vel exinde caussa-
 „ ri

ri vel contendere quieserint quibuscumque modis. Et quod ita inter nos conbenit, quia & per eadem combenientia ipse qui supra Petrus Presbiter & Custus pro parte supradictae suae Ecclesiae & Monasterii dimisit & relassabit Cennami Langobardi pro parte supradictae nostrae Sedis praedictas calumnias & quaestiones, sacramenta atque compositiones, quicquid nos ei facere debuimus de suprascripta sua quaestione pro supradicta pena obligamus componendum. Si autem nos, qui supra Vitus Pontifex vel successoribus nostris hanc Chartam combenientiae, de quibus continet, aliquando per quaecumque ingenium removere quaesierimus, & si non compleberimus tibi, qui supra Landoni Langobardi vel ad tuis heredibus & omnia, quae praeleguntur, decemmillia auri Solidos Constantinopolitanos bonos pena nos & successoribus nostris tibi qui supra Landoni Langobardi vel ad tuis heredibus componere obligamus. Et haec Charta combenientiae qualiter secundum Lege stare potest, sit firma, & taliter nos, qui supra, Vitus Domini gratia Pontifex, cum consensu Sacerdotum & Clericorum supradictae nostrae Sedis, & erga nobiscum habendo supradicto Abbocato suprascripti nostri Episcopi, sicut inter nos conbenit, secundum Legem fecimus, & te Petrum Notarium, qui interfuisti, scribere rogavimus.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

,, Ego Autoaldus.

,, Ego Audoaldo.

Scripsi Anno 1020. quo decurrebat Indictio III. & Capuae dominabantur

A Pandulfus II. Pandulfus IV. & Pandulfus V. Multa hinc discimus. Cum his enim, dummodo nullus huc error Librariorum irrepperit, conferenda sunt, quae de Principibus Capuanis scribit Camillus Peregrinus. Et primò *Pandulfum II.* & *Pandulfum IV.* is *patruales* appellavit. Heic autem *fratres* dicuntur: sed fortasse *patruales* quoque appellati olim fuere *fratres*.
 B Secundò Peregrinus auctor est, Pandulfum I. Caputferreum iniisse Principatum Anno Chr. DCCCCXLIII. ejus verò filium Landulfum IV. Anno DCCCCLXVIII. tum Pandulfum II. Anno DCCCCLXXXI. & Landulfum V. Anno DCCCCLXXXVII. Cum hisce confer notas Chronologicas geminorum Diplomatum in Charta hac insertorum. Tertiò addendus est catalogo Episcoporum Alifanorum *Vitus*, quem in Italia Sacra Ughellius ignoravit. Quartò censuit idem Ughellius, Alfanum I. Beneventanum Archiepiscopum fuisse renuntiatum Anno Christi DCCCCXCVIII. sed fallitur. Hinc quippe
 C eruimus, initium Archiepiscopatus ejusdem referendum esse ad Annum DCCCCLXXXIV. vel DCCCCLXXXV. quum Anno DCCCCLXXXVIII. decurreret *Annus* illius *Quartus*. Quintò, controversiae huic interest *Lando Langobardus filius quondam Madelfrit Langobardi, qui est Habitator Snpradictae Civitatis Capuanae*.
 E Atque heic memini, me opinari in Antiquitat. Estens. Cap. 12. & 32. *Habitatoris* nomine eos olim designatos, qui Urbi aut Castello dominantur. Sequutus sum in ejusmodi opinione Camillum Peregrinum Virum doctissimum. Verum dum hasce Antiquitates Italicas, veteresque Chartas heic editas accuratius prescurator, nutare non semel vidi Peregrinii sen-

tentiam; ac dubitare sum coactus, an tantummodo per vocem *Habitator* significatum fuerit *Incola*. Certe Lando iste Capuae minime dominabatur. Qui verò tunc Principes Capuae essent, ex primis Chartae hujus lineis didicimus. Ad haec nul-

A lum dominationis vestigium importat eadem vox in Diplomate Berengarii I. Italiae Regis, quod autographum legi in Chartophylacio Monasterii Veronenfis Sancti Zenonis, atque heic ad omnium eruditionem divulgatum volo.

Berengarius I. Italiae Rex Teudiberto fideli suo quasdam terras in Comitatu Veronenfi donat, Anno 905.

IN nomine Domini Dei aeterni. Berengarius Rex. Si Predecessorum nostrorum morem imitamur, & fidelium petitionibus assensum praebemus, & devotiores illos in nostrae fidelitatis obsequium reddimus. Proinde cunctorum fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, presentium ac futurorum sollicitudo comperiat, quoniam Grimoaldus illustris Vir, ac devotus fidelis noster, suppliciter nostrae serenitatis clementiam adiit, petens, ut dudum fideli nostro Teudiberto, Vallem Pruvianiam habitatori, in Villa videlicet ejusdem Vallis, quae nominatur Canciagum, vineas & terram arabilem in duobus locis, ubi nuncupatur ad Titulum, nec non & Fasenariam ex integro, cum montibus atque planiciebus, seu & quandam Silvam, Lamola vocitatur, & Panicum, cum omnibus finibus suis in integrum, prout dudum ad Comitatum Veronensem respiciebant: pro Dei amore, & re medio animae nostrae, seu pro ejusdem

A Teudiberti sedulo servitio, per hoc nostrae auctoritatis Praeceptum concedere dignavemur. Cujus dignis petitionibus nostrae serenitatis aures accommodantes, praenominatas vineas & terram arabilem in duobus locis, ubi ad Titulum dicitur seu & Fasenariam, cum totis suis confinibus, videlicet cum montibus & planiciebus; nec non & Silvam, quam Lamulam dicunt; nec non & Panicum, sub integritate, praefato Teudiberto, jure proprietario, sicut dudum Regiae Parti pertinuerunt, superius comprehensa, perhenniter hac nostrae auctoritatis pagina concedimus & largimur, ac de nostro jure dominioque in suum jus atque dominium omnino transfundimus & donamus, ut habeat, teneat, possideat, commutet, venundetur pro anima jam dicti, faciatque in omnibus & per omnia quidquid suus decreverit animus vel voluntas omni potestate vel contradictione remota. Si quis igitur hoc nostrae auctoritatis Praeceptum &c.

Signum Domini

**B S
L E**

Berengarii serenissimi Regis.

*Ambrosius Cancellarius ad vicem
Ardingi Episcopi & Archican-
cellarii recognovi & subscripsi.*



*Data VII. Kalendas Junii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCV. Domni verò
Berengarii invictissimi Regis XVIII. Indictione VIII.*

Actum Valle Pruviniiano juxta Plebem Sancti Floriani, feliciter. Amen.

Animadvertite heic formulam pro Dei amore, & remedio animæ nostræ, adhibitam, quamvis in Saecularem virum Berengarius se munificum praebeat; atque haec junge illis, quae attuli in Dissert. LXVIII. de Redemptione Peccatorum. In viam regredior. Literae prae laudati Alfani I. Archiepiscopi de consecratione Alfani Episcopi datae fuerunt ad Clerum, Ordinem, & Plebem. Hic eorum temporum mos fuit. In his ergo specimen aliquod Corporis Popularis mihi videor videre, in quo suus esset locus tam Nobilibus, quàm Plebi, & jus ad conventus faciendos, & aliquis Ministrorum ordo. Syracusis fortasse uni Nobiles Rempublicam constituerant. Nam Gregorius Magnus Lib. 5. Epist. 22. inscriptâ Nobilibus Syracusanis prodit, suo arbitrio ab iis com-

A missam fuisse Episcopi electionem. Profert etiam Campius Tom. prim. pag. 480. Histor. Eccles. Placentinae decretum Cleri & Populi Placentini de electione Widonis Episcopi, Anno Ch. 904. peractâ, cui per ordinem subscribunt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & Acolyti, & denique Vingtisex e Populo. Hi Primores, Rectores, & Capita Populi fuerint. Ita in Diurno Romano Decretale appellatur Epistola Cleri & Populi ad Romanum Pontificem, aut ad Metropolitanum, qua eum rogant, ut ab ipsis electum Episcopum consecratione donet. Ad ista accedat Charta Joannis Episcopi Mutinensis, quam authenticam Mutinae adservant in C Archivo suo Monachi Benedictini Monasterii Sancti Petri.

Johannis Episcopi Mutinensis donatio facta Monasterio Sancti Petri,
quod ipse fundarat, Anno 998.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris
nostri Jesu Christi. Johannes servo-
rum Dei servus, sanctae Mutinensis Ec-
clesiae, divini muneris juramine humi-
lis Episcopus. Omnibus Dei Ecclesiae
fidelibus, presentibus videlicet ac futuris
perspicue compertum notumque esse volu-
mus, qualiter interventu venerabilium
nostrorum fidelium, Sacerdotum videlicet
ac Levitarum, nec non & Laicorum,
Johannes Sancti Petri Apostolorum
Principis venerabilis Abbas ejusdem Ab-
batiae in suburbio sita, nostram humili-
ter adhibuit clemenciam, juste obsecrans,
& obnixè petens unanimis cum nostris
predictis fidelibus, quatinus ipsi Abba-
ciae, Deo favente, a nobis iniciatae ter-
ram, quae huic instituto subter est ad-
nexa, concedere dignaremur. Nos autem
pro Dei omnipotentis timore, Apostolo-
rumque Principis Petri condigno hono-
re, nostraeque remedio animae, ac no-
strorum successorum piis petitionibus ad-
quiescere humiliter curavimus, non mi-
nima fidelitate debite provisa, quamplu-
rimum considerantes, & omni animi in-
tentione sollicitè perscrutantes, & vigili
sollertia pensantes, dignum duximus, ut
ea, quae ad Sanctorum petuntur utili-
tatem, illari corde & celeri motu sunt
offerenda. Itaque cum consensu & noti-
cia omnium ejusdem Sanctae Muti-
nensis Ecclesiae Canonorum, eju-
sdemque Civitatis Militum ac Popu-
lorum, in usum & sumptum Fratrum
Monachorum, qui in suprascripto Coenobio
beatissimi Petri Apostolorum Principis pro
tempore famulati fuerint, habendum atque
fruedum constituit: & nominatim singu-
la, quae obtuli, huic paginae inserere cu-

A ravi. Idest dompnicatum nostrum de Tur-
vi, vineas & terram arabilem, quae ad
nostram detineri videbatur manum. Sta-
tuimus etiam, ut ipsi nostri homines de
Turri tam illi, qui nunc sunt, quam po-
steri perpetim ibidem morantes ad opus &
jussionem predicatorum Fratrum jam di-
ctas vineas & terram excolere & labo-
rare debeant, & pro tempore ipsas vi-
neas vindemiare. **B** Concedimus etiam Mas-
sariciam unam in Massa, que recta &
laborata fuit per Dominicum Malapelle.
Damus etiam eodem modo predicto Coe-
nobio Molendinum unum supra ipsam
Civitatem Mutinam in loco, qui dicitur
Cajolinus, cum decem jugeribus de ter-
ra, inter paludes silvasque, quinque super
ipsum Molendinum, & quinque
subtus cum accessione & aquario suo. **C**
Adjuro namque & obrestor tam Impe-
ratores quam Reges &c. Ideoque rata
conscriptione hoc institutum confirmantes,
quatinus nostri Successores affectum nostri
pectoris devotionemque perpentes, quae
semel sancto devovimus & mancipavi-
mus Coenobio, inviolata atque inlesa
permanere concedant, ut nobis quasi in-
choantibus, & illis perficientibus, una
sit premii merces, eademque Regni cae-
lestis retributio, illumque pariter bea-
tissimum Apostolorum Principem, cujus
haec sunt digesta amore, apud Deum
obtinere mereamur interventorem, & hi
qui sancita stabiliunt. Si quis igitur
Episcopus &c.

E Actum est autem Anno Incarnationis
Domini nostri Jesu Christi Nongentesimo
Nonagesimo Octavo, Domni vero Otto-
nis Imperatoris Tercio, Indictione XI.
Praesulatu Domni Johannis Episcopi V.

Ego

Ego Johannes sanctae Mutinensis Ecclesiae indignus Episcopus huic instituto a me facto subscripsi.

Ego Sigefredus Archidiaconus manu mea subscripsi.

Ego Odo Archipresbiter manu mea subscripsi.

Ego Andrea Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Mutinensus Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Liuzo Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Dominicus Presbiter & Vicedomino manu mea subscripsi.

Ego Gavaaldus Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Dominus Diaconus manu mea subscripsi.

Ego Johannes Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Dominus Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Geminianus Diaconus manu mea subscripsi.

Ego Johannes sanctae Mutinensis Ecclesiae Diaconus hoc institutum ex

A jussione Domni Johannis S. Mutinensis Ecclesiae Praesulis scripsi, postque roboratum complevi & dedi.

Heic habemus Episcopum donationem fecisse cum consensu & noticia omnium sanctae Mutinensis Ecclesiae Canonorum, ejusdemque Civitatis Militum ac Populorum. In duabus aliis Chartis, quas Sillingardus in Catalogo Episcoporum Mutinensium & Ughellius Tomo secundo Ital. Sacrae, evulgarunt, eadem dicendi formula repetitur. Immo in altera ex his Anno DCCCCXCVI. scripta is rogat tam Imperatores quam Reges, ipsosque Duces, Marchiones & Comites, omniumque majorum Senatus, praesentes scilicet & futuros, ut inviolata sit perpetuo a se facta donatio. Quinam sint hi Senatus majorum, inquirant alii. Tunc certe nondum Mutinensis Civitas Libertate arrepta Republicam constituerat. Eadem autem phrasis occurrit in altera Charta Ingonis Episcopi è praelaudato Tabulario Benedictinorum Mutinensium depromta.

Ingo Episcopus Mutinensis Monasterio Sancti Petri Mutinensis confirmat oblata, & nova ipse addit, Anno 1025.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Postquam omnium conditor me Ingonem omnium Sacerdotum Pontificum humillimum &c. (a) notum sit, qualiter Ardericus predicti Monasterii Abbas nostram humiliter adierit clementiam &c. Insuper concedimus illi presato Cenobio Turricellam unam infra Mutinae Civitatem cum Capella dedicata in beati Ambrosii honore cum introitu & sui accessione. Largimur etiam domum unam, quam tenebat Dominus Presbiter infra ipsam Civitatem; & foris Ci-

D vitatem aliam domum simul & ortum, quam tenet Ursevertus Prepositus & Diaconus. Et in Castronovo tribuimus tabulas tres cum casa super se abente, quam tenet Martinus Ferarius, atque Martinus Calegarius. Concedimus namque peciam unam de terra pratiua cum casa super se habente justa Fontanas Cirlemi, quam tenet Araldus Castaldius. E Tribuimus namque predicto Monasterio Molendinum &c. Ideoque donamus jugera duo in Palude in loco, qui dicitur Aquareto, cum lateribus, de sera

R 2

Sil-

(a) Ut in Charta donationis Warini Episc. Mutinensis anno 1005, infra edenda in Diss. LXVII.

Silva, quae dicitur Vacilli, da meridie Palude, da mane Raginbaldi, de subto Runco de Waldemanni. Similiter concedimus presato Cenobio terram illam, quam Dominus Presbiter venerabilis & Abbas, quae ante os dies & annos ex nostro tenebit Episcopo per infiteosm in loco, qui dicitur Saliceto, cum casa super se abente; & terram illam, quae est inter Fossam Mundam & Fossam Militariam, per scriptum aut sine scripto: & est ipsa terra vineata seu aratoria atque prativa cum frascario super se abente, inter tota jugera triginta cum omni integritate & Decimis ipsius terre & vinee. Adjungimus suprascripto Cenobio in Saliceto terram illam, quae fuit resta & laborata per Martinum Ferrarium ex parte Sancti Geminiani. Insuper &c. Similiter largimur supradicto Cenobio Cortem unam, quae dicitur Abrica, cum omni sua integritate, scilicet cum quadam Ecclesia ibi fundata in beatissimi Georgii honore cum vineis, pratis &c. ac cum omnibus hedificiis factis, vel facturi sunt in presata Corte. Tribuimus similiter quandam Ecclesiam predicto Cenobio in loco Allimo, quae est consecrata in honore Sancte Marie Virginis cum terris &c. Adjungimus ei etiam Castrum de Adiano cum Ecclesia in eo hedificata ad honorem Sancti Michaelis, cum terris & vineis: & aliam Ecclesiam fundatam prope eodem Castro in honore beatissime Marie Virginis cum omni honore & introitu & sui accessione, & quicquid nos pertinet ex parte Sancti Geminiani. Insuper etiam concedimus Ecclesiam unam, quae est fundata in loco Psaltu, consecrata in honore Sancti Martini, cum terris &c. Concedimus etiam terram iuxta Castrum vetus &c. cum Capella, quae est dedicata in honore Sancte Mario &c. Similiter adtribuimus presato Monasterio Dominicatum nostrum de Curte Tur-

A ri cum omni &c. Donamus jam dicto Cenobio terram aratoriam loco, qui dicitur Castellioni, quae pertinet de suprascripta Corte, quae est resta & laborata per Prando Lupicini & Rodulfo suo germano, seu ceteris hominibus habitantibus in Villa Salsina & in Runcis. Et pratum unum in loco, qui dicitur Isola Margale cum omni sua integritate. Igitur adjungimus ipsi predicto Monasterio Capellam unam, quae est fundata in honore beatissimi Patroni nostri Geminiani, quae est de jam dicta Corte Turri cum terris &c.

B Largimur igitur ipsi predicto Monasterio Capellam unam fundatam in honore Sancti Anastasii Martiris in Corte nostra de Saviniano, cum terris & vineis & frascario & aquario ad molidinum hedificandum, quod est simul terra arabilis & vineata & frascario jugeras decem & octo. Prima pecia, ubi Ecclesia est fundata &c. da sera fluvius Scultenna &c. Tercia pecia ibidem de ipsa Corte &c. de subto Sancti Silvestri. Quarta pecia infra Insula Scultenne &c. Hanc autem predictam terram de jam presata Corte de Saviniano contulimus nos pro remedio anime nostre, seu antecessorum nostrorum, vel pro anima Pipini Regis, qui obtulit predictam Cortem Sancto Geminiano Mutinensi Presuli. Et nos similiter concedimus Cenobio beati Petri Apostolorum Principis illud tantum prenotatum, quod ex ipsa Corte carpsimus, cum Decimis ipsius terre &c. In Curte Massa donamus &c. Adjungimus iuxta ipsa Massavicia campum unum, qui est per mensura jugera duo, & staria quindecim. Insuper addimus in eadem Corte jugera octo in loco, qui dicitur Ronco de Ortica, quae resta & laborata est per Petrum de Benedicto. Et in Finale Massavicia una, quae est resta & laborata per Petrum & Johannem jugera decem. Et unam

Mass-

Massariolam in eadem Corte Finali jugera octo prope Castrum. Sex jugera in Corzano, que fiunt laborata per Carpesanum: & totidem in Finali, que fiunt laborata per Johannem Sacuzo & Dominicum Rospulum: & novem jugera, que laborantur per stabilem Archipresbiterum prope Sanctam Agatham; & Decimam illam, quam tenuit Ardingus Judeus in Saliceto: & sex jugera in Sorbaria, que fuit de cambio inter Sanctum Geminianum & Sanctum Benedictum de Leone. Sunt fines de mane Sancti Benedicti, da sera Sancti Geminiani, da meridie & de subtro via. Concedimus etiam Decime Ingoni filius quondam Ragnerii de Feroniano, seu Ragnerii, sive Arimundi, atque Raimundi, de communi illorum dominato quod ad Sancti Geminiani pertinet. Damus etiam in Colegaria peciam unam de terra, que est sestaria quatuor, quam tenet Martinus filius quondam Johannis Cunzacaſa super se abente. Similiter offero jam predicto Monasterio ex mea proprietate, que me obvenit per Cartulam da parte Imilde conjugis Ugonis de Gandaceto, Massariciam unam infra Curte Gandaceto, loco, qui dicitur Villanova, que est recta & laborata per Johannem Galaita. Et insuper addamus infra Civitatem Regensem tabulas duas de terra, & foris Civitatem terra aratoria Sestaria viginti & duo. Hanc autem predictam terram de jam prefata Curte Gandaceto contuli pro remedio anime mee, seu Guidonis genitoris mei. Addimus etiam in Collegaria Massariciam unam, que est recta & laborata per Vitalem Capriolum. Et sex jugera, que laborantur per Petrum de Benedicto & fratrem ejus Felicem. Addimus quoque his pro remedio anime nostre, nostrorum successorum per interventum nostrum Clericorum seu Laicorum, precatu Rozonis Clerici per quem

A ipsa terra detenta fuerat & laborata est, pecia una, scilicet quinque jugera & novem sestaria in loco, qui dicitur Aquaviola: & secunda pecia terre & vinee jugera duo in loco, qui dicitur A la Trixe: tertia pecia, cujus medietas laboratur per predictum Rozonem, & alia medietas a parte ipsius per Johannem Bibum & suos fratres, & est septem jugera & est septem sestaria: & quarta, que laboratur per ipsum Rozonem in loco, qui dicitur Gazata, & est unius jugeris. Et tres alias pecias, una juxta viam, que appellatur Viacava, & alia que est in loco, qui dicitur Albaveta, & Solarium Isinbardi, & tertia, que est juxta flumen, quod dicitur Taverlo, & laboratur a parte Rozonis per Johannem Decanum, & per Martinum, & Michaelem, & Albericum Liminosos, & suos consortes, que est octo jugerorum & modii unius. Data est hec terra a nobis Sancto Petro in presentia Johannis Archipresbiteri, & Petri Presbiteri Majoris Scholarum, & Rolandi Presbiteri Custodis Ecclesie, & Johannis Presbiteri de Ancilla Dei, & Iginulfi nostri fratris, & Ugonis nostri fidelis. Adjuvo namque & obtestor tam Imperatores quam Reges, quamque Episcopos, Duces, Marchiones, & Comites, omnesque Majorum Senatus &c.

Actum est autem Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Millesimo Vigesimo Quinto, VIII. Kalendas Maii, per Inditione Octava, Presulatus Domini Ingoni Episcopi Secundo.

In eo Dei gratia sanctae Motinensis Dei Ecclesiae Presul in hoc Decreto a me facto spontanea voluntate confirmavi, atque omnibus Fratribus confirmandum tradidi & precepi.

Ego Aldbertus Archipresbiter manu mea subscripsi.

Ego Martinus Presbiter manu mea subscripsi.

Ursvertus Diaconus & Prepositus
subscripsit.

Ursvertus Archidiaconus manu mea
subscripsi.

Ego Alfredus Diaconus manu mea
subscripsi.

Ego Lanfrancus Diaconus manu mea
subscripsi.

Ego Adelbertus Presbiter manu mea
subscripsi.

Ego Teutingus Clericus manu mea
subscripsi.

Ego Johannes Mutinensis Ecclesie
Presbiter hoc Instrumentum ex iussione
Donni Ingoni sancte Mutinensis Eccle-
siae Presulis scripsi, postea roboratum
complexi & dedi.

Signum Bullae pendentis deperditae.

Atque hinc intelligimus, *Milites*, idest Nobiles, & *Populum*, quem *Plebem* appellari alibi vidimus, Mutinae convenisse, quum de gravibus Reipublicae negotiis res erat, suumque consensum praebuisse publicis deliberationibus: quod esse non levi indicio possit, antiquis etiam Seculis viguisse specimen aliquod Reipublicae, seu Senatus, sive Communitatis Civium Mutinensium. Et quandoquidem antea prodidimus, ejusmodi Civium Universitatibus sub Romanis rerum dominis suos fundos, redditusque proprios non defuisse: adeat. Lector Dissertationem XLV. de assumpta a Civitatib. Italic. Reipubl. forma, ubi producto Diplomate Henrici I. Imperatoris ostendi, *Bona Communalia* Anno MXIV. fuisse Populo Mantuano. Quod ea Civitas possidebat, opinari non immerito possumus ne in reliquis quidem Italiae Urbibus fuisse desideratum. Plura hanc in rem nobis latent, quod antiquae Civitatum ac Secularium hominum

A Chartae pleraeque temporum injuria excisae sint, illaesis tantummodo non paucis Ecclesiarum monumentis, e quibus non sat lucis redundat ad instituta ac mores veterum Seculorum intime dignoscendos. Veri quoque simile est, nonnullos e minoribus Urbium Magistratibus praeter *Scabinos* antea memoratos, Populi suffragio fuisse electos. Nam uti *Comites* suum sibi *Vicecomitem* statuebant, cui multum erat auctoritatis, ita & Populo fuisse jus eligendi quosdam ex Reipublicae Magistratibus opinari licet. Ughellius quoque Tomo 4. Ital. Sacr. in Episcop. Cremonensib. literas adfert ab Henrico II. Augusto circiter Annum MXLVIII. cuncto Populo Cremonensi scriptas. Et sane ejus Urbis Populus ante ejusdem Henrici Regnum, & vivente adhuc ejus patre Conrado I. Augusto, immo & sub Henrico I. Imperatore, Landulphum Episcopum suum, munere Comitum Cremonae fungentem, sed superbiae facibus incensum, dejecerant, *Civitatem veterem a fundamentis obruerant, & aliam majorem contra Imperialis honoris statum aedificavant, ut ipsi Augusto resisterent.* Quae omnia Conradus I. recenset in Diplomate per Ughellium nuper memoratum edito. Atque haec nolo mihi elabatur e manibus Diploma Caroli Crassi, *Papiae, Anno ab Incarnatione Domini Octingentesimo Octogesimo, XII. Kalendas Aprilis, Inditione XIII.* scriptum: quo idem Rex Germaniae ac Italiae, postea Imperator, jura omnia Ambrosiano Mediolanensi Coenobio confirmat, atque alia addit. Protulit illud Puricellius in Monument. Basilic. Ambrosian. num. 131. Sed frustra illud pertinere opinatur ad Annum Christi DCCCLXXXI. Ibi haec habet Crassus: *Nullus scilicet Episcopus,*

pus, Archiepiscopus, Dux Marchio vel Communitas, aliquam molestiam ei Monasterio inferat. Haec sane Communitatis mentio innuere videtur, Anno Christi DCCCLXXX. fuisse Mediolani, alii'que in Urbibus, Civium Corpus, cui auctoritas non deesset, quando Communitas numeratur cum Episcopis, Ducibus, ac Marchionibus, qui procul dubio potestate multâ fruebantur, ac Populum regebant. Verum adeo peregrinum ac insolens mihi videtur eo in monumento Communitatis nomen, ut potius suspicer, vel Comes pro Communitas esse legendum, vel Diploma ipsum inter suppositicias Chartas esse referendum. Occurrunt illic & alia, quae suspicionem falsi (ne gravius loquar) legenti ingerunt, cujusmodi sunt *Anathematis* denuntiatio, qua carere solent Diplomata Regum & Augustorum; & *Signum Domni Ansprandi Cancellarii, & Guidonis Episcopi, & Bosoni*: quae omnia sub una linea referuntur. Subscribunt & alii Episcopi, & *Rifus Cardinalis, & Petrus Vicecomes*. At ista abhorrent a riti-

A bus Cancellariae Imperatorum & Regum praesertim illius temporis. Et *Guido Episcopus Papiensis*, tabulis iis subscribens, ignotus fuit praecedentibus rerum Ticinensium Scriptoribus. Sunt & alia, quae omitto. Ceterum non dissimulabo, apud Marculfum Auctorem, ut creditur, Saeculi Septimi, Formulam Septimam hisce verbis esse conceptam: *Piissimo ac praecellentissimo Domino illo Regi Commune illius, scilicet Civitatis*. Ibi autem postulat Populus successorem Episcopi defuncti. At istis verbis nihil aliud significari videtur nisi quod supra vidimus, *Ordo & Plebs Civitatum*, quibus jus erat in electione Episcoporum. Sed an & in regimine civili auctoritatis aliquid fuerit, incertum est. Solicite tamen adnotandus locus (si tamen ita Marculus scripsit, quem Bignonius ita legendum censuerit) ut intelligamus, multâ vetustate niti nomen *Communis*. Atque haecenus a me congesta conjungenda erunt cum iis, quae in praedicta Dissertat. XLV. de *assumpta Reipub. forma* infra Lector accipiet.

E X C E R P T A

H I S T O R I C A

EX COMMENTARIIS MStis

BENEVENUTI DE IMOLA

IN COMOEDIAM DANTIS,

Ab eo circiter Annum Christi MCCCLXXVI. compositis,

E T

IN ESTENSI BIBLIOTHECA

A D S E R V A T I S.

IN EXCERPTA


EX COMMENTARIIS M^Stis

BENEVENUTI IMOLENSIS

P R A E F A T I O

LUDOVICI ANTONII

M U R A T O R I I.



*U*i mores hominum, qui ritus in Italia viguerint, dum barbarica Secula fluebant, mihi potissimum in hoc Opere investigandum proposui. Nullo autem ex Libro tantum lucis in ejusmodi inquisitione sperare possis, quantum ex insigni Dantis Aligherii Poëmate, sive Comoedia Italica, scripta ante annos quadringentos & ultra. Verum quae ibi metro conclusa sunt, atque ad illius temporis homines, & res gestas pertinent, ita interdum tenebris circumclusa se exhibent nobis, tam ferè natis, ut nisi Interpretes opem ferant, coecutiamus ad non pauca necesse sit. Neque desunt, qui amplissimis Commentariis jamdiu se conuolare ad illustrandum nobile Philosophi hujus Poëtae Opus: videlicet Bernardinus Daniellus, Christophorus Landinus, & Alexander Vellutellus, eorumque Libri non semel ex officinis typographicis publicum in diem prodire. Alios ante se eodem munere functos, idem Landinus in Praefatione commemorat. Plures etiam, atque adeo omnes Dantis Interpretes recensuit Clariss. Vir. Apostolus Zenus Tom. VI. Diarii Literat. Ital. pag.

183. Praeterea circumfertur *Commentarius Italicus in ejusdem Aldigherii Poëma*, Anno Christi MCCCCLXXVII. typis Vendelini Spirensis Venetiis impressus, & Benevenuto Imolensi tributus: cujus etiam auctoritate non semel usi sunt Academici Cruscani in *Vocabulario Italicæ Linguae*. At jamdudum praesenserunt eruditi Viri, falso titulo quaesitum fuisse honorem ejusmodi *Commentario*, quippe cujus minime auctor fuit Benevenuto, sed alter, qui fortassis ex Benevenuti labore profecit. Porro illud certissimum est, Benevenutum reliquisse post se amplissimum *Latinum Commentarium in univrsam Dantis Poëma*; ejusque exemplum in membranis scriptum adseruari in *Estensi Bibliotheca*, uti & in *Ambrosiana*, & *Florentina*. Alibi quoque reperiri mihi persuasum est. Praeterea dubitari vix potest, quin Benevenuto, uti ceteris *Dantis Interpretibus* antiquitate, ita & eruditione praeceverit. Immo quae nuper laudari *Scriptores* congefserunt, ut *Aldigheriano Poëmati* lucem adferrent, omnia fere delibata fuere ex ejusdem Benevenuti *Commentariis MSis*, quamquam fatentem neminem habeamus, se illius *scriinia* expilasse.

Neque Benevenuto difficile fuit explicare, quae olim videbantur, eoque magis videri *abstrusa* possunt temporibus nostris in *Poëmate Dantis*. Is enim eodem *Seculo* floruit, quo & ipse *Dantes*. Patria illi fuit *Forum Cornelii*, nunc *Imola*. Pater *Magnus Compagnus*, qui in ea Urbe, ut is ait ad *Cant. XV. Paradisi*, legit tam laudabiliter, quam utiliter juxta habitationem *Liti de Alidofis*. Fortassis illius pater appellatus, notusque fuit ex agnomine *Magna-Compagno*; nam *Familia de Rambaldi Benevenuto* tribuitur. *Philosophiae, aliisque Artibus & Scientiis* operam dedit, praesertim *Bononiae*, ubi ipse testatur, se per *decennium* fuisse versatum. *Historiae* verò potissimum studuit, cujus etiam *specimen* ad posterum transmisit, hoc est, *Libellum*, *Augustalis* titulo donatum, quòd *Romanorum Caesarum catalogum*, & *vitae compendium* complectatur usque ad *Vincislaum*, suo tempore regnantem. Editum fuit *Opusculum* istud *Argentorati* Anno Christi MDLV. Visitur etiam inter *Opera Francisci Petrarchae*, cui perperam à nonnullis tributum fuit. Eundem quoque *Libellum* in *Tomum II. Germanicarum Rerum* intulit *Marquardus Freherus* Anno MDCII. *Singulari studio* colebat Benevenuto *Principes Aestinos Ferrariae ac Mutinae dominantes*; inter quorum praerogativas *Literarum ac Literatorum amor* postrema nunquam fuit: ac propterea *Nicolao II. Marchioni* *Opusculum* hoc dicatum voluit. Illud autem manu exaratum servat non tantum *Estensis*, sed & *Ambrosiana Bibliotheca* cum hocce titulo: *Augustalis Libellus Clarissimi*
Histo-


Historici Benevenuti de Rambaldis de Ymola ad nobilissimum illustrem Marchionem Ferrariae, Kalendis Januariis novo adventante Anno Christi Millesimo Trecentesimo Octogesimo Sexto: à Julio Caesare ad Vincislaum usque Imperatorem Caroli filium, Augustorum Vitam breviter scribit. *Editionem Freberianam consuli ego cum Estensi Codice, & in multis vitiatam aut mancam reperi. Quare Opusculum ipsum suae restitutum integritati, inter Scriptores Rerum Italicarum rursus evulgare decreveram. At quandoquidem non unam habemus ejusdem editionem, ac praeterea nullum aut exiguum emolumentum erudito homini inde sperandum est, consilium hoc tandem abjeci. Porro ex dictis jam habes, quo tempore Benevenutus floruerit, hoc est Anno Christi MCCCCLXXXVI. Sed longe antea ejus fama increbuerat, atque haec illi peperit arctam animi conjunctionem cum Francisco Petrarca, celeberrimo aevi sui viro, quem constat è vivis sublatum Anno MCCC-LXXIV. Vide ejusdem Petrarcae Epistolam XI. Lib. 14. Rer. Senilium, scriptam Benevenuto Imolensi Rhetori suo, ubi de Poëtis probis & improbis disputat. Is etiam Cant. XVIII. Infern. auctor est, ad Romanum Jubilaeum se fuisse profectum Anno MCCCCL.*

Quod tamen prae ceteris animadvertendum est, singulari familiaritate conjunctus fuit Benevenutus noster cum Johanne Boccaccio, clarissimo Scriptore Seculi Decimiquarti, cui tantum debet Italica Lingua. Hunc ille Magistrum suum appellare consuevit. Ad Cant. 1. Infern. ait: Dum semel portaretur quidam Pardus per Civitatem Florentiae, pueri currentes clamabant: Vide Lonzam, ut mihi narrabat suavissimus Boccaccius de Certaldo. Sed praecipue de illo mentionem facit ad Cant. XVI. vers. 46. Paradis. in haec verba scribens: Temporibus modernis floruit Boccaccius de Certaldo, qui suavitate suae sapientiae & eloquentiae reddidit ipsum locum Certaldi celebrem & famosum. Hic siquidem Johannes Boccaccius, veriùs Bucca aurea, venerabilis Praeceptor meus, diligentissimus cultor & familiarissimus nostri Auctoris, ibi pulcra Opera edidit. Praecipue edidit unum Librum magnum & utilem de Casibus virorum illustrium. Item Libellum de mulieribus claris. Item Librum de Fluminibus, & Librum Bucolicorum &c. Quum tradit Benevenutus, Boccaccium fuisse diligentissimum cultorem & familiarissimum nostri Auctoris, idest Dantis, ne puta, inter eosdem intercessisse amicitiam, aut studiorum communionem. Boccaccius enim natus dicitur Anno Christi MCCCXIII. Dantes verò Anno MCCCXXI. naturae debitum solvit, ac propterea puer ne illum quidem vidisse aut audisse potuit, & praecipue exulem, & Ravennae sedentem, ubi vitam
cum

cum morte commutavit. Itaque hisce verbis tantummodo Boccaccius multum Operae posuisse dicitur in legenda & explicanda Dantis Comoedia. Immo & in eam scribere Commentarium aggressus fuerat, quem tamen ultra primum Cantum minime produxit. Tanto autem Praeceptore & amico usus Benevenutus, nil mirum, si supra ceteros post se natos aptus fuit ad interpretanda plurima, quae Dantes brevibus innuit, & luce indigebant. Ad quod opus etiam adhibuit Interpres eruditus, quotquot potuit, Libros, è quibus hosce duntaxat commemorabo, barbaricorum temporum Scriptores: neque enim refert vetustissimos quoque recensere, satis nempe notos. Dini Compagni Historia, quam primus ego edidi in Tom. IX. Rer. Italicarum, laudatur à Benevenuto ad Cant. VIII. Inferni. Albertini Musatti Tragoedia Ecerinis, edita à me Tom. X. Rerum Italicarum. Ricobaldi Ferrariensis Chronicon, quod ewulgavi Tom. IX. Rerum earundem. Petri de Vineis Epistolae, sed suppositiciae. Chronica Ravennae, Genuae, Venetiarum, & Neapolis, quorum Auctores nobis minime detexit. Boccaccii Liber de Moribus & Fluminibus. De Vita ac Moribus Dantis. Decameron, & alii, de quibus supra. Guidonis Bonati Opera Astrologica Michaëlis Scoti Astrologi, quo usus est Fridericus II. Augustus, Liber de Astrologia. Godefridi Viterbiensis Pantheon, impressum Tom. VII. Rer. Italicarum. Gerii Arretini Satyra contra mulieres Tuscas. Guitonis Arretini Liber Rhythmorum vulgarium. Joachimi Abbatis Calabri Liber Prophetiarum de Papis. Hubaldi de Aguglione Liber de Guelfis & Gibellinis. Dolendum est, Librum hunc jamdiu excidisse, vel alicubi usque adhuc delinescere. Bruneti Latini Thesaurus Historicus. Dantis Aldigherii Liber quoque de Monarchia: ejusque Literae ad Henricum VI. Augustum.

Porro Commentarii hætenus memorati, quorum auctor Benevenutus Imolensis, manuscripti in membranis in fol. adservantur in Bibliotheca Serenissimi Ducis Mutinae. In calce legitur: Explicit Commentum Magiltri Benevenuti de Imola super Dantem Allegherii de Florentia, MCCCVIII. ultimo Augusti. Haec tempus indicant, quo Librarius ad umbilicum perduxit Librum, spissum sane Opus, quod perpetua interpretatione reatum Dantis prosequatur. Inde verò excerpti, quae nunc publici juris facio. Et cur non integrum Librum? quisquam petat. Instituti profectò mei non erat Lectoribus propinare heic tam immanem copiam rerum Grammaticalium, & Fabularum Esbnicarum, sive tot Romanae aut Graecae Historiae monumenta jam nota, quibus Benevenuti Opus abundat. Qui haec omnia scit, & gratiam universae Reipublicae Literariae initurum se sperat, edito integro Scriptoris hujus Commentario,

rio, provinciam hanc aggrediatur, quam ei liberam lubens relinquo. Mibi placuit, ea tantummodo seligere, quae ad mores, ad ritus, ad Historiam Seculi praesertim Decimi tertii & subsequentis pertinent apud Benevenutum, & ea Lectorum oculis unico veluti obrutu consideranda exhibere, utpote quae oblectationem parere posse legentibus mihi creduntur, & certe usui non mediocri esse possunt amatoribus barbaricae Eruditionis. Simul autem ex hoc Specimine palam fiet, quid sentiendum sit de recentioribus Dantis Interpretibus, qui aut è pennis Benevenuti, dissimulato ejus nomine, sibi laudem quaesierunt, aut ejus luce destituti, sumserunt illustrandam egregii Poëtae Comoediam. Denique satis haec erunt, ut intelligas, quare Leander Albertus Ordinis Praedicatorum, in Italiae descriptione, ubi de Imola verba facit, inter illustres illius Urbis Scriptores appellavit Benvenuto dignissimo Filosofo e Poeta, il quale chiosò le Comedie di Dante, ove dimostra non meno ingegno che dottrina.



EXCER-

EXCERPTA HISTORICA

EX COMMENTARIIS

BENEVENUTI DE IMOLA
SUPER DANTIS POËTAE COMOEDIAS,

DESUMTA EX CODICE MSto

BIBLIOTHECAE ESTENSIS.

Incipit Commentum Magistri Benevenuti de Imola super Infernum Dantis de
Aldigheriis de Florentia Poëtae. Et primo Epitaphium Dantis.
Secundo Origo Dominorum Marchionum Estensium.

*Juva Monarchiae, Superos Phlegetonta lacusque
Lustrando cecini, voluerunt Fata quousque.
Sed quia pars cessit, melioribus hospita castris
Auctoremque suum reddit felicior astris,
Heic claudor Dantes, patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater amoris.*

*Heic nitet Estensis Nicolaus laude sub ista,
Gloria Magnatum, Generis fulgore serenus,
Sed virtute magis certâ superare regentes,
Quos sua sublimis vincit clementia morum,
Qua decus eximium similem non comperit usquam
Italicos inter Proceres, Dominosque Potentes.*



Uoniam, praeclarissime Princeps, testante Philoso- pho in sua Poëtria, jucundissima Ars Poëtica ab ipsis Naturae principiis ab omni nobilitate manarit, cujus operâ efficitur, ut Illustrissimorum Viro- rum virtus extincta, fiat perpetuo rediviva tubae Poëticae praeconio, totum praedicata per Orbem; Cujus

Tom. III.

A | ope nunc egent Illustrium tuorum facta Majorum, jam in tempore fe- re sepulta penuriâ Poëtarum, quo- rum copia (proh dolor?) aetate no- stra rarior est Phoenice; Phoenix si- quidem unica in Orbe, & unica in regione reperiri dicitur a magnis Sa- pientibus, licet nobis ignota; Poëta vero hac tempestate nullus usquam agnoscitur. Tuorum inquam inclyta gesta omnis eximius Vates materiam habet uberrimam. Ut enim perstrin- gam plurima paucis, *Aro Primus in-*
T clytus

clytus olim Princeps, formâ corporis, animique virtute praepollens, primus feracissimae *Ferrariae Principatum* adeptus; antiquissimae *Mantuae*, quae Marone Latinorum clarissimorum gaudet alumno, Protector egregius; nobilis *Veronae* regimen sibi sponte collatum, sed mox vi & fraude hostium injuste extortum, justâ irâ & indignatione fremens, equestri Marte collatis signis, infestis partibus debellatis, tam prudenter, quam potenter resumit amissum, ubi egregiorum operum & vitae finem feliciter posuit. *Aldrovandinus* ejus primogenitus, magnanimus adolescens, *Marchionatus Anconae* titulum promeruit, militantis Ecclesiae hostibus triumphatis, in ipso flore juventutis extinctus, decus insigne Virtutis, & eximiae Pietatis. *Azo Secundus* ejusdem Primi Azonis filius, vir strenuus bello, prudens consilio, Romanae propugnator Ecclesiae, velut olim Romanae libertatis divinus ille Scipio victor Hannibalis, domitor Carthaginis, Italiae liberator, tremendas vires insolentissimi Friderici Secundi (qui non minus triginta annorum curriculo Romanam afflixit Ecclesiam, quàm olim Martius Hannibal Romanam Rempublicam sexdecim annorum spatio, cupidissime laceffivit) apud Victoriam victor arripotens pro magna parte confregit. Quo Principe Friderico post Carolum Magnum nemo major, aut formidolosior Romanum Imperium tenuit. Nec minori virtute & felicitate hic excelsus Azo cruentam superbiam Ecclini praefato Friderico foederati, qui ut olim Dionysius ferrox Siciliam, ita Marchiam Tarvisinam, omnium suppliciorum genere labefecit tortor iniquus, pro maxima parte delevit, potenti Patavio

A sibi prius erepto; Deinde apud Abdum Tyranno saevissimo strato, & cum omnium exultatione justorum, mortis ergastulo mancipato, in quo infelicem animam, si fides est, patri Diabolo, ex cujus stirpe creditur ortus, reddidit aeternaliter cruciandam. *Opizo Primus* natus ex Raynaldo, dicti Azonis II. filio, mortuo in Secundi carcere Friderici, cujus altam potentiam nec Germania capiebat, nec tolerabat Italia, non contentus animosam virtutem suam intra Padi claustra & Adriae litora coarctari, ad *Regium Lepidum, Mutinamque* bellicem, suae dexteræ potentiam extendit, utriusque Urbis potitus imperio. Caroli I. veteris contra Manfredum Friderici natum, non minus patre infestum Ecclesiae, incitator & adjutor existit ad illius meritum debitumque triumphum. *Azo Tertius* praedicti Primi Obizonis filius, magna multa strenue gessit, petitor gloriae, contemtor pecuniae, Bononiam opulentam, Parmamque potentem, variis bellis quassavit. Hujus Azonis III. *Aldrovandinus* frater egregius inclytam prolem genuit *Raynaldum*, qui Ferrariam a Catalanorum avidis faucibus liberavit, magna sanguinis madens ultione, & *Nicolaum* fratrem, cujus Tu fers nomen, Virorum utique amantissimum, ex eorum barbarorum captivitate detraxit. Genuit & *Opizonem* patrem tuum, praepotentem ac magnificum *Dominum Ferrariae, Mutinae, Parmae*. Quamvis autem illustris tuorum Proavorum profapia insigni antiquâ generositate praefulgeat, de cujus vetustatis primordialibus initiis memoria non extat, clarissimorum tamen Regum affinitate cumulatus honestatur. Roberti scilicet Serenissimi, patrum nostrorum temporibus Siciliae Regis,

Regis, quem, post Salomonem, Sapientissimum praedicat constans opinio plurimorum: Et Andreae Regis Hungariae, cujus uxor Beatrix, primi Aldrovandini filia, verè beata, si Virtus heroica beatam efficere potest, mulier animosa, a paterna & avita nobilitate non degener, viro suo Rege sene fato functo, ex illius femine, suo jam utero tumefcente, virilem habitum mutuata, ut temporis necessitas suadebat, custodiâ Privigni solerter elusâ, in Germaniam commigravit, unde ad primos lares & tutior & liberior commeavit.

Praetereo rescripta Principum, Privilegia Pontificum, quibus non generi plus eximiae claritatis accrevit. Et ne plura tuorum praedecessorum gesta memoranda percurram, quamvis Clementia & Liberalitas, propria Virtus Principum, quasi hereditaria ipso jure naturae in Estensi Familia semper effulserit, in Te tamen utraque tota confluit, inconvulse tuo pectori radicata, ut omiserim ceteras, Aequitatem, Prudentiam, Modestiam, Constantiam, quae nec successibus prosperis insolescit, nec adversis hebescit. Tu florentem aetatem praeclarâ morum indole praesignasti. Robusta vero, ingentibus celebrata tropheis, de vitiorum hostilitate merentius triumphavit, juxta praefagium tui nominis gloriosi: *Nicolaus* namque *Victor laudabilis* interpretari solet, ut dicitur à quibusdam: O ergo te felicem! de cujus magnitudine animi praestatur bonis praemium, reis remissio saepe, quamquam a quibusdam atrocissimas & intolerabiles injurias accepisti, etiam a clementissimis severissimas judicandas. Ut de te dicere audeam, quod de Caesare inquit Cicero: *Nulla de Virtutibus tuis major Misericordiâ est.*

A Heic te, Clarissime Marchio, motum reor, ut illius fulgentissimi Solis (Dantem loquor) cujus perspicui ingenii radiis, suo meritorum praevio lucifero, noster Orbis Italicus praecipue illustratur, figmenta evolverem figmentorum integumenta elicerem, elucidans etiam obscura variis velata figuris, multiplicibus sensibus involuta latentibus. Heic vero namque Historica & Poëtica, heic Naturalia, & Moralia, heic ardua & infima, heic antiqua & novissima; heic, ut breviter dicam, Divina pariter & Humana comprehenduntur. Nec ambigo, quin diversi diversa sint dicturi pro animorum affectione tam dissona quam diversa. Quid modo? Opus ne est respondere vulgarium linguis injuriosis, qui etiam excellentissimos Literatorum stilos temere carpere non verentur? Mihi tamen suffecerit peritiorum, ac Tui acquiescere votis. Cujus praeceptis, tibi prius dilectus quam notus, nequeo contraire. Non est autem propositi mei in hoc Opere, omnium Exponentium dicta refellere, erronea, ridicula, falsa, aut saltem aliena, & omnino impertinentia facta. Et quum brevis in omnibus esse soleam, necessario forte nimius videbor interdum, quoniam multa & magna impossibile est breviter explicare. Igitur porrigam manum trepidam ad tam grande Opus in nomine Sanctissimae & Divinae Trinitatis, sic exordiens.

Et primo quaeratur, quis Libri Auctor. Secundo, quae materia. Tercio, quae intentio. Quarto, quae utilitas. Quinto, cui parti Philosophiae supponatur. Sexto quis Libri Titulus. Ad primum dico, quod Auctor fuit Dantes Aldigherius Poëta Florentinus. Et multis vocabulis de-

signatur; primo enim a vocabulo A propriae denominationis *Dantes* est vocatus. Et merito, quia nomen est consonans rei. Dicitur enim *Dantes* quasi dans se ad multa. Dedit namque se universaliter ad omnia, ut parebit in discursu hujus Operis. Et omnibus scientiis operam dedit. Et praecipue Poëticae Scientiarum delectabilissimae. Vel dicitur est *Dantes*, quasi *dans Theu*, idest Dei & Divinorum notitiam. Nam quum Auctor iste in viridiori aetate vacasset Philosophiae naturali & morali in Florentia, Bononia, & Padua, in matura aetate jam exul, dedit se Sacrae Theologiae Parisius. Ubi a deo alte emicuit, quod ab aliis vocabatur Poëta, ab aliis Philosophus, C ab aliis Theologus. Nullus autem fuit Poëta, qui Paradisum Poëticae describeret, nisi hic Poëta munificus, qui de se ipso profertur in secundo Cantu Paradisi dicens, Vers. 7.

L'acqua, ch'io prendo, già mai non si corse.

Aldigherius nomen est cognationis. Fuit namque *Dantes* Majorum sanguine generosus, scilicet de *Aldigheris*. Quod nomen fuit tractum ab *Aldigheris* nobilibus de Ferraria, ut dicitur Cantu XV. Paradisi, ubi Auctor introducit quemdam nobilem Militem antiquum praedecessorem suum dicentem, vers. 137.

Mia Donna venne a me di Val di Pado.

Constat autem Ferrariam esse in Valle Padi. *Aldigheris* autem descendunt ex *Heliseis*, unde idem dicit ibidem, Vers. 136.

Movonto su mio frate, & Heliseo. Et dicitur *Dantes Aldigherius*, quasi alta digerens, vel alia digerens quam alii Poëtae. Nemo unquam Poëtarum (nullum excipimus) habuit tam

altam phantasiam, aut tam nobilem materiam scivit, vel invenire potuit, in qua tam eleganter tradit cognitionem rerum humanarum & divinarum, virtutum, & morum fere, actuum humanorum, & aequilibrium mundi. Quod autem quidam dicunt *Aldigherii*, S finale subtrahitur ex usu, & quod alii dicunt *Allagherii*, corrumpunt omnino vocabulum. Poëta nomen est professionis &c.

Florentinus vocabulum est propriae nationis. Argumentum enim sumitur a patriâ Florentiâ juxta vocabuli allusionem. Florentissima Urbium hunc florem peperit mundo, qui attulit tantum fructum, licet non noverit, sed expulerit a se, quum erat in ipso flore aetatis, fortunae, & dignitatis. Unde quemadmodum iste Poëta illustris in XI. Cant. Parad. Vers. 50. Beatum Franciscum appellat Solem, & locum originis illius Orientem, ita ego meritò ipsum *Dantem* dixerim Solem, qui modernis temporibus illuxit ambulantis in tenebra ignorantiae Poëticae facultatis; & Florentiam Orientem, D quae hunc praeclarissimum Solem emisit in Mundum. Natus est autem iste fulgentissimus splendor Italicus in praefata patria sua, vacante Romano Imperio per mortem *Friderici II.* famosi Imperatoris Romanorum, Anno salutiferae Incarnationis Universi Regis MCCLXV. Sedente Urbano Papa IV. Et haec de Auctore. E Materia sive subiectum &c.

Ad Cant. I. Inferni Vers. 31.

*Et ecco quasi al cominciar dell'erta
Una Longa leggera e presta molio;*
Pietas *Pardi* magis videtur convenire luxuriae, ut patet ex dictis, tum quia istud vocabulum Florentinum videtur magis importare *Pardum* quam aliam feram. Unde dum semel portare-

taretur quidam Pardus per Civitatem Florentiae, pueri currentes clamabant: *Vide Lonzam*; ut mihi narrabat suavissimus Boccattius de Certaldo.

In Cant. II. Inferni, Vers. 8.

O mente, che scrivesti ciò, ch' i' vidi.
Tria Auctor invocat fidenter in suum subsidium. Fuit siquidem ipse Auctor mirae capacitatis & perspicui intellectus, & altissimi ingenii, & subtilis inventionis. Cujus animi qualitatem, corporis effigies mirabiliter arguebat. Fuit namque hic venerabilis Dantes staturae mediocris. Et quum ad maturam aetatem pervenisset, ibat aliquantulum curvus. Incessus ejus erat gravis & mansuetus. Habitus honestissimus, & professioni suae conveniens. Vultu longo, naso aquilino, oculis grossiusculis, maxillis grandibus, labro inferiore majore, colore fusco, capillis & barbâ densis & nigris & crispis, facie semper melancolicus, meditabundus speculabatur. Accidit ergo semel in nobili Civitate Veronae, jam suâ famâ vulgatâ, & Inferno per eum descripto publicato, dum transfret per unam viam, ubi erant multae Dominae congregatae, quod dixit una earum voce submissa, ita tamen ut audiretur: *Vide illum, qui vadit in Infernum, & revertitur inde, quum sibi placet, & reportat adhuc nova de iis, qui illi sunt.* Cui respondit alia: *Verum dicis. Nonne vides quomodo habet barbam crispam propter calorem, & fuscum colorem propter fumum, qui est ibi?* De quo Dantes risit, licet raro vel numquam ridere soleret. De cujus Vita varia & fortuna diversa, sicut ipse saepe in hoc Libro scribit, dicetur alibi suis locis.

Ad Vers. 10.

Incominciati: Poeta, che mi guidi &c.

A Auctor videns liberalia studia, potissime Poëtica, esse deserta a Principibus & Nobilibus, qui principaliter solebant in Poëticis delectari, & ob hoc Opera Virgilii, quibus Opera Poëtica solebant olim intitulari, & Opera aliorum excellentium Poëtarum, jacere neglecta & despecta, cautius & prudentius se reduxit ad stilum vulgarem, quum jam literaliter incepisset sic:

Ultima Regna canam fluido contermina Mundo,

Spiritibus quae lata patent, quae praemia solvant

Pro meritis cuique suis; &c.

B Alii aliter, & multi communiter dicunt, quod Auctor cognovit stilum suum literalem non attingere ad tam arduum thema; quod & ego crederem, nisi me moveret auctoritas novissimi Poëtae Petrarchae, qui loquens de Dante, scribit ad venerabilem Praeceptorem meum Boccattium de Certaldo: *Magna mihi de ejus Ingenio opinio est, potuisse eum omnia, quibus intendisset.*

C *Ad Cant. III. Inferni, Vers. 58. & seqq.*

Poeta ch' io v' ebbi alcun riconosciuto,

Guardai, e vidi l'ombra di Colui,

Che fece per viltate 'l gran rifiuto.

D Ad propositum dicit Auctor, quod ex omnibus ipsis elegit & recognovit animam unius, qui ex vilitate fecit maximam renuntiationem. Sed quis fuerit iste magnus tristis, certe communis & vulgaris fere omnium opinio esse videtur, quod Auctor noster heic loquatur de Coelestino V. qui vocatus est Frater Petrus de Morono. Quod multipliciter probari videtur. Primo quidem necessario videntur arguere, quae Auctor dicit: *Il gran rifiuto.* Et sic antonomastice videtur debere intelligi de Papatu.

Certum

V. Petrus

Petrarchae

Lib. XII, p. 449.

Certum enim est, quod in Mundo Christiano nulla est major dignitas Maximo Pontificio. Praeterea dicunt, quod Coelestinus plus poterat promereri in labore & cura animarum, quam in quiete & otio eremi. Unde Petrus Apostolus dixit: *Laboravi, non fructificavi*. Ita quod sufficebat bono animo laborare, licet non multum proficeret. Praeterea dicunt, quod, quantumcumque forte Coelestinus fecerit hanc maximam renuntiationem bono & puro animo, tamen reputatum fuit sibi generaliter ad maximam vilitatem. Quod negari non potest. Sed breviter, quidquid dicatur, mihi videtur, quod Auctor nullo modo loquatur nec loqui possit de Coelestino. Primo quia licet Coelestinus fecerit maximam renuntiationem, non tamen ex vilitate fecit, immo ex magnanimitate. Fuit enim Coelestinus, si verum loqui volumus, verè magnanimus ante Papatum, in Papatu, & post Papatum. Ante Papatum, quia statim audità electione sua, conatus est fugere cum uno Discipulo suo, nomine Roberto, juvene Salentino. Sed ex improvise circumventus subitâ multitudine Populi, non potuit efficere, quod optabat. Fuit etiam magnanimus in Papatu. Nam quamvis positus esset in summo culmine dignitatis, intra amplum & Papale Palatium, fecit sibi arctam & eremiticam camerulam, in qua per singulos dies certâ horâ vacabat dulci otio sanctae contemplationis, ubi loquebatur cum Deo, inter tot laboriosos & armatos strepitus hominum, ita quod vixit humilis in alto, solitarius inter turbas, & inter divitias pauper fuit; & tanto magnanimior, quanto renuntiatione major. Petrus siquidem Christi pri-

mus Vicarius reliquit naviculam parvam & pauperem. Hic vero Petri successor, Petri navim maximam & ditissimam dimisit; & maxime eo tempore, quo erat in maximo pretio, quando scilicet magna ambitione ab omnibus petebatur. Ideo felicius sibi cessit, quam Bonifacio, qui onus istud tanto studio quaesivit, sub quo tamen erat infeliciter moriturus. Cognoscebat enim Vir sanctus Coelestinus se inhabilem & inutilem officio, quod divinitus acceperat, tum quia erat inexpertus & ignarus negotiorum Seculi, assuetus diu contemplationi, in sylvis non in Urbibus: tum quia frustra sperabat posse facere fructum Ecclesiae Dei, quam videret illos Cardinales incorrigibiles, insatiabiles, non posse revocari a Simonis, & aliis cupiditatibus, quibus totum animum intenderant. Post Papatum magnanimissimus fuit. Nam depositâ Papali dignitate, quasi quadam gravissima farcinâ, pristinam solitudinem tam avidè repetebat, ut videretur captivus ab hostili carcere liberatus. Sicut enim narraverunt, qui eum viderunt, tanto gaudio & laetitia recedebat, ut non videretur subtraxisse humerum blando oneri, sed cervicem minaci securi. Nec mirum. Sciebat enim quo redibat; nec ignorabat, unde recederet. Recedebat enim ab Inferno viventium, & redibat ad Paradisum viventium; nisi sibi obstitisset astutia Bonifacii, qui illum captum retraxit, & retrusit in carcerem sub firma custodia. Ubi si locum mutavit, non tamen animum. Cujus mortui anima ascendens in Coelum apparuit Roberto Discipulo suo superius memorato, & ei persuasit, ut in sancta solitudine perseveraret usque in finem, sicut a principio voluerat

voluerat eum sequi, quando prius tractus fuerat ad Papatum. Et breviter. Ejus fama diffusa per totam Italiam, & ejusdem Ordo transcendit Alpes, multisque Conventibus suorum Fratrum relictis, multis claruit miraculis; propter quae merita dignus existit Sanctorum catalogo numerari. Patet ergo ex his dictis, quod non sit standum opinioni vulgi. Nam vanae voces vulgi non sunt audiendae. Nec Vir sapientissimus Dantes credendus est, Virum sanctissimum damnasse ad opinionem vulgi ignari. Quis ergo fuerit iste tristissimus, dico breviter, secundum iudicium meliorum, quod fuit Esau. Iste enim fecit magnam refutationem, quando renuntiavit omnia primogenita sua fratri Jacob, &c. Si tamen quis velit omnino resistere & dicere, Auctorem intellexisse de Coelestino, audebo dicere (nisi temerarius videar) quod honestius & sanctius de viro vili & voraci, quam de sancto & animoso, loquutus fuerit. Et tamen pro excusatione Auctoris dicam, quod nondum erat sibi nota Sanctitas hominis. Fecerat enim Coelestinus renuntiationem recentem forte per biennium, antequam Auctor ista descriperit, & nondum erat canonizatus. Nam Coelestinus postea canonizatus fuit a Clemente Papa V. sub Anno Domini MCCCXIII. Praeterea Auctor erat iratus Bonifacio, auctori exilii & expulsionis ejus. Qui Coelestinus donaverat sponte ipsi Bonifacio summum Pontificatum. Unde Auctor saepissime dicit de ipso Bonifacio magna mala, qui de rei veritate fuit magnanimus peccator. De cujus gestis multa dicentur in multis locis & Capitulis.

Ad Cant. V. Infer. Vers. 79.

Si tosto come 'l vento a noi li piega.

A Sed ne procedam obscure in tractatu istorum duorum spirituum, est sciendum, quod in nobili provincia Romandiolae in Civitate Arimini, Johannes Scancatus sic denominatus, qui erat mirè claudus, filius Domini Malatestae Senioris, qui primus acquisivit dominium Arimini, vir corpore deformis, sed animo audax & ferox, accepit in uxorem Franciscam filiam Domini Guidonis Veteris de Polenta, Domini Ravennae, Dominam pulcram corpore & vagam. In istam exarsit Paulus frater dicti Johannis, homo corpore pulcher & politus, deditus magis otio quam labori. Quum ergo dicti Paulus & Francisca convenirentur simul sine suspitione tamquam cognati, legabant semel in camera ipsius Dominae in uno Libro vulgari de Tabula rotunda, in quo scriptum erat, quod Lanzalottus olim captus est amore Reginae Ginevrae, & quomodo per mediatum Persicum, scilicet Galaotum Principem Insularum Longinuarum, conjuncti sunt simul ad conferendum de amore eorum. Et quomodo Lanzalottus virtute istius collationis cognito amoroso igne, fuit exosculatus ab ipsa Regina. Quum ergo praedicti Paulus & Francisca pervenissent ad dictum passum, ita vis istius tractatus vicit ambos, quod continuo deposito Libro pervenerunt ad osculum, & ad cetera, quae sequuntur. Haec autem in brevi significata Johanni per unum familiarum fuere. Ambos simul in dicta camera, ubi convenerant, maestavit.

Ad Cant. VI. Infern. Vers. 58. & seqq.
Io gli risposi. Ciacco il tu' affanno &c.
 Ad hujus rei cognitionem est praesciendum, quod Florentia erat in majori flore & potentia, quam umquam fuerit, in MCCC. quo Anno Auctor

Auctor noster incepit istud opus floridum. Sed, ut plerumque fit, res secundae pepererunt discordiam. Nam tota Civitas divisa est, primo inter Nobiles, secundo inter Populares, in duas Sectas, scilicet Alborum & Nigrorum. Quae partialitas primo habuerat originem in Civitate Pistorii in domo magna & potenti Cancellariorum, sicut dicitur infra, Cantu XXXII. Sed cito iste morbus contagiosus transierat Florentiam, & infecerat totum corpus Civitatis, repletum malis humoribus. Nam ut dicit Valerius, *nullum Vitium finitur ibi, ubi oritur*. Partis Albae fuit principium & caput quidam Miles, nomine Verius de Circulis. Erant autem Circuli tunc temporis arrogantes & superbi, tum quod erant valde divites, & potentes, tum quod venerant paulo ante a rure ad Civitatem. Et nulla erat tunc major Societas in Florentia. Partis vero Nigrae fuit principium & dux alter Miles nomine Cursius de Donatis, qui tempore suo non habebat parem in Italia. Erant Donati Nobiles ab antiquo, non divites sed sagaces. Circuli habebant majorem Sectam in populo, quia videbantur magis favere Reipublicae; Ideo penes eos quasi totum erat regimen. Donati autem magis intendebant ad dominium. Sed Bonifacius VIII. volens obviare scandalo, quod parabatur Florentiae, misit pro Domino Verio, & rogavit, quod faceret pacem cum Domino Cursio, & quod committeret rem sibi, promittens se facturum sibi unum Cardinalem, & multas alias gratias. Verius, licet aliàs prudens, noluit parere Papae; immo dixit, quod non habebat guerram cum aliquo. Et sic infecto negotio reversus est Florentiam. Et, ut bre-

A viter dicam, uno sero ad unum tripidium Dominarum ortâ lite inter aliquos de utraque parte, fuit amputatus nasus uni Recoverino de Circulis. Et hoc fuit principium magni mali. Aliâ vice Circuli invaserunt Dominum Cursium de Donatis, sed fuerunt repulsi turpiter. Deinde Cursius, celebrato consilio cum suis, decrevit, mittere ad Papam, ut faceret venire unum de Domo Franciae, qui deponeret Circulos. Quo scito fuit bannitus cum suis multis sequacibus, & multi cum eo relegati. Bonifacius ergo, procurante Domino Cursio, qui semper prosequabatur Curiam, & Domino Gerio de Spinis, qui erat Mercator Bonifacii, vocavit Carolum Sine Terra, qui erat frater Philippi Pulcri Regis Franciae. Qui Philippus paulo post fecit mori istum Bonifacium; & fecit venire istum Carolum tamquam paciarium, ut pacificaret Florentiam, & deinde iret in auxilium Caroli II. contra Siciliam; dans sibi intelligere, quod faceret ipsum eligi Imperatorem Romanorum, vel saltem Locumtenentem Imperii. Carolus ergo in MCCC. venit Anagniam ad Papam Bonifacium cum gentibus equitibus D. Francis. Et non intravit Florentiam propter partialitates praedictas. Regentes autem in Florentia, sentientes Carolum venire, miserunt Legatos ad eum. Quibus ille respondit benigne, quod veniebat pro bono pacis. Intravitque Florentiam cum gente inermi, & receptus fuit cum magno honore. Post paucos dies voluit dominium, & potestatem pacificandi Cives. Et continuo convocatis Prioribus & Nobilibus, & multitudine Populi, juravit conservare Civitatem in bono & pacifico statu; & continuo contrarium fecit de-

consilio Domini Musatti Francesii, Militis Florentini, qui venerat semper secum de Francia in Italiam, & suis expensis conduxerat eum, & corruerat magnis donis & denariis, quia erat pecuniosissimus in partibus Galliae. Ante ergo quam revertetur domum, Carolus fecit armari gentem suam, & introduxit Dominum Cursum de Donatis cum aliquot amicis suis. Tunc quidam Dominus Schiatta de Cancellariis, Capitaneus Florentiae, cum CCC. equitibus, offerebat se Prioribus & Circulis ire ad capiendum Dominum Cursum. Sed Dominus Verius dixit: *Permitte tantum ipsum venire.* Confidebat enim in favore & furore Populi. Populus autem erat sine capite totus territus. Et breviter: Cursum sine resistantia, clamantibus suis: *Vivat Dominus Cursum*, iuit ad carceres, liberavitque captivos. Quo tumultu Priores timentes fugerunt de Palatio. Et sic discursum est ad praedam ad domos Alborum, & duravit quinque diebus cum magna ruina. Deinde pestis haec tranlivit in Comitatum cum magnis incendiis & populationibus. Iis rebus gestis, Carolus reformavit Civitatem pro suo velle. Et Cardinalis Marcus de Aquasparta venit Florentiam, qui alia vice fuerat ibi, & non potuerat componere Partes. Et fecit fieri multas paces & affinitates. Et voluit ordinare officia communiter. Sed Nigri, qui erant fortes, non permiserunt. Unde ipse turbatus recessit, & dimisit Civitatem interdictam. Pax duravit. Nam Simon filius Domini Cursum interfecit quemdam Dominum Nicolaum de Circulis, & vulneratus ab eo deceffit, qui Simon erat juvenis valentissimus. Tandem aliqui Viri praecipui de Parte Albacitati, timentes comparere, recesserunt, alii Aretium, alii Pisas, alii Pistorium, qui adhaeserunt Gibellinis exulibus de Florentia, de quorum numero fuit Dantes. Et eorum bona confiscata sunt per Carolum. Et sic vide, quomodo fuit destructa pars superba Alborum per Carolum Sine Terra in MCCCII. Carolus deinde cum Roberto filio Caroli II. iuit in Siciliam cum magna classe & numero exercitu. Sed inde cito recessit cum turpi pace, & rediit in Franciam, perditâ magna parte suorum militum, sicut dicetur ad Cant. XX. Purgatorii.

Ad Vers. 79.

Farinata, e' l' Tegghiaio - - - - -

Farinata fuit magnanimus Miles de Ubertis de Florentia, princeps Partis Gibellinae; de cuius virtute & gestis dicetur plenius Cant. X. hujus Libri. Tegghiajus nobilis & prudens Miles de Adimaris, de cuius consilio dicetur infra Cant. XVI. Infern. Et dicit:

- - - - - che fur sè degni.

scilicet honore & laude. Et nota quod aliqui heic dicunt, quod Auctor loquitur ironice ibi: quod penitus est falsum. Quia licet sint damnati propter aliqua vitia enormia, tamen sunt laudabiles & famosi in mundo, unde Auctor facit magnam commendationem de eis in locis suis.

Ad Vers. 80.

Jacopo Rusticucci - - - - -

Iste fuit Miles prudens & liberalis, non tamen Nobilis, sed Plebejus de humili genere, de quo dicetur infra Cant. XVI.

- - - - - e' l' Mosca.

Iste fuit Nobilis Miles de Lambertis de Florentia, de quo dicetur infra Cant. XXVIII. & dicit: *È fa, ch' io li conosco*: Quia non sunt praetermittendi silentio.

Ad Cant. VIII. Vers. 1.

Io dico seguitando, ch' assai prima &c.
Antequam descendam ad expositionem literae, ad claram intelligentiam istius continuationis est praesciendum, quod Dantes, quando expulsus fuit de Patria, sicut plene jam patuit supra Cant. VII. fecerat de Opere suo solummodo Septem Capitula praecedentia. Quum autem more exulum, incertus suae fortunae, pluribus annis vagus, moraretur cum diversis Dominis, noluit divina Providentia, quod tam egregium Opus perderetur. Accidit ergo, quod quum quidam rimaretur inter certas scripturas Dantis, in quibusdam cofinis portatis ad loca sacra, quando ingrata turba magis avida praedae quam justae vindictae, cucurrerat ad domum ejus, reperit dicta Septem Capitula. Quibus cum admiratione lectis & inspectis, subtraxit sagaciter de loco, ubi erant, & portavit ad quemdam Civem nomine Dinum (a), eo tempore famosum eloquentem in Florentia. Et breviter pro perfectione Operis imperfecti miserunt ista Capitula Marchioni Marcello Malaspinæ, cum quo tunc Dantes erat. Quae ille factis intelligens Dominus bene notata ostendit fideliter Danti, rogans, ut non dimitteret sine fine Opus, cui fecerat tam altum principium. Dantes opere viso, fertur dixisse *Redditus est mihi maximus labor cum honore perpetuo*. Ergo fato volente, & Marchione instante, non sine magno labore conatus resumere altam phantasmam, quam omiserat, incepit de novo procedere, & continuare materiam inchoatam, dicens: *Io dico, se-*

A *guitando, idest prosequendo materiam intermissam propter exilium.*

Ad Vers. 42.

Dicendo, vie in costà con gli altri cani.

B Est ergo breviter sciendum, quod tempore Philippi Argenti, paulo ante expulsionem Auctoris, fuit in Civitate Florentiae Ciaccus, maximus gulosus, de quo dictum est supra Cant. VI. & quidam alius Joculator leccator, nomine Blondellus, homo parvulus de persona, sed multum politus & ornatus, cum caesarie capillorum flava, non habens pilum tortum in capite. Hic Blondellus una die, tempore Quadragesimae, profectus ad piscariam, volebat emere duas Lampredas pro Domino Verio de Circulis, qui tunc erat Princeps Partis Albae. Quod Ciaccus videns, accessit ad Blondellum, & petiit, quid esset. Blondellus subito finxit, quod heri de sero tres pulchriores Lampredae praesentatae fuerant Domino Curzio de Donatis, qui erat Princeps alterius Partis Nigrae. Et dixit, quod ideo emi faciebat alias duas, quia crastina die erat daturus prandium quibusdam Nobilibus. Petens: *Num venies tu?* Cui Ciaccus respondit: *Bene scis, quod veniam*. Ivit ergo Ciaccus die sequenti, horam prandii ad domum Domini Curzii, quem reperit ante ostium suum cum quibusdam suis vicinis. Qui dixit: *Bene vadat Ciaccus. Quid vadis faciendo?* Et respondit Ciaccus: *Domine, venio pransurus vobiscum*. Et ille: *Vadamus, quia bona est*. Quum autem discubuissent, Ciaccus perpendens, quod nullus erat ibi forensis, putavit se deceptum. Sed

(a) Is certe fuit Dinus Compagnus, Danti Poëtae synchronus, cujus Chronicon Florentinum a me editum fuit Toim. IX. pag. 463. Rex. Italicar.

Sed multo majorem delusionem habuit, quando vidit se non habere nisi de ciceribus & de pisciculis Arni. Et continuo concepit facere vindictam de Blondello. Post paucos ergo dies ivit Ciaccus in Forum, ubi ex aliis Ribaldis elegit unum, qui visus est habilis sibi ad id quod volebat. Et explorans ab eo, si erat bene agilis in pede, promisit sibi unum Grossum, si faceret quod petebat. Imposuit ergo sibi, quod iret ad Logiam Adimarorum, cum uno flasco vitreo in manu, & diceret Domino Philippo Argenti, quod Blondellus mittebat eum, & rogabat, quod rubinaret sibi illud vas cum suo vino, quia volebat solatiari cum quibusdam suis zacarinis. Ivit ergo iste Ribaldus plene informatus a Ciacco, sequente Ciacco parum a longe. Et fecit ambasciatam Domino Philippo ex parte Blondelli. Et statim aufugit, ne ille jam insurgens injiceret manum in eum. Ciaccus, qui notaverat totum, dedit denarium Ribaldo, & recepit flascum suum. Et sine mora ivit, & invenit Blondellum, cui dixit, quod Dominus Philippus faciebat eum quaeri. Quare ipse Blondellus ivit versus Logiam Adimarorum. Et Ciaccus sequutus est eum, exspectans eventum rei. Sed Dominus Philippus, qui non potuerat contingere baratterium, stabat totus turbatus, & rodebat se ipsum in animo, existimans, quod Blondellus ad postam alicujus fecisset sibi hanc truffam. Et ecce interim Blondellum. Cui statim Dominus Philippus venit in occursum. Et quum Blondellus ignarus fraudis factae contra eum, salutareret illum, Philippus, qui erat corpore magnus, fortis, & nervosus, iracundus & indignans dedit sibi cum pugno magnum ictum in fa-

A ciem. Et Blondello clamante: *Hec me! Quid est hoc, Domine mi? Philippus apprehendens eum per crines, abjecto caputio, fulminabat super eum manu, & linguâ clamabat: Proditor! bene videbis, quid est hoc. Quare rubinare mittis tu ad me? Bene rubinabo te. Videor-ne tibi puer irridendus? Et sic dicendo fregit sibi cum pugnis suis, qui videbantur sibi ferrei, totum visum, & totum caput repilavit, volutando ipsum per lutum. Et cum tanto furore repetebat verbera, quod numquam potuit Blondellus dicere unum verbum ad veram sui excusationem. Demum quum multasset eum multis buffis, multi concurrentes cum maximo labore extraxerunt illum de manibus suis, & dicebant Blondello, quod ipse fatue egerat mittendo Domino Philippo Ribaldum cum flasco & truffis, quia bene debebat scire, quod Dominus Philippus non erat homo motteandus. Blondellus autem plorans, excusabat se, quod numquam miserat ad eum pro vino. Et statim cogitavit, hoc factum fuisse operâ Ciacci, quia sollicitaverat eum, ut iret ad Dominum Philippum. Deinde refocillatus, reversus est domum, ubi pluribus diebus stetit, quia non potuit apparere tristis & dolens. Tandem egrediens occurrit Ciacco, qui petivit, quale fuerat vinum Domini Philippi. Blondellus respondit. *Visae fuissent tibi Lampredae Domini Cursii.* Tunc Ciaccus subridens dixit: *In te amodo stat, si velis, mihi dare tam bene ad bibendum.* Ad propositum ergo vide, qualiter Philippus Argenti pro una vana buffa distratiavit crudeliter vilem homuncionem per lutum cum furore. Ideo bene nunc distratiatur viliter, ut canis rabidus ab aliis canibus per triste coenum Infernale.*

Ad

Ad Vers. 45.

Benedetta colei, che 'n te s'incinse.

Heic nota, Lector, quod mater Dantis fuit verè beata. Vocata est enim *Gemmâ*, & tamquam gemma pretiosa misit tantam lucem in mundum.

Ad Cant. IX. Vers. 112.

Si come ad Avli, ove'l Rodano stagna, &c.

Modò ordina sic literam:

Fanno i sepolcri tutto'l loco varo, idest varium diversimode, sicut varia est diversitas colorum, qui sunt intra & prope murum istius Civitatis. *Si come:* supple faciunt ad *Avli*. Ista Civitas est in provincia Narbonensi, quae literaliter dicitur Arelate, sita super Rhodano, longe ab Avinione forte per tres Leucas, juxta quam est maxima multitudo Arcarum diversarum formarum. De quibus dicitur communiter, quod olim tempore Caroli Magni, facto ibi magno conflictu inter Christianos & Saracenos, multis utrinque prostratis, volentes Christiani superstites ex pietate sepelire corpora suorum, rogaverunt Deum, ut ostenderet eos Christianos, qui in tanta communi strage non discernebantur ab infidelibus. Et continuo super quolibet Christiano apparuit cedula indicans quis ille esset. Et sic fecerunt sepulturas parvas & magnas secundum exigentiam cujuscumque. Sed quidquid dicatur, credo, quod hoc sit vanum & fabulosum. Et credo, quod erat ex consuetudine patriae sepelire mortuos, sicut vidi apud alias multas Terras in partibus illis, licet non in tanta multitudine. Sed forte hoc erat, quod Arelate est antiquissima Civitas, & fuit aliquando caput Regni, sicut vidi tempore Urbani V. quum Carolus modernus Imperator accessit ad istam Civitatem, & fecit

A se coronari Regem Arelatensem juxta Rhodanum. Ideo dicit:

----- *ove'l Rodano stagna;*
idest inundat. Et ecce aliam comparisonem:

Si come a Pola presso del Quarnaro. Juxta Polam Civitatem est etiam magna multitudo Arcarum. Audio, quod sunt quasi DCC. numero. Et fertur, quod olim portabantur corpora de Sclavonia & Istria, sepelienda ibi juxta maritimam. Et dicit:

----- *presso del Quarnaro;*
Est enim Carnarium quidam Gulphus in Mari Adriatico in finibus Italiae continens XL. milliaria. Et est locus periculosus valde; ideo dicit:

Ch' Italia chiude, e' suoi termini bagna.

Ad Cant. X. Vers. 46.

Poi disse, fieramente fuo avversi

A me, & a' miei primi, & a mia Parte.

Nota, quod Dantes fuit Guelphus, & ex Guelphis parentibus, quamvis multi dicere & affirmare contrarium conentur vel ex ignorantia, vel ex animositate. Et ut alias rationes omitteram, Dantes non fuisset Florentiae in magno statu, & in MCCC. unus de regentibus & regnantibus, si fuisset Gibellinus Nobilis, quum iam per tot tempora ante Gibellini essent expulsi de Florentia. Tamen Auctor noster Guelphus originaliter, post expulsionem suam factus est Gibellinus, immo Gibellinissimus, sicut aperte scribit Boccacius de Certaldo in suo Libello de Vita & Moribus Dantis. Unde, quod riderer refero, quidam partiscus, hoc audito, dixit: *Verè hic homo nunquam facere potuisset tantum Opus, nisi factus fuisset Gibellinus.* Et probat Farinata ab effectu inimicitiam, quam habuit in communi cum praedecessoribus Dantis:

si

Si che per due fiata gli dispersi :

quia scilicet expuli eos de patria. Unde nota, quod Farinata, princeps partis Gibellinae, expulit bis Guelphos de Florentia, praecipue Nobiles tempore Friderici II. quando istae partialitates fuerunt in magno fervore in Italia, & specialiter in Tuscia, & specialissime in Florentia. Unde vidi Literam, in qua Fridericus laetatur, quod Gibellini de Florentia amici sui expulerint Guelphos. Inmo Fridericus quosdam Nobiles Guelphos captos duxit secum in Apuliam, quos omnes fecit exoculari & macerari in mari. Unde ipse Fridericus venit semel in Comitatum Florentiae, sed numquam voluit intrare Civitatem, quia audiverat ab Astrologis suis, quod ipse erat moriturus Florentiae. Sed mortuus est tandem in alia Florentia, quae est in Apulia. Sed Dantes reddidit sibi vicem, si ille objecerat sibi expulsionem suorum; unde dicit:

Rispost a lui, l'una e l'altra fiata;
Idest ego respondi illi Farinatae, scilicet quod mei majores, & alii Guelphi

----- e' tornar d'ogni parte
----- l'una e l'altra fiata.

Et maxime tempore Caroli Veteris, qui vicit Manfredum filium praedicti Friderici. Cujus favore Guelphi redierunt Florentiam, Farinata expulso cum suis Gibellinis. Ad majorem contumeliam:

Ma i vostri non appreser ben quell'arte;

idest Uberti & alii Gibellini non bene didicerunt artem redeundi, sicut mei; quia scilicet numquam illi reversi sunt, immo dispersi sunt per totum mundum.

Ad Vers. 52.

*Allor fusse a la vista soperchiata
Un'ombra &c.*

A Auctor introducit alium spiritum Florentinum, manifestum Epicureum, qui inquit de filio suo. Ad cujus cognitionem est sciendum, quod iste secundus spiritus fuit quidam Miles Florentinus nomine Cavalcantes de Cavalcantibus. Iste omnino tenuit Sectam Epicureorum, semper credens & suadens aliis, quod Anima simul moreretur cum corpore. Unde semper habebat in ore dictum Salomonis: *Unus est meritus Hominis & Jumentorum, & aequa utriusque conditio.* Iste fuit pater Guidonis Cavalcantis, qui fuit alter oculus Florentiae tempore Dantis. De quo alibi dictum est, & dicitur. Ideo bene Auctor inducit heic istum Militem, qui magnus Epicureus fuit; & ut faciat memoriam de ipso Guidone viro excellenti, fingit, quod ipse petiit de suo filio.

B

C

Ad Vers. 87.

Tale oration fa far nel nostro Tempio.
Debes scire, quod Florentiae apud Palatium Priorum est una Ecclesia, quae fuit olim Ubertorum Capella, & ibi sepeliebantur corpora sua. Modò in ista Ecclesia saepe celebrantur Consilia. Et quando fiebat aliqua reformatio de bannitis reducendis, vel simili re, semper excipiebantur Uberti & Lamberti. Et ideo bene dicit Auctor, quod crudelitas facta apud Montem Apertum facit fieri tales orationes in Templo Ubertorum. Et nota pulcrum modum loquendi. In Templo enim solent fieri orationes ex amore pro hominibus. Heic autem fiebant orationes ex odio contra homines. Immo tantum fuit odium contra istos, quod sepulcra istorum Ubertorum, quae erant in ista Ecclesia, fuerunt aperta, & ossa fuerunt in Arnum dejecta. Si ergo Farinata perdiderat Arcam in patria, Auctor dat sibi Arcam in Inferno.

Poi

*Poi ch' ebbe sospirando il capo mos-
so, &c.*

Heic Auctor ostendit, quomodo Farinata excusaverit se ab ista impietate, & memoraverit suam singulari pietatem erga patriam. Et breviter dicit, quod non fuit solus ad desolationem patriae, sed bene fuit solus ad illius defensionem. Ad cuius rei cognitionem est breviter sciendum, quod semel Gibellini exules Florentini, & fere omnes alii Gibellini principales de Tuscia, convenerunt in Valle Elfae apud Castellum, quod dicitur Empoli, quia habebant certum tractatum in Florentia. Et breviter deliberaverunt, si Civitas haberetur, quod factâ praedâ everteretur tota ferro & igne, quia non possent eam tenere, & quia Florentia erat incentivum & incitamentum omnium bellorum in Italia & totius Tusciae. Tunc Farinata magnanimus libera voce contradixit, quod numquam hoc pateretur, & quod volebat potius perpetuo exulare, immo etiam mori, quàm nobilis Patria sua ita everteretur. Et evaginato ense dixit, quod qui de hoc verbum faceret, reciperet ferrum per pectus suum. Sequutus in hoc exemplum magni Scipionis Africani, qui apud Cannas Apuliae factâ inauditâ strage Romanorum, nudavit gladium super quosdam Nobiles, qui consulebant de deserendo Patriam & Italiam, & sic retraxit eos a tam indigno proposito.

Ad Vers. 115.

Dissemi: què con più di mille giaccio.
Illi Epicurei sunt innumerabiles, unde poterat ita dicere cum pluribus centum millibus, immo mille millibus. Ideo ex numero omnium elicit duos magnificos Epicureos, alterum scilicet Secularem, & alterum Sacerdotem, in magnis dignitatibus posi-

tos, quia fecerat mentionem solum de duobus millibus privatis. Dicit ergo primo de Secundo Friderico. Ad cuius cognitionem est sciendum, quod Fridericus II. de quo multa & saepe dicuntur in isto Opere, quantum spectat ad propositum, fuit vere Epicureus. Quoniam intendens potentiae & imperio per fas & nefas, insurrexit ingratae contra matrem Ecclesiam, quae ipsum pupillum educaverat, & exaltaverat ad Imperium. Et Ecclesiam ipsam variis bellis afflixit per spatium XXX. annorum & ultra. Pacem turpem fecit cum Soldano, quem posset totam Terram Sanctam recuperare. Multos Praelatos captos, venientes ad Concilium per mare, inhoneste tractavit, & in carceribus maceravit. Saracenos in Italiam induxit. Beneficia Ecclesiarum contulit, & bona earum ulurpavit. Quum autem esset in Syria, captus est amore cuiusdam Principissae de Antiochia. Nam fuit multum pronus in libidinem. Sed quum illa se excusaret assentire sibi, quia Fridericus habebat uxorem, ipse fraudulenter ordinavit ad tempus, quod venirent duae Galeae totae nigrae cum velis, remis, & omnibus instrumentis nigris, & hominibus nigro indutis, qui dicerent, quod venirent de Occidente de Italia, & referrent cum planctu, quod Imperatrix uxor Friderici migraverat de hac vita. Et cum ista arte seduxit istam, quam optabat habere. Et habuit eam tamquam in legitimam conjugem. Et ex ea habuit filium, qui vocatus est Fridericus de Antiochia. Qui postea fuit aliquando Vicarius in Tuscia pro eo, & fuit missus a Friderico Florentiam cum MD. equitibus in subsidium Gibellinorum contra Guelphos. Fridericus itaque ut breviter dicam, mortuus est ex-

communicatus, & ut aliqui dixerunt, suffocatus a filio suo Manfredo. Et sic male finivit cum tota stirpe sua, ut patebit in Cant. III. Purgatorii, & in III. Paradisi. Fuit tamen valentissimus in mundo, ac potentissimus, ut saepe, & praecipue infra Cant. XIV. dicitur. Nunc ad litteram dicit ille Farinata:

Quà entro è lo secondo Federico;

Dicitur est Secundus ad differentiam Avi sui Friderici Barbaruffae, qui vocatus est Fridericus Primus, de quo etiam alibi saepe dicitur & praecipue Cant. XIX. Purgatorii.

Quà entro è - - - - -

Idest intra Arcam istam, in qua sum: Et cui non sufficiebant tot Regna in mundo, nunc jacet inclusus in isto carcere caeco. Postea nominat alium, scilicet Cardinalem Octavianum de Ubaldinis. Iste claruit post Fridericum II. Scilicet tempore Manfredi, & Caroli I. Veteris. Sed heic multi dubitant, & dicunt, quare debeo plus intelligere de Octaviano, quam de alio, ex quo Auctor dicit simpliciter *E' l' Cardinale*, neminem nominando. Dico breviter: quia fuit vir valentissimus tempore suo, sagax, & audax, qui Curiam Romanam vexabat pro velle suo, & aliquando tenuit eam in montibus Florentiae in Terris suorum per aliquot menses. Et saepe defendebat palam rebelles Ecclesiae contra Papam & Cardinales. Fuit etiam magnus protector & fautor Gibellinorum. Et quasi obtinebat quidquid volebat. Ipse fecit Archiepiscopum Mediolani, qui exaltavit stirpem suam ad dominium illius Civitatis, & alteram potentiam in Lombardia. Erat multum honoratus & formidatus. Ideo, quando dicebatur tunc, *Cardinalis dixit sic: Cardinalis fecit sic;* intelligebatur

A de Cardinali Octaviano de Ubaldinis per excellentiam. Fuit tamen Epicureus ex gestis & verbis ejus. Nam quum semel petiisset a Gibellinis Tuticiae certam pecuniae quantitatem pro uno facto, & non obtinuisset, prorupit indignanter & irate in hanc vocem: *Si Anima est, ego perdidimillies pro Gibellinis ipsam.* Et concludit Farinata:

B

- - - - - *È degli altri mi taccio.*

Quia nimis longum esset enarrare Viros magnificos de Secta Epicureorum. Et etiam esset inhonestum, & malum exemplum audientibus, infamare homines de tali haeresi, nisi sit omnino manifesta. Ah quot sunt Haeretici, qui simulanter videntur Catholici timore poenae vel infamiae!

C

Ad Cant. XII. Vers. 74.

Del sangue più, che sua colpa sortille. Proh dolor! In haec tempora infelicitas mea me deduxit, ut viderem hodie miseram Italiam plenam Barbaris & Socialibus omnium nationum. Heic enim sunt Anglici, Alemanni furiosi, Britones bruti, Vascones rapaces, Hungari immundi. Qui omnes currunt in perniciem Italiae, non tam viribus, quam fraudibus & proditionibus Provincias vastando, & Urbes nobilissimas spoliando,

D

Ad Vers. 76.

E

- - - - - *È con la cocca*

Fecce la barba indietro alle mascelle. Idest cum sistica, cum tacha. Cocha enim appellatur Florentiae finis saggittae. Et hoc fingit Auctor, ut ostendat, qualiter iste habebat magnam silvam pilorum circa os, quae dependebat sibi usque ad pectus. Sic portant communiter isti militantes. Ideo ut posset expeditius loqui, detexit sibi os a barba densa.

Ad

Ad Vers. 109.

Et quella fronte, ch' ha 'l pel così nero.

Heic Auctor, nominato Tyranno antiquo de Sicilia, qui fuerat paulo ante tempora Alexandri Magni, nunc transit in Italiam, & nominat unum Tyrannum modernum, pessimum, scilicet Ecerinum de Romano. Ad cuius cognitionem breviter est sciendum, quod iste Ecerinus Tyrannus crudelissimus fuit tempore Friderici, de Romano Castello Comitatus Tarvisii, magnus Dominus & potens in ipsa Marchia Tarvisina tota, in qua exercuit magnas violentias & crudelitates, adeo quod quidam scripserunt, ipsum fecisse mori quinquaginta millia hominum. Sed inter alia millia mala impia, quum perdidisset Paduam, furoris rabie stimulatus, fecit crudelissime necari duodecim millia Paduanorum ferro, fame, & igne, quos habebat apud se. Regnavit Ecerinus Veronae XXXIV. annis, de cuius potentia, nequitia, & gestis dicam Cant. IX. Paradisi. Ideo heic tam cito pertranseo. Nunc ad literam. Auctor describit Ecerinum ab habitu corporis dicens.

Et quella fronte, ch' a 'l pel così nero,

Idest nigram. Scribunt aliqui, quod Ecerinus fuit corpore mediocris, niger, pilosus totus. Sed audio, quod habebat unum pilum longum super nasum, qui statim erigebatur, quando excandescibat in iram, & tunc omnes fugiebant a facie ejus:

E' Argolino - - - - -

Et heic nota, quod Auctor utitur vulgari Tusco, quin de rei veritate vocatus fuit Ecerinus, sicut scribit Mussatus Paduanus, Musarum amicus, in Tragœdia, quam fecit de Ecerino, in qua fingit, quod fuit genitus ex patre Diabolo.

Ad Vers. 110.

- - - - - Et quell' altro ch' è biondo.

Heic Auctor nominat alium nimium modernum, qui fuit post Ecerinum, & sibi vicinum, scilicet Opizum Marchionem Estensem. Ad cuius intelligentiam est notandum, quod Auctor noster non describit istum a certa macula frontis, sicut fecerat Ecerinum, quia macula Opizonis fuerat accidentalis. Fuerat enim monoculus, non a natura, sed a casu, quum hastiluderet ob amorem cujusdam Dominae. Ideo denominatus est Marchio Opizo ab oculo. Sed describit ipsum a pulchritudine corporis. Quia Domus Estensis habuit omnes naturaliter corpore pulcros, sicut Azonem I. qui fuit Dominus Veronae, de quo dicitur Cant. VI. Purgatorii; & Azonem II. filium primi, qui eripuit Paduam Ecerino pro Ecclesia & ipsum Ecerinum debellavit apud Abduam flumen Lombardiae. Vicit etiam Fridericum II. apud Parmam, ut dicitur alibi. Opizo ab oculo nepos istius Azonis II. natus est ex Raynaldo filio ejus in carcere II. Friderici in Apulia, quem pater dederat Friderico in obsidem. Et licet saepe Fridericus offerret reddere sibi, numquam voluit recedere ab Ecclesia propter recuperare unicum filium suum dilectum. Et ob hoc Opizo postea fuit fautor & Auctor Carolo I. contra Manfredum filium Friderici in vindictam patris. Hic Opizo habuit tres filios magnificos, scilicet Azonem primogenitum magnificentissimum, qui dictus est Azo III. de quo heic fit mentio, & alibi saepe in isto Libro, & Franciscum, & Aldrovandinum; ex quo natus est Obizo, qui tenuit dominium diebus nostris, pater Nicolai nuper regentis, & Raynaldus, & Nicolaus. Ad propositum ergo dicit

Au-

Auctor, & nominat Marchionem Opizone ab oculo, & Azonem III. filium ejus, quia uterque visus est violentus tempore suo. Nam Obizo non contentus suum dominium intra aquas Padi contineri, Regium & Mutinam occupavit, & tenuit dominium Ferrariae XXVIII. annis, ubi mortuus est in MCCXCIII. Itaque Opizo & Azo filius ejus regnaverunt tempore nostri Auctoris. Azo vero Bononiam & Parmam magnis bellis affixit. Neutram tamen potuit obtinere. Immo videbatur subjugaturus Lombardiam potentiâ suâ & magnificentiâ, acceptâ in uxorem filiâ Caroli II. sorore Regis Roberti. Post modicum tamen amissis Mutinâ & Regio, in duobus diebus infirmatus & mortuus est in anxietate sine prole. Ex quo dominium ejus remansit in magna lite inter fratres & nepotes. Et filius Franciscus naturalis tenuit dominium modicum, & magnum bellum fecit cum favore Venetorum, quia mater ejus fuit Veneta. Mortuus est Azo III. Anno Domini MCCCVIII. quum regnasset XV. annis. Nunc ad literam. Describit Opizonem ab habitu corporis, dicens:

----- *ch' è biondo*

E' Obizo da Este: -----

Et tangit mortem ejus violentam, quia in fama fuit, quod quum infirmaretur, Azo filius ejus fecerit ipsum juvari citius mori. Hoc autem habuit Dantes a Ricobaldo Ferrariensi, magno Chronista, qui tunc vivebat, & qui hoc scribit in Chronicis suis, quia dicit, quod Azo mortuus est in Castro Estensi, quum timeret necem sibi a familiaribus inferri, sicuti Opizoni patri occurrerat. Dicit ergo:

Tom. III.

A

----- *il qual per vero*

Fu spento dal figliastro su nel mondo.

Et heic nota, quod pulcre & honeste Auctor palliat istud factum, vocans filium filiastrum, quasi velit innuere, quod non posset cadere in mentem alicujus, filium praesumere aliquid contra patrem. Ideo dicit, quod verè fuit extinctus a privigno, non a vero filio, quia natura non patitur hoc.

B

Ad Vers. 118.

Mostrocci un' ombra d' un canto sola, &c.

Heic Auctor ostendit, qualiter Nefus ostenderit unum singularem violentum de gente ista, qui commisit homicidium nimis detestabile apud Civitatem Vicerbii. Ad intelligendum clare crudele facinus, quod heic tangitur, expedit scire, quod Henricus Rex Angliae, hujus nominis Tertius, bonorum Regalium dilapidator & prodigus, fecit Barones sibi rebelles. Quorum operâ Rex Franciae misit in Angliam Simonem Comitem de Monteforte, virum strenuum & idoneum Regno, qui conjecit in vincula Henricum Regem, & Ricardum fratrem ejus, & filios Regis. Sed Eduardus primogenitus, vir inclytæ virtutis, evasit velocitate equi. Qui postea feliciter debellavit praefatum Simonem jam gravem Baronibus, quia superbe ad Regni solium aspirabat, quem fecit in partes defecari, & in ejus os pudenda ejus immitti. Sic Eduardus victor patrem, patruum, & fratres suos liberavit. Qui postea patri successit in Regno. Verumtamen contumeliosae mortis Simonis Henricus filius Ricardi praedicti, consanguineus Eduardi, luit postmodum poenas. Nam quum Philippus Rex Franciae, filius Ludovi-

C

D

E

ci Sancti, rediens a Tunitio cum Carolo Rege Siciliae, pervenisset in Italiam ad Civitatem Viterbii, Guido de Monteforti filius Simonis, interfecit ipsum Henricum, & ipsum deinde tractum, membratim lacera- vit, Anno Domini MCCLXX. Eduardus enim a Tunitio transierat Acon in subsidium Terrae Sanctae, ubi mansit triennio, & iste Henricus revertebatur cum aliis Regibus, ut rediret in Angliam, cujus pater Ricardus electus erat Rex Romanorum, deposito Friderico II. Guido autem excommunicatus a Gregorio Papa X. tandem veniens ad mandata, traditus est carceri, a quo tamen evasit in terrenum ipsius Caroli. Tamen finaliter mortuus est mala morte. Et ulterius breviter est sciendum, quod Guido de Monteforti magnus Comes adhaesit Carolo Duci Andegaviae, fratri Ludovici Regis Franciae, & in brevi factus est sibi familiarissimus & carissimus, qui erat vir alti cordis, magni consilii, & magnae probitatis. Accidit ergo, quod quum Carolus praedictus vocatus ab Ecclesia in Italiam contra Manfredum Regem, vellet venire Romam per mare ad Papam, commisit isti uxorem suam, & omnes suos, & totum exercitum ducendum per terram. Qui magnifice totum fecit, & cum Carolo semper fuit in omnibus bellis, periculis & laboribus, & fuit magna pars victoriarum ejus. Quapropter Carolus victor Regni Apuliae & Siciliae fecit Guidonem Vicarium suum in Tuscia, cujus Vicariatum habebat ab Ecclesia. Accidit deinde, quod Carolus semel venit Viterbium cum multis rebus. Qui revertebatur de ultra mare a Tunitio, ubi Ludovicus frater ejus erat mortuus. Inter alios Reges erat

A Philippus filius dicti Ludovici, qui portans ossa patris sui, revertebatur in patriam, scilicet in Galliam; Et Henricus filius Ricardi Regis. Reges isti fecerunt moram aliquot diebus Viterbii, ubi tunc vacabat Sedes Papalis, ut facerent, quod Cardinales, qui erant in discordia, eligerent novum Papam. Tunc pertractatum fuit nimis atrox facinus, sub custodia Regis Caroli. Nam quum Henricus praedictus esset in una Ecclesia Viterbii, dum elevaretur Corpus pretiosissimum Domini nostri Jesu Christi, Guido Comes Montisfortis, tunc Vicarius Caroli in Tuscia, manu propria cum mucrone impie transfixit Henricum praedictum, & munitus gente pedestri & equestri, fecit pejus. Nam dum unus ex militibus suis petiisset. *Quid fecisti?* ipse respondit: *Feci meam vindictam.* Et illo replicante: *Quomodo fecistis vindictam vestram, quum pater vester fuerit trausus per capillos?* continuo Guido reversus in Ecclesiam, cepit dictum Henricum per capillos, & turpiter traxit usque extra Ecclesiam. Et commisso tam horrendo sacrilegio & homicidio, evasit sospes in Maritimam in Terris Comitis Russi soceri sui. Ex hoc facto tota Curia fuit valde turbata. Infamantes & vituperantes Carolum, arguebant sic: *Si Carolus fuit facti conscius, nequissime fecit; & si ignoravit, cur tam abominabile scelus dimisit impunitum?* Corpus fratris sui portaverunt in Angliam, ubi sepultum fuit in Civitate Londrae in quodam Monasterio Monachorum, vocato ibi *Guamister*, in una Capella, in qua sepeliuntur omnes Reges Angliae, & in circuitu Capellae sunt imagines Regum. Ubi supra sepulcrum Henrici posita fuit una Statua inaurata, quae in manu dextera

tenet Calicem sive craterem aureum, in quo est cor dicti Henrici balsamatum, & supra cor stat gladius nudus, testis hujus necis. In manu vero sinistra tenet chartam cum isto versiculo:

Cor, gladio scissum, do cui consanguineus sum.

Scilicet Eduardo. Eduardus postea numquam fuit amicus Caroli, nec Domus Franciae. Nunc ad propositum. Auctor damnat heic istum Guidonem ob istam inauditam violentiam. Licet enim Guido iste fuerit magnus effusor sanguinis, & in multis bellis pro Carolo, tamen iuste; sed istud fuit nimis excessivum homicidium, primo ratione loci, quia in Ecclesia Dei, & in Curia Romana, & vacante Sede; secundo ratione personae, quia posuit manus in filium Regis; tertio quia iniuste. Nam Rex Angliae fecit mori patrem ejus culpabilem, tamquam reum majestatis ejus, * quia infamiam & verrecundiam Caroli Regis domini sui pertractabat. Ad Literam ergo dicit Auctor: Et ille Centaurus *Mostrocci un' ombra*, scilicet animam Guidonis de Monteforte: *da l'un canto sola*, propter singulare maleficium enormiter commissum:

Dicendo; Colui fesse in grembo a Dio, Scilicet ante Altare, ubi elevabatur pretiosissimum Corpus Domini nostri Jesu Christi consecratum,

Lo Cor che'n su Tamigi ancor si cola.

Idest colitur. Dat intelligi Civitatem per fluvium. Tamisius enim est fluvius, qui labitur juxta Londram Civitatem Regalem, quae olim vocabatur Trinovantum, sicut scribit Julius Celsus, quod gens Julii Caesaris transivit istum fluvium, quod non apparebant nisi capita eorum.

Ad Cant. XIII. Vers. 31.

*Allor porsi la mano un poco avanti,
E colsi un ramuscello da un gran pruno.*

Et heic nota, quod erat heic inclusa anima magna viri magni. Ideo dat sibi arborem magnam. Iste etenim erat Petrus de Vineis magnus Cancellarius Friderici II. floridus dictator, de quo bene dictum est:

Hic redit in nihilum, qui fuit ante nihil.

Hic namque infimo genere ortus, puta ex patre ignoto, & matre muliercula abjecta, quae mendicando suam & filii vitam inopem misere sustentabat; tandem misere post studium Literarum pauper a casu perductus ad Imperatorem, sacrum Palatium ingenio, & fortunâ dives incoluit; tantumque processu temporis Imperiali favore, Arte dictandi, & Juris Civilis peritia floruit, ut quasi illo tempore non habuerit parem. Ex quo in oculis Imperatoris gratiosus & carus, magnae Curiae Protonotarius, Consiliarius, Judex, & Arcanorum conscius est factus. Cujus singularis familiaritatis apud Imperatorem fuit hoc mirabile signum, quod in Neapolitano Palatio effigiatus erat Imperator & Petrus: unus in folio, alter in sede: Populus autem ad pedes Imperatoris procumbens, justitiam in causis sibi fieri postulabat his versibus:

Caesar, amor Legum, Friderice piissime Regum

Causarum telas nostrarum solve querelas.

Imperator autem videbatur dare tale responsum his aliis versibus:

Pro vestra lite Censorem Juris adite.

Hic nam jura dabit, vel per me danda rogabit:

Vinea . . . cognomen , Petrus est sibi nomen .

Quum autem esset in tanto culmine constitutus, infamiam prodicionis incurrit. Ideo ab Imperatore carceri datus ac caecatus, desperate vitam finivit. Et quia haec infamia infidelitatis publica fuit, ideo bene Poëta inducit Petrum, petentem famam sibi reddi, & rumpit parvum ramusculum, ut faceret modicum damnum arbori, & tamen cum magno dolore patientis, unde statim ponit effectum, scilicet querelam istius spiritus inclusi dicens:

E 'l tronco suo gridò , perchè mi scbiante ?

Ad Vers. 58.

Io son colui , che tenni ambo le chiavi

Del cor di Federigo , - - - -

Heic Petrus de Vineis incipit suam narrationem, per quam primo describit suam felicitatem, deinde suam infelicitatem. Et ad utriusque intelligentiam bonum est praescire plenius, quis fuerit homo iste, & qualis ejus fortuna. Iste ergo fuit Petrus de Vineis famosus Cancellarius Friderici II. qui fuit magnus Doctor utriusque Juris, magnus Dictator stili missorii, cursivi, Curialis. Et habuit naturalem prudentiam magnam, & laboriosam diligentiam in officio. Propter quod mirabiliter meruit gratiam Imperatoris, adeo quod sciebat omnia illius secreta. Et ejus consilia firmabat & mutabat pro libito voluntatis. Et omnia poterat quae volebat. Sed nimia felicitas provocavit eum in invidiam multorum & odium. Nam ceteri quasi Curiales & Consiliarii videntes exaltationem istius vergere in depressionem ipsorum, ceperunt conjuratione facta certatim accusare ipsum fictis criminibus.

A Unus dicebat, quod erat factus ditior Imperatore. Alius, quod adscribebat sibi, quidquid Imperator fecerat prudentiâ suâ. Alius dicebat, quod ipse revelabat secreta Romano Pontifici, & sic de aliis. Imperator vero praedictorum suspectus & crudelis fecit ipsum exoculari, & bacinari, & trudi carceri. In quo ipse non valens ferre tantam indignitatem, quia

Quae venit indigne poena dolenda venit ;

Se ipsum interfecit. Et scribunt aliqui, quod Petrus dum portaretur cum Friderico, eunte in Tusciam super unâ mulâ, ad Civitatem Pisarum depositus apud Castellum Sancti Miniatis, percussit caput ad murum, & mortuus est ibi. Alii tamen dicunt, quod Petrus ipse stans in Palatio, quod habebat valde altum, in Capua patria sua, praecipitavit se de alta fenestra, dum Imperator transiret per viam. Sed quidquid dicatur, credo, ut jam dixi, quod se interfecerit in carcere; quia non videbatur bene verisimile, quod Imperator post caecitatem duceret eum inutiliter secum, aut quod dimiserit eum in libertate sua post caecitatem, quia non erat caecatus mente, & potuisset sibi caecus multum nocere consilio suo, sicut Appius caecus sapientissimus Romanus nocuit Pyrrho infestissimo hosti. Et breviter vult dicere, quod ipse considerans, quod pro praemio verae virtutis incurrebat poenam falsi scelevis, sicut dicit de se Boëtius in simili casu, ex summa indignatione se interfecit. Dicit ergo

L' animo mio per disdegno gusto,

Credenzo col morir fuggir disdegno,

Ingiusto fece me contra me giusto :

Quia ubi primo eram innocens, per impatientiam feci me nocentem.

Quan-

Quanto ergo melius & prudentius egit Bërius, qui se ipsum fortiter & prudenter consolatus est in tanta indignitate?

Ad Vers. 74.

Vi giuvo, che giammai non ruppi fede

Al mio Signor, che fu d' onor sì degno.

Scilicet Friderico. Sed contra. Ipse Petrus in quibusdam Epistolis, quas fecit de infelicitate sua, profitetur se nocentem. Dico breviter, quod illae Epistolae non fuerunt suae, licet videantur habere conformitatem cum stilo suo. Et posito quod fuerint suae, hoc faciebat Petrus ipse ad conciliandam sibi gratiam Principis. Et quia dicit;

----- che fu d' onor sì degno.

Contra. Fridericus, ut dictum est Cant. X. fuit Haereticus, Epicureus, excommunicatus. Quomodo ergo fuit honore dignus, quum honor exhibetur in testimonium virtutis? Dico breviter, quod Fridericus, sicut & omnis Dominus, est dignus honore, non ratione virtutis, sed dignitatis, quia Dominus repraesentat personam totius multitudinis, & honor sibi exhibitus redundat in honorem Communitatis. Ideo bene dicit Apostolus: *Servi subditi estote Dominis etiam si discolis.* Fridericus autem fuit summe gloriosus inter Principes modernos. Nam a Carolo Magno citra non fuit alius Imperator Romanorum magnificentior, aut potentior eo. Fuit enim Imperator Romanorum, Rex Alamanniae, Rex Siciliae, & Apuliae, Rex Hierusalem, Dux Suaviae, magnamque partem Syriae tenuit. Fuit multum formidatus a Christianis & Saracenis mari & terrâ. Habuit inclytam prolem, scilicet Henricum primogenitum, qui fuit claudus corpore, sed integer mente. Habuit Conradum pulcherrimum. Ha-

A) buit Manfredum liberalissimum, & Entium strenuissimum. Multa & magna Castella fecit, praecipue in Apulia. Fuit Fridericus staturae communis, facie laetus, colore subrufus, habens membra quadra. Naturaliter prudens; tatis literatus: universalis in omnibus rebus. Erat enim peritus artifex omnium fere Artium Mechanicarum, quibus animum intenderat. B) Multarum Linguarum doctus. Scivit enim multa idiomata, scilicet Latinum, Teutonicum, Gallicum, Graecum, Saracenicum. Strenuus in armis. Satis liberalis. Rigidus punitor. Delectabatur valde aucupio Falconum, sed multo magis amplexibus mulierum. Habebat enim semper gregem pulcherrimarum. Et ut breviter dicam. Totus terrenus, magis cupidus Regni mundani, quam coelestis. Qui imperavit annis XXX. & vixit annis LVII.

Ad Vers. 76. & seqq.

Et se di voi alcun nel mondo riede

Conforti la memoria mia - - -

D) Heic nota, Lector, quod Auctor bene servavit promissum Petro, quia bene resuscitavit bonam famam mortuam, purgatâ infamiâ. Quia donec Liber iste vivet, semper dicetur, quod Petrus iste fuit injuste infamatus, & injuste punitus. Et credo, quod Auctor non fecerit hoc contra conscientiam; quia ultra famam & scripturam aliquorum, habebat conjecturam verisimilem. Nam Fridericus II. filium suum primogenitum similiter innocentem, & falso crimine proditoris infamatum fecit mori in carcere suo. Unde debes scire, quod Henricus primogenitus Friderici, operante patre, electus Rex Romanorum, ex conscientia coepit cum humilitate & reverentia rogare patrem, ut cessaret a perturbatione Ec-

cle-

clesiae, quae ipsum pupillum educa-
 verat, & promoverat ad culmen to-
 tius Imperii. Et quum precibus ni-
 hil proficere posset, coepit eum etiam
 juste increpare, ut eum ab obstinata
 pertinacia revocaret. Fridericus autem
 accensus indignatione & ira, coepit
 suspicari, ne filius faceret conjura-
 tionem cum Ecclesia contra se. Et
 imposuit sibi falso, quod iste Henri-
 cus voluerat sibi surripere Regnum
 Siciliae, dum ipse iret ultra mare
 in Syriam. Et breviter, ipsum captum
 tradidit carceri, cum duobus filiis,
 ubi inter catenas & multa incom-
 moda mortuus est. Alii tamen scri-
 bunt, quod Fridericus poenitentia
 ductus misit pro filio, ut concilia-
 ret ipsum sibi. Sed Henricus, dum
 duceretur in via, timens, ne pater
 crudelius tractaret eum, cujus crude-
 litatem jam satis fuerat expertus,
 praecipitavit se simul cum equo de
 quodam Ponte, sive saxo, & sic in-
 feliciter exspiravit. Quod si verum
 est, patet, quod Henricus est simili-
 ter cum Petro de Vineis arborifica-
 tus in ista silva. Et si Fridericus
 ipse innocentem filium falso infama-
 tum damnavit, quanto magis eum
 Cancellarium bene de se meritum?
 Jure igitur Fridericus alium filium
 invenit crudelem in morte sua, qui
 tam crudelis fuerat in primum, Mi-
 thridatis Regis exemplo.

Ad Vers. 118.

*Quel dinanzi, ov' accorri, accorri morte:
 E l' altro, cui pareva tardar troppo,
 Gridava - - - - -*

Haec Auctor ostendit, quomodo se ha-
 buerunt isti duo fugientes, unus post al-
 lium. Et primò de primo. Ad cujus co-
 gnitionem est breviter praesciendum,
 quod in MCCLXXXVIII. Florentini
 cum aliis Terris Guelphis Tusciae,
 videntes, quod Guilielmus de Uber-

A
 tuis de Aretio, Episcopus Areti-
 nus, vir valentissimus, faciebat cap-
 put in Aretio cum sequacibus Gibel-
 linis de Tuscia, de Romandiola, de
 Marchia, & de Ducatu; qui con-
 gregatà gente equestri & pedestri bel-
 ligerabant super Comitatum Floren-
 tiaë & Senarum: deliberaverunt re-
 sistere audaciae Aretinorum, & col-
 legerunt omnes vires suas. Nec um-
 quam fecerant tantum apparatus,
 postquam pars Guelpha viguerat Flo-
 rentiae. Habuerunt enim MMDC.
 equites, & duodecim millia peditum.
 Et tandem profecti super Areti-
 um, ceperunt aliquot Castella, &
 praecipue Laterinam, ubi erat Lupus
 de Ubertis Capitaneus. Qui videns
 C se circumvallari, reddidit Terram.
 Et quum multum increparetur a Gi-
 bellinis, quod viliter se reddiderat,
 excusavit se scommate lepido, di-
 cens: *Quod Lupus non erat solitus sta-
 re inclusus.* Interim venerunt Senen-
 ses cum CCC. equitibus, & MMM.
 peditibus, & vastaverunt bona circa
 Aretium. Sed in Vigilia Baptistae
 facta est furiosa tempestas cum tur-
 bine aquae & grandinis, quae mul-
 tum offendit exercitum, & maxime
 Senensem, lacerando violenter & a-
 sportando per aërem papilionem, tu-
 guria, & alia tentoria: quod fuit
 augurium proximae stragis. Nam ter-
 tia die sequenti Florentini levave-
 runt campum, & suadebant Senensi-
 bus, ut venirent secum, quia essent
 tutiores. Senenses indignati se repu-
 tantes potentes, iverunt per viam
 rectam. Tamen cum eis ivit Comes
 Alexander de Romena, Capitaneus
 illius ligae. Tunc Capitanei Aretii,
 qui plures erant & probi, & praeci-
 pue Boncomes filius Comitis Guido-
 nis de Montefeltro, & Guilielmus
 de Pasis Miles, praesentientes recessum

sum Senensium separatim, posuerunt insidias CCC. equitum & MM. pedatum ad vadum * Plebis del Topo, ubi Senenses ibant inordinate. Et breviter aggredientes Senenses improvidos, posuerunt eos faciliter in conflictum, & trucidaverunt ultra trecentum de melioribus, & de civibus Senensibus, & nobilibus viris Maritimae. Et sic Aretini vastati a Senensibus in rebus, vastaverunt eos in personis. Ex quo conflictu Aretini fuerunt multum resumpti. Sed laetitia ista fuit brevis parti Gibellinae. Quoniam anno sequenti Aretini receperunt terribilem illum conflictum apud Biblenam, in quo mortui sunt duo praedicti strenui Duces, scilicet Episcopus Aretinus, & Bonconte de Montefeltro, de quibus plene dicitur Cant. V. Purgatorii. Modò ad propositum. In isto conflictu Lanus, nobilis juvenis Senensis, qui ditissimus magnum patrimonium suum brevi tempore contulerat, ingessit se sponte in proeliantium globum, & ibi fortiter pugans occisus est.

Ad Vers. 133.

*O Giacopo, dicea, da Sant' Andrea
Che t'è giovato di me fare schermo?*

Idest clypeum & reparaculum contra canes, abscondendo te in cespite meo. Quasi dicat; Nihil tibi profuit & magnum damnum mihi dedisti & fecisti, & nescio quare:

Che colpa ho io de la tua vita rea?

Quasi dicat: Si abjecisti tua, quare debeo ego pati poenam pro te? Nonne sufficit mihi poena mea? Ego enim abjeci sponte esse, & tu abjecisti aes, quod conservat ipsum esse. Ergo ad quid, quum tu pauper recurras ad pauperrimum? Quia si tu privasti te substantia, ego privavi me vitâ. Sed ne dimittam aliquid indi-

A scussum, debes scire, quod iste Jacobus ita laceratus a canibus, fuit de potenti Civitate Paduae, vir nobilis, de Capella Sancti Andreae, a qua denominationem sumsit. Homo quidem ditissimus omnium privatorum suae patriae in campis, villis, pecuniis, animalibus. Qui inaestimabilem opulentiam divitiarum prodigaliter, immo proterve & insane perdidit & consumpsit. Nam, ut audivi a fide dignis de Terra sua, fecit multas ridendas vanitates. Semel quum non posset dormire, mandavit, ut portarentur plures petiae Pigolati Ciperani facti cum cola, & lacerarentur a familiaribus in camera, ut ad illum stridorem somnus provocaretur sibi. Ideo Auctor facit ipsum a canibus lacerari, non ad solatium, sed ad supplicium. Aliâ autem vice quum iret de Padua Venetias per flumen Brentae in navi cum aliis juvenibus sociis, quorum aliqui pullabant, aliqui cantabant, iste fatuus, ne solus videretur inutilis & otiosus, coepit accipere pecuniam, & denarios singulatim dejicere in aquam cum magno risu omnium. Sed ne discurrendo per ista, videar tibi magis verborum prodigus, quam ipse nummorum, venio breviter ad magnam violentiam, quam insane fecit in bona sua. Quum enim semel esset in rure suo, audivit, quemdam Magnatem cum comitiva magna Nobilium ire ad prandium secum. Et quia non erat provisus, nec poterat in brevissimo temporis spatio providere, secundum quod suae prodigalitati videbatur convenire, subito egregiâ cautelâ usus est. Nam fecit statim mitti ignem in omnia tuguria Villae suae satis apta incendio, quia ex paleis, stipulis, & cannulis, qua-

* Dicitur nunc communi vocabulo, *Pieve al Toppo*.

qualia sunt communiter domicilia Rusticorum in territorio Paduanorum. Et veniens obviam istis, dixit, quod fecerat ad festum & gaudium propter eorum adventum, ut ipsos magnificentius honoraret. In hoc certe violentior & vanior fuit Nerone. Quia Nero fecit incendi domos Urbis, iste verò proprias. Nero, quamvis laetus, pulcritudine flammae Iliadem decantaret, tamen fecit incendi domos, offensus angustiâ viarum, ut dicit Svetonius, quia scilicet timebat sibi insidias. Iste vero laetus gloriabatur incendio magno, quod fecerat varissimâ causâ. Ideo bene Auctor inducit canes ad faciendam venationem de eo, qui sibi & alteri violentiam miserabilem intulerat.

Ad Vers. 143.

Io fui della Città, che nel Batista

Cangidò 'l primo padrone - - -

Nunc iste spiritus innominatus respondet ad quaesitum, ut reddat Auctorem pium ad congregandas frondes sparsas, sicut postea faciet. Et describit se a patria, & culpa, & sententialiter usque in finem. Nec vult aliud dicere nisi, quod fuit Florentinus natione, & quod suspendit se laqueo. Ad quod sciendum, quod bene non potest conjecturari, de quo Auctor loquatur heic, quia multi fuerunt Florentini, qui se laqueo suspenderunt eodem tempore, sicut quidam de Modiis nomine Ruchus, & quidam Dominus Lottus de Aglis, qui datâ unâ sententiâ falsâ ivit domum, & statim se suspendit; & multi alii, quorum nomina non meminî. Et credo, quod Auctor de industria sic fecerit, ut posset intelligi de unoquôque talium, licet forte posset intelligi potius de Judice, qui erat majoris pretii, & gravius deliquit. Dicit ergo ille spiritus descri-

Abens patriam suam a protectoribus suis.

Io fui della Città, idest de Florentia, che mutò il primo padrone, scilicet Martem nel Batista, idest Johannem Baptistam, qui est hodie Patronus Florentiae. Et ad hujus intelligentiam est sciendum, quod Civitas Florentiae olim habuit Martem pro Deo praecipuo & Protectore suo. Et ut colligitur ex Chronicis Florentiae, stetit sub Imperatoribus Romanis in lege Pagana per CCCL. annos. Et si qui erant Christiani, timore non propalabant se, usque ad tempus Constantini, quo tempore firmata est Ecclesiae libertas, & Fides diffusa per totum. Florentini ergo Statuam Martis de Templo abstulerunt, & loco illius assumerunt Johannem Baptistam pro eorum Patrono & protectore, non mutatâ formâ Templi. Statuam autem Martis posuerunt intactam in alta Turri, quia opinio constans erat omnium, quod quandocumque mutaretur, vel in aliquo laederetur, magnum periculum, & nova mutatio immineret Urbi. Tenebant enim adhuc aliquos mores Paganismi; immo semper tenuerunt hanc credulitatem vanam. Sed ista imago dicitur fuisse perdita, quando Florentia fuit destructa per Attilam. Postea tandem reaedicata Civitate, fuit reinventa, & posita in uno Pilastro in capite Pontis Veteris, ubi stetit usque ad tempora Auctoris, immo ultra usque ad Diluvium Arni, quod fuit in MCCCXXXV., quod tunc violenter dejecit Pontem, & asportavit imaginem, & alia multa & magna damna fecit, de quibus dicetur alibi. Sed quamdiu duravit ista Petra, duravit error induratus in mentibus multorum Civium. Unde narrabat mihi Boccacius de Certal-

Certaldo, se saepe audivisse a Senioribus, quod quando aliquis puer projiciebat lapidem vel lutum in Statuam, dicebatur ei: *Tu facies malum finem; quia ego vidi talem, qui hoc fecit, qui suffocatus est in Arno, & alium qui suspensus est laqueo.* Et subjungit Auctor unum valde mirabile, quod videtur consonare isti antiquo errori Florentinorum. Quia videtur expresse dicere, quod Mars, iratus propter injuriam sibi factam in mutatione ista, faciet semper Florentiam tristem. Dicit ergo

- - - - - onde per questo,

Idest ipse Mars propter hanc causam, quod desierunt colere Martem, & colunt Baptistam,

Sempre con l' arte sua la farà trista.

Idest faciet eam semper infortunatam in bellis suâ influentiâ. Sed antequam ulterius procedam, Lector, volo te scire, quod praesens Capitulum non est minus artificiosum & obscurum, quam praecedens, ut patet ex dictis & dicendis. Ideo considera bene heic, quod Auctor non sequitur communem errorem Vulgi, quia nimis esset absurdum, immo saperet haeresim dicere, quod Florentia deberet recipere damnum, quia conversa sit ad Christianismum. Ideo dic, quod Auctor dat heic Florentinis suis unum scomma coopertum & mordax nimis. Et vult latenter dicere, quod postquam Florentia dimisit Martem, idest fortitudinem & virtutem armorum, & coepit solum colere Baptistam, idest Florenum, in quo sculptus est Baptista, ita quod dedit se in totum avaritiae, erat infortunata in rebus bellicis. Ita quod breviter dicendo, Florentini olim quum intenderent rebus militaribus & laboribus, fuerunt strenui & victoriosi; sed postquam coeperunt in-

Tom. III.

A tendere harpiis rapacibus & accumulationi, licet visi sint ditiores & potentiores, tamen fuerunt parum honorati in gestis armorum, & ceperunt magnos conflictus, & strages bellorum, continuo plus invalescente avaritiâ. Et addit ultimo ille spiritus, quod, nisi quod remanet adhuc aliquid de reverentia Martis, Florentia ipsa esset jam pluries destructa, postquam fuit reaedificata post destructionem factam ab Attila; Unde dicit:

Quei Cittadin, che poi la visondarno

Sovra 'l cever, che d' Attila rimase,

Idest super reliquiis & ruinis factis ab Attila, quando cremavit eam, ut statim dicam;

Acvelber fatto lavorare in darno,

Quia scilicet iterum destructa esset, vel destructa de novo

Et se non fosse, che 'n sul passo d' Arno,

Rimane ancor di lui alcuna vista.

Idest aliquod vestigium ipsius Martis, scilicet Idolum supra Pontem, per quem transit Arnus principaliter. Et heic nota, ut ista litera concordet cum praecedenti expositione, quam feci, quod Auctor non habet heic respectum ad Idolum istud, sicut litera sonare videtur. Immo vult velatè dicere, quod nisi esset adhuc aliquid de virtute & probitate antiqua in aliquibus bonis Civibus, saepe Florentia esset jam eversa. Et ita est in omni Civitate Mundi. Quia nisi Virtus, Prudentia, & Bonitas aliquot paucorum defenderet Civitates ab ira Dei & Coeli, certe tanta est multitudo malorum, quod saepe subverterentur.

Ad Cant. XIV. Vers. 40.

Senza riposo mai era la Tresca:

Et heic nota, ut bene videas, si Auctor venatus fuit ubique, quid-

Y

quid

quid faciebat ad suum propositum; quod *Trescha* est quaedam Danza, si-
ve genus tripudii, quod fit Neapoli
artificialiter valde. Nam est Ludus
nimis intricatus. Stant enim plures
sibi invicem oppositi. Et unus ele-
vabit manum ad unam partem, &
subito alii intenti facient idem. Dein-
de movebit manum ad aliam par-
tem, & ita facient ceteri. Et ali-
quando ambas manus simul: aliquan-
do vertetur ad unam partem; ali-
quando ad aliam; & ad omnes mo-
tus ceteri habent respondere propor-
tionabiliter. Unde est mirabile vi-
dere tantam dimicationem manuum
& omnium membrorum. Ita isti mi-
seri continuo dimicabant contra flam-
mas coquentes eos, ducentes celeri-
ter manus nunc sursum nunc deor-
sum, nunc ad dexteram nunc ad si-
nistram, nunc recte, nunc oblique,
secundum quod flamma recens attingebat
quemlibet in diversa parte cor-
poris.

Ad Cant. XV. Vers. 4.

*Qual' i Fiamminghi tra Guizante e
Bruggia,*

Heic Auctor declarat formam isto-
rum aggerum per duplicem compa-
rationem. Et breviter vult dicere,
quod aggeres isti sunt tales, quales
sunt in Flandria juxta Civitatem
Brugiae contra impetum maris, &
quales sunt in Italia apud Civita-
tem Paduae contra impetum Bren-
tae. Et ad declarationem primae
comparationis est sciendum, quod
Luna, quae saepius est vocata Regi-
na Inferni ab Auctore, omni die
naturali movet bis mare, & facit
fluxum & refluxum in XXIV. hor-
is, sicut iste Auctor tangit expresse
Cant. XVI. Paradisi. Luna enim
mater humoris, sicut Sol est pater
caloris, attrahit aquam de longin-

quo, sicut Magnes attrahit Ferrum.
Istum autem motum aquae Luna fa-
cit mirabiliter in Occidente, maxi-
me quando est Quintadecima. De
quo summe mirantur magni Marina-
rii, quia non sic fit in Oriente, nec
in Mari Mediterraneo. In tantum
enim aqua maris excrescit in Occi-
dente, quod saepe facit flumina re-
trocedere cum magno impetu. Unde
in Anglia, quae est in Oceano Oc-
cidentalibus, ita supercrevit mare apud
Londram Civitatem Regalem, quod
aqua fluminis Tamisi supragraditur
Pontem altum valde. Ad propositum
ergo. In Flandria, quae est juxta
Oceanum, & respicit Septemtrionem,
fit ita fortis fluxus, quod detegit li-
tus aliquando per V. milliaria; & ita
refluxus recooperit terram ita ve-
lociter, quod equus velocissime cur-
rens non posset evadere ad terram a
tam furioso cursu, unde aqua crescit
per V. millia passuum & plus &
minus aliquando. Hoc autem acci-
dit notabiliter in Flandria, quia ibi
est bassissimum solum plusquam in
aliqua parte, unde aer est crassus &
humidus valde ita, quod aliquando
pluit ibi per sex menses. Flandren-
ses ergo propinqui mari faciunt ma-
gnos & altos aggeres, ne mare in-
undet, & invadat eorum agros &
domos. Et cum toto hoc aliquando
mare inundavit totam Provinciam eo-
rum. Ex quo maxima multitudo eo-
rum conjuratione facta deliberaverunt
venire ad occupandam Italianam Regi-
nam eorum. Sed quid vado per ex-
tera vetera? quum paulo ante mare
suffocaverit ibi plusquam quindecim
millia hominum. Item faciunt Pa-
duani in Italia juxta fluvium eo-
rum, qui dicitur Brenta, contra al-
luvionem. Hoc praemisso, ordina-
sic literam: *Quelli*, scilicet aggeres,
qui

qui erant ex utraque parte fluminis Phlegetontis, *eran fatti a tal imagine*, idest similitudinem, *Quali i Fiamminghi*, qui olim vocati sunt Cimbri,

Tenento il fiotto, che ver lor s'avenuta,

Idest fluctum maris ab Oceano cum mirabili velocitate,

Fanno lo scherme, perchè 'l mar si fuggia;

Idest reparaculum & obstaculum: *tra Guizante*, quae est una Terra, sive Portus in Flandria, e *Bruggia*. Ista est Civitas famosissima in Flandria, sicut est Civitas Venetiarum in Italia. Ad quam Brugiam concurrunt undique Mercatores ex omnibus partibus Occidentis. Unde audio, quod navigia plurium regionum applicant illuc. *Perchè 'l mar si fuggia*, idest fugiatur ab eis, ita quod non laedat eos. *E quale*, supple *schermo*. *I Padoani* supple *fanno*, *lungo la Brenta*, idest prope fluvium eorum, qui dirigitur ex Alemannia in parte, quae dicitur Carentana, ubi regnant quidam Domini, qui vocantur *Duces Carinthiae*. Hic fluvius adveniente vere, liquefcentibus nivibus intumescit. Ideo bene dicitur

Anzi che Chiarentana il caldo senta;

Vult dicere, quod Paduani provident sibi ante tempus, faciendo & reparando aggeres, quia frustra occurrerent adveniente alluvione. Et ecce quare id faciunt:

Per difender lor Ville, e lor Castelli
Ab inundatione Brentae. Simile etiam faciunt Ferrarienses juxta Padum. Unde miror, quod Auctor potius non fecerit comparationem de aggeribus Padi, qui est fluvius nobilissimus Italiae, de quo Vergilius suus facit tantam mentionem & commendationem. Similiter & Lucanus. Sed forte hoc fecit, quia aggeres

A Padi non ita bene serviebant comparationi suae, sive quia sunt nimis alti & magni.

Ad Vers. 22.

Così adocchiato da cotal famiglia,

Fui conosciuto da un ----

B Hic Auctor ostendit, quomodo ex illo grege invenit unum famosum modernum de Terra sua, quem familiariter noverat in vita. Ad cuius cognitionem sciendum est, quod iste spiritus erat quidam Civis Florentinus nomine *Ser Brunettus Latinus*, qui floruerat tempore Dantis, vir quidem magnae intelligentiae & eloquentiae tempore suo in Florentia. Habuit tamen magnam opinionem de se ipso. Nam quum esset magnus Notarius, & commisisset unum parvum fallum in sua certa scriptura per errorem, quem poterat facile corrigere, voluit potius accusari & infamari de falso, quam revocare errorem suum, ne videretur deliquisse per ignorantiam. Unde propter hoc fuit coactus recedere de Florentia, & datum fuit sibi D Bannum de igne. Sed ignem, quem evaserat vivus, dat sibi Auctor mortuo in isto loco: quo magis notatur infamia, quia noverat eum infectum turpitudine ista.

Ad Vers. 61.

Ma quello 'ngrato Popolo maligno,

Che discese da Fiesole ----

E Nunc *Ser Brunettus* praenuntiat Auctori adversam fortunam, quae est communiter inimica virtuosus. Et vult bene dicere, quod *Populus Florentinus* malignanter & ingrante se habebit erga eum; reddens sibi malum pro bono, sicut est de more ferre omnium *Populorum* erga benemeritos. Sicut *Roma* contra *Scipionem*, *Civitas Athenarum* contra *Theseam*, & ita de aliis. Et circa istum pas-

fum aliquo modo est notandum. Multi enim istud Capitulum facile & apertum dicunt. Sed certe mihi videtur valde difficile & obscurum, & habet multos malos zapellos. Est ergo primo sciendum ad declarationem istius literae, quod multi dicunt heic multa falsa, sequentes Chronica Florentinorum, quae ponunt multa magnifica fiste ad exaltationem suae patriae. Nec miror, quia simile dicunt Chronica quasi omnium Civitatum, quae viderim, sicut Ravennae, Januae, Venetiarum, & Neapolis. Quanto magis ergo Florentini eloquentissimi hominum studuerunt laudibus suae Terrae? Dicunt ergo, quod Civitas Faesularum olim fundata fuit a Rege Atlante, qui veniens cum Apolline Astrologo suo magno, quaevisit fundare nobilissimam Civitatem in optimo situ Italiae. Et quod haec Civitas semper fuit amicissima Romanorum. Et quod inde fuit Dardanus primus Auctor Trojae. Et ita de multis: quae omnia reputo frivola. Quia Atlas Rex Africae, qui fuit maximus Astrologus, & ob hoc fingitur subportasse coelum, quem tamen Hercules superavit, nunquam fuit in Italia, quod invenerim umquam; & Apollo multo minus. Nec Faesularum Civitas fuit umquam nobilis, vel famosa; immo de ea nulla fit mentio; in actu magnificentiae dico. Sed hoc dicunt in commendationem suae originis antiquae. Scio insuper, quod Livius scribit, quod Annibal inter Faesulas & Aretium passus est validam tempestatem. Nec situs fuit optimus, immo pessimus, quia alpestris, nimis asper, & sterilis. Unde Radagalus Rex Gothorum olim cum infinita multitudine suorum barbarorum in Montibus Faesulanis fa-

me & frigore inter nives perierunt. Quid vetera quaero? Scribit modernus Poëta Boccattius de Certaldo, quod lapides montis Faesulani sunt plumbei, & dicit mirabile de eis, quod si excindantur, in brevi temporis spatio certissime novis incrementis restaurantur. Quod, si verum est, satis attestatur naturae ipsorum florum, quorum semen continuo germinat de radice. Dardanus autem non fuit de Faesulis, sed de Coricho, ut alibi dictum est. De amicitia vel inimicitia, quam cum Romanis habuerint, quasi nihil scribitur ab Auctoribus. Memini tamen, quod Florus dicit: *de Faesulis triumphavimus*, volens ostendere debiles veteres triumphos Romanorum. Et tempore Catilinae Faesulani fuerunt nequissimae conjurationis. Fuit tamen antiquissima Terra. Hoc scio, quod aliquis dicet: *Dic ergo tu mihi, quis fuit fundator Faesularum, quae sic dicta est, quod fiat sola?* Dico, quod truita est. Et quod nescio, quis fundaverit eam, nec quando; quia principia maximarum Civitatum saepe ignorantur. Sed credo certissime, si haec Civitas fuisset tantae nobilitatis, quod antiqui Scriptores aliquid tetigissent. Ulterius dicunt, quod Caesar cum duodecim Principibus Romanis obsedit Civitatem Faesulanam per septem annos, & quod tandem destruxit eam a fundamentis, & aedificavit Florentiam partim ex Romanis, partim ex Faesulanis ad similitudinem Romae. Et quod Florentia fuerit in favorem Caesaris in bellis civilibus. Et quod sine risu scribere non possum, dicunt, quod Lucanus, quum fecit mentionem de Sarno (quae omnia quantum sint vana unusquisque intelligens videat) loquutus est de Arno. Nam quomodo

do Caesar potuerit vacare constructioni nobilissimarum Civitatum tempore illius conjurationis pestiferae, quum fuerat accusatus de conjuratione, & ipse se purgavit per testimonium Quincti Ciceronis, qui erat frater Marci Ciceronis tunc Consul? Quomodo etiam Romani expendissent tantum tempus ad capiendam Civitatem Faesularum illo tempore, quo Roma erat in tanto potentatu, quum spatio quatuor annorum tempore belli Socialis, omnes fortes Populos Italiae reduxerant viribus armorum sub jugum Romanorum, qui conjuraverant contra Romam? Quomodo etiam Florentia fuerit de auxiliatoribus Caesaris, quum tunc Florentia vix nasceretur? Sarnus etiam non est Arnus, ut alibi dicitur. Quis ergo aedificaverit Florentiam primo, ignoro. Nec credo, quod a Florentino nobili Cive Romano fuerit sic denominata, nec a Campo Florido, sicut etiam isti dicunt, quum dicat Plinius, quod Florentia olim Fluentia dicta est. Auctor non vult, quod Florentia habuerit ortum a Faesulis. Sed quando, quomodo, vel per quem fateor me nescire.

Ad Vers. 67.

*Vecchia fama nel mondo li chiama orbi,
Gente avara -----*

Ad intelligentiam hujus facti est sciendum, quod communis opinio omnium ipsorum Florentinorum est, quod Florentini sint vocati caeci propter delusionem, quam receperunt olim a Pisani. Nam ut tradunt eorum Chronica, Anno Domini nostri Jesu Christi MCXVII. Pisani tunc temporis potentissimi in mari fecerunt magnam classem Galearum ad capiendam Insulam Majoricae, quam occupaverant Saraceni. Et quum jam essent in itinere, ecce Lucenses venerunt cum

A exercitu ad invadendam Pisas. Quo audito, Pisani non audentes procedere, ne eorum Civitas vastaretur, & recedere ab incepto videbatur eis inhonorabile & damnosum, quum vulgata esset fama & facta expensa magna, ideo habito inter eos consilio miserunt ad Florentinos tunc animosos eorundem amicos, ut deberent venire ad custodiam Civitatis Pifarum. Florentini gratanter assumerunt defensionem contra Lucenses, & quoscumque volentes molestare dictam Civitatem. Et continuo miserunt gentes equestres & pedestres, quae posuerunt castra prope Pisas per duo milliaria. Et Potestas eorum prudenter mandavit, ne aliquis intraret Civitatem; & quum unus contra praeceptum intrasset, condemnatus fuit ad mortem. Quo audito, Seniores Pifarum venientes ad Potestatem, rogaverunt eum, ut eorum contemplatione remitteretur sibi poena. Et non valentes flectere eum precibus, protestati sunt, quod nolebant ipsum interfici in territorio eorum. Tunc Potestas caute & occulte fecit emi agrum a rustico nomine Communis Florentiae, & ibi fecit suspendi reum. Pisani autem reversi a recuperatione Majoricae, egerunt gratias Florentinis de tam liberali & laudabili beneficio. Et obtulerunt, ut eligerent quod signum victoriae potius vellent, vel Portas Aeneas, vel Columnas de Porphyretico, quas portaverant a dicta Insula. Florentini petierunt Columnas. Et fertur, quod Pisani ex invidia incenderunt eas. Deinde illas fasciatis Scarlato sub specie honoris & pompae traderunt Florentinis. Florentini spoliantes columnas, visâ fraude, cum summa indignatione coeperunt dicere: *Bene sumus caeci, qui fidimus*

dimus vulpibus antiquis Pisanorum, qui nihil facere noverunt sine fraude. Et postea dicti sunt caeci Florentini in Tuscia. Et has Columnas posuerunt ante Portam Sancti Johannis, ubi adhuc sunt. Certe quidquid dicatur, non videtur mihi, quod ista de causa Florentini vocandi sint caeci. Quia si fuerunt delusi ab iis, quibus fidebant, & quibus fecerant tam memorabile servitium, non video, quae cecitas sit ista. Alii ergo dicunt, quod Florentini dicti sunt caeci, quia olim Annibal inundationibus Arni fluminis perdidit unum oculum, sicut scribit Boccatus de Certaldo in suo Libro de Montibus & Fluminibus. Sed certe istud non est de intentione Auctoris, qui loquitur heic, quam pejus potest, de Florentinis, ut patet ex dictis & dicendis. Sed mihi videtur, quod maxima caecitas Florentinorum fuit, quando crediderunt Attilae, si verum est, quod jam scripsi supra Cant. XII. Audivi tamen unum Florentinum facientem heic pulcram expositionem, licet non sit de mente Auctoris. Dixit enim, quod Florentini erat caeci active, non passive, quia scilicet faciunt alios caecos.

Ad Vers. 73.

Faccian le bestie Fiesolane strane &c. Ad hujus rei intelligentiam est sciendum, quod sicut scribit Boccatus de Certaldo in suo Libello *de Vita & Moribus Dantis*, post eversionem Florentiae factam ab Attila, quidam Nobiles, qui fuerant de antiquis Civibus Florentiae, congregati in unum miserunt ambasciatores ad Carolum Magrum, qui tunc erat Romae, ut dignaretur dare operam reaedificationi Florentiae, & auxilium contra Faesulanos hostes eorum. Et sic factum est. Unde aliqui Romani

A venerunt, inter quos venit quidam nobilissimus de stirpe antiquissima Romanorum, quae vocatur Frangipanes, ex cujus sanguine descenderunt Helisei, & ex Heliseis descenderunt Aldigherii, de quibus fuit Dantes, sicut plenius dicetur Cant. XV. Paradisi. Et sic patet, quomodo Dantes per longam lineam genealogiae fuerit de sanguine Romano. Ideo vult sequestrari a Faesulanis pravis. Dicit ergo: *Le bestie Fiesolane*, idest vitiosi Florentini, qui servant mores Faesulanorum.

Ad Vers. 106.

In somma sappi, che tutti sur Cherci, E Literati grandi,

C Idest magni viri studiosi & famosi. Nec dicas, quod debeat exponi Clerici, idest Literati, more Gallico, sicut quidam exponunt; & dicunt, quod omnis Literatus est Clericus. Quia tunc esset nugatio, & subtilis repetitio. Nam statim subsequitur, *E Literati*. Nec etiam dicas, sicut audivi aliquos dicentes, quod omnes agentes contra naturam, sunt Scholares vel Presbyteri, & dicunt: *Vide quod Dantes hoc dicit*, quia dicit, *tutti sur Cherci e Literati*. Dico, quod loquitur heic de omnibus, qui erant de grege, in quo erat ille Brunettus. Et de talibus Dantes petiverat, & de talibus Brunettus respondet, qui fuit magnus Literatus & famosus tempore suo in Terra sua. Unde Auctor ponit alium gregem peccantium contra naturam, de quibus dicetur plenius in cantu sequenti. Immo isti, de quibus heic dicitur, minus peccaverunt.

Ad Vers. 110.

E Francesco d' Accorso anco - - - Et nominat alium virum famosum, principale caput multorum, scilicet Franciscum Accursii. Ad cujus cognitio-

gnitionem est sciendum, quod Accursius excellentissimus Legum Doctor fuit natione Florentinus; sed Bononiae fecit moram, & ibi legit, & scripsit. Concurrit autem cum Odofredo de Odofredis ex Nobilibus de Bononia excellentissimo Doctore. Ipse tamquam astutissimus, de industria inclusit se in domo, fingens se laborare morbo quatruiduanae febris. Et faciebat omni die venire Medicum ad colorandum factum. Et interim summopere & summo studio glossavit Leges cum maxima festinantia. Et celeriter accessit ad Curiam, & fecit publicari & authenticari suum opus. Quo facto & scito, Odofredus summe dolens, scripsit diffusius & copiosius eo, sed tarde. Ad propositum ergo: Franciscus filius Accursii primogenitus fuit etiam famosissimus Doctor Legum, qui laboravit morbo ardentioris & pejoris febris, quam pater suus. Dicit ergo Auctor: *E Francesco d' Accorso anco*, idest etiam. Quem Auctor ponit istâ horrendâ ignominia maculosum, quia male servavit legem suam pulcherrimam, quam docebat aliis, quae dicit: *Quum vir nubet in feminam, armentur Leges*. Et heic nota, Lector, quod vidi aliquando viros sapientes magnae literaturae conquereutes, & dicentes, quod pro certo Dantes nimis male loquutus est heic nominando tales viros. Et certe ego, quando primo vidi literam istam, satis indignatus fui. Sed postea experientia teste didici, quod hic sapientissimus Poëta optime fecit. Nam in MCCCCLXXV. dum essem Bononiae, & legerem istum librum, reperi aliquos vermes natos de cineribus Sodomorum, inficientes totum illud Studium. Nec valens diutius ferre foetorem tantum, cu-

A jus fumus jam fuscabat astra, non sine gravi periculo meo rem patefeci Petro Cardinali Bituricensi, tunc Legato Bononiae. Qui vir magnae virtutis & scientiae detestatus tam horribile scelus, mandavit inquiri contra principales. Quorum aliqui capti sunt, & multi territi diffugerunt. Et nisi quidam Sacerdos proditor, cui erat commissum negotium, obviasset, quia laborabat pari morbo cum illis, multi fuissent traditi flammis. Quas si vivi effugerunt, mortui non evadent, nisi forte bona poenitudo extinxerit eas aquâ lacrymarum & compunctionis. Ex hoc autem incurri capitale odium & inimicitiam multorum. Sed divina Justitia me contra istos naturae hostes huc usque benigne protexit.

Ad Vers. eundem.

----- e vedervi,

S' avesse avuto di tal tigna brama. Heic Ser Brunettus nominat alium Clericum Praelatum. Ad cujus cognitionem volo te scire cum non modico risu, quod iste spiritus fuit Civis Florentinus, natus de Modiis, Episcopus Florentiae, qui vocatus est Andreas. Iste quidem vir simplex & fatuus, publice saepe praedicabat Populo dicens multa ridiculosa, & inter alia dicebat, quod Providentia Dei erat similis muri, qui stans sub trabem videt quidquid sub se geritur in domo, & nemo videt eum. Dicebat etiam, quod Gratia Dei erat sicut stercus caprarum, quod cadens ab alto, ruit in diversas partes dispersum. Similiter dicebat, quod Potentia divina erat immensa; quod volens demonstrare exemplo manifesto, tenebat granum rapae in manu & dicebat; *Bene videtis, quam sit parvulum istud granulum & minimum*. Deinde extrahebat de sub Cappa maximam

ximam rapam dicens: *Ecce quam mirabilis Potentia Dei, qui ex tantillo semine fecit tantum fructum.* Ille ergo magnus bestiarum a natura, laborabat isto vitio bestialitatis contra naturam. Nunc ordina sic literam, quae est satis intricata. Dicit ille Brunettus Danti: *Et potei*, idest quod tu poterat *vedervi*, idest videre ibi in ista turba animarum, quae velociter currens jam multum absentaverat se a conspectu eorum. Ideo sic loquitur: *Colui*, scilicet Episcopum Andream qui

fu trasmutato d' Arno in Bacchiglione, Quasi dicat, quod ex Episcopo Florentino factus fuit Episcopus Vicentinus. Nam Arnus fluvius transit per Florentiam, Bacchilionus vero per Vicentiam. Et heic nota, quod non sine quare Auctor describit ipsum taliter ab ista trasmutatione. Nam debes scire, quod semel iste Episcopus Andreas, quum egregie praedicasset Populo suo dixit in fine: *O Domini & Dominae. Sit vobis recommendata Monna Tessa, cognata mea, quae vadit Romam. Nam in veritate si fuit per tempusculum satis vaga & placibilis, nunc est bene emendata. Ideo vadit ad Indulgentiam.* Hoc scito Dominus Thomas de Modiis frater ejus, magnus Jurista, non valens ulterius ferre ineptias ejus, & quia crescebat infamia vitii, dedit operam prudenter, quod transmutaretur in Episcopum Vicentinum per Papam Nicolaum de Ursinis. Ideo dicit

- - - *che dal Servo de' Servi,*

Idest a Papa Romano, qui inscribit se *Servum Servorum Dei*. Quem titulum Gregorius I. doctor eximius primo adinvenit. Et dicit, quod postea mortuus est ibi, unde dicit valde obscure:

Ove lascio li mal protefi nervi.

A Idest in Vicentia male extensos nervos. Hoc aliqui exponunt sic, scilicet quod nervi prae dolore extenduntur in moriente, & sic videtur velle dicere, quod ibi male mortuus est, sicut male vixerat. Alii vero dicunt quod erat podagricus, & sic habebat nervos male extensos.

Ad Cant. XVI. Vers. 33.

B *Questi, l'orme di cui pestar mi vedi, &c.*

Heic spiritus ut reddat Auctorem avidiorem ad respondendum sibi, non exspectatâ responsione Auctoris, manifestat sibi socios & se. Et primo incipit a digniori, scilicet a Guidone Guerra; & circa istius descriptionem Lectori est aliquantulum immorandum, quia multi mirantur, immo truffantur ignoranter, quod Dantes, qui poterat describere istum praeclarum virum a claris progenitoribus, & ejus claris gestis, describit eum ab una femina avia sua, Domna Gualdrada. Sed certe Auctor fecit talem descriptionem tam laudabiliter quam prudenter, ut heic implicate tangeret originem famosae stirpis istius, & ut daret meritam famam & laudem huic mulieri dignissimae. Ad cujus rei intelligentiam est sciendum, quod Otto IV. quum venisset in Italiam, ivit visitatum Florentiam tamquam florentissimam Civitatem & Terram Imperii. Et quum die quadam celebraretur solemne festum in Florentia, sicut festum Baptistae, quo nullum fit celebrius, ibi Imperator cum quibusdam Nobilibus de Terra ivit ad festum. Et dum staret in via publica ad videndum puellas, quae sunt ibi pulcherrimae & plurimae, ecce inter alias transibat una virgo elegantissimae formae. Cujus miro decore stupefactus Imperator, convertens

tens se ad unum Militem probum antiquum spectatae virtutis, cuius nomen erat Dominus Bilincionus, (haec erat ejus filia unica de Ravignanis) petivit ab eo, quaenam esset illa tam nobilis indolis & vagae apparentiae. Respondit Bilincionus: *Inclyte Domine. Haec est filia unius, qui si vellet, posset de praesenti facere vos osculavi eam.* Puella autem, quae incedebat, auribus arrectis, auditâ responsione patris, vertit se ad eum, & aperte ac verecunde dixit ei: *In veritate, Pater mi, parcat mihi reverentia vestra; numquam quisquam osculabitur me, nisi legitimus sponsus meus.* Imperator, audito tam nobili responso, & cognito, quod ista erat filia Domini Bilincioni, voluit quod istam posset aliquis honeste osculari, & mandavit patri, ut vocaret Domicellam ad se. Deinde vocavit ad se quemdam strenuum Militem, qui vocatus est Dominus Guido Vetus, qui erat in ejus consortio. Et tradito sibi anulo suo, fecit eam desponsari. Et dedit sibi in dotem & nomine dotis illum Comitatum Casentini, qui postea fuit diu Comitum Guidonum. Et ex isto Comite Guidone Vetere, & ex ista Domina descenderunt omnes Comites Guidones. Qui postea divisi sunt in multa membra, & fuerunt familia famosa & potens nimis. Qui tenuerunt magna & multa Castella citra & ultra Alpes, non solum in Tuscia, sed etiam in Romandiola.

Ad Vers. 36.

Nipote fu de la buona Gualdrada.

Ad quod bene intelligendum, nota, quod Comes Guido Vetus habuit ex dicta Domina multos filios. Quorum unus vocatus est Guillielmus. Ex quo natus est Guido Novellus, qui tenuit partem Gibellinam, & fuit

Tom. III.

A multum armiger, & multa fecit pro Parte Gibellina. De quo saepe fit mentio in hoc Opere. Alius vocatus est Rogerius, ex quo natus est iste Guido Guerra. Ex quo patet, quod uterque Guido, scilicet Novellus & Guerra, est nepos dictae Dominae. Nota etiam, quod ista egregia juvenis vocata est primo nomine *Inghirdruda*. Auctor tamen utitur vocabulo communi & corrupto, quo utuntur mulieres & vulgares, qui dicunt *Gualdrada*; sicut ego vidi in quodam amico meo, qui volens vocare *Lucretiam* filiam suam, corrupte vocavit ipsam *Alegrinam*. Deinde describit Auctor dictum Comitem a nomine proprio, & ab agnomine proprio dicens: Et iste

Guido Guerra ebbe nome - - -

B Et bene sibi convenit utrumque, quia fuit magnanimus Dux multorum, & bene guidavit, & fuit magnus guerriger, & vir bellicosus multum. Ad cujus rei intelligentiam volo te scire, quod hic Comes Guido Guerra, tempore, quo Carolus I. vocatus ab Ecclesia venit in Italiam contra Manfredum, ivit fere cum CCCC. equibus Florentinis exulibus obviam Guidoni de Monforte, qui ducebat exercitum Caroli per terram usque Mantuam. Deinde transferunt per Bononiam, Romandiolam, Marchiam, & Ducatum. Et non potuerunt transire per Tusciam, quia tota erat sub Parte Gibellina, & dominio Manfredi. Unde multum tempus expenderunt in via. Tandem appulerunt Romam, ubi erat Carolus. Postea Guido cum suis fuit in expugnatione Sancti Germani. Deinde fuit in bello, quod habuit Carolus contra Manfredum apud Beneventum. Quibus visis Manfredus petivit: *Ubi sunt Gibellini, pro quibus*

Z

tan-

tantum expendi & laborari? Et subdidit: *Verè gens illa non potest hodie perdere.* Haec dixit, quia si Carolus vincebat, erant victores; & si Manfredus vincebat, fuisset eis amicus. Et verum dixit, quia Manfredus victo, Comes Guido Guerra cum favore & gente Caroli rediit Florentiam, & inde expulit Gibellinos. Ideo bene describit eum a prudentia & probitate, dicens:

----- & *in sua vita*

Fece col senno assai e con la spada.
Et est magna laus Guidonis, quia communiter fortes bellatores non inveniuntur prudentes, & e contrario. Iste autem erat audax in proelio, & prudens in periculo, sicut rectè dicit Livius de Annibale.

Ad Vers. 39.

L'altro, che appresso me la terra trita,
Heic Jacobus Rusticatus secundum socium sui tripudii pandit. Ad cuius cognitionem est sciendum, quod iste Teghijus fuit Miles Nobilis Florentinus de Adimaris, homo sani consilii in re publica. Cui si sui Cives credidissent, non recepissent illam stragem magnam ad Montem Apertum, de qua scriptum est supra Cant. X. Nam quum Florentini tractarent in publico Consilio de eundo contra Senenses ad fulciendum Montem Alcinum, iste primus consuluit, quod nullo modo deberent ire, quia ibi erat latens proditio, & quod Senenses non poterant diu sustinere expensas gentis Theutonicae, quam habebant a Rege Manfredus. Et multa similia dixit pro communi utilitate. Guido Guerra, qui eodem tempore floruit, idem dixit. Et alius Miles, nomine Dechus de Gherardinis pertinacissime contradixit similiter. Cui post longam contentionem finaliter fuit impositum silentium sub

A poena capitis. Iverunt ergo Florentini contra consilia tot Sapientum, & fuerunt infeliciter debellati, sicut alibi dictum est, & dicetur. Dicit ergo Auctor: *L'altro, che appresso me &c.* cuius virtus & probitas notatur apposite heic,

E' Tegghiaio Aldobrandi; - - - -

B Nomen adventitium ejus fuit, non nomen cognationis; quia, ut jam dixi, fuit de Adimaris, familiâ magnâ valde. Et dicit

----- *la cui voce,*

Idest fama

Nel Mondo su dovria esser gradita;
Quia homines deberent gratum audire de eo.

Ad Vers. 42.

C *Et io che posto - - - - -*
Heic iste spiritus ultimo describit se ipsum, & tangit causam suae damnationis. Iste fuit Miles Florentinus, vocatus Dominus Jacobus Rusticatus, vir Popularis, sed tamen valde politicus & moralis, licet cognominetur Rusticatus; homo valde dives & prudens, placidus, & liberalis. Qui poterat videri satis felix inter Cives suos, nisi habuisset uxorem pravam. Habuit enim mulierem ferocem, cum qua vivere non poterat. Ideo dedit se turpitudini. Unde narratur de eo, quod quum semel introduxisset puerum in cameram suam, ista mulier furibunda cucurrit ad fenestram palatii, & coepit clamare alta voce: *Ad ignem, ad ignem.* Tunc concurrentibus vicinis, iste Jacobus egressus cameram, coepit minari uxori mortem. At illa rediens ad fenestram, clamare coepit: *Non veniatis, quia ignis extinctus est.* Et sic nota: cum quanta solertia & prudentia viri debeant ducere uxores. Vide, ad quid devenerit iste valens Miles. Verè acerbior poena Inferni est sua-

suavis respectu malae uxoris, per diem non habens bonum, per noctem pejus. Dicit ergo iste de se:

Et io, che posto son con loro in croce, Idest in eodem cruciatu & poena sicut sum similiter cum eis in eodem tripudio,

Jacopo Rusticucci fui - - - -

Et ecce causam

- - - - - e certo

La fiera moglie più ch' altro mi noce. Maledicatur ista excusatio. Fecit enim iste more Orphei, qui, ut dictum est, perdita uxore sua, coepit in totum spernere foemininum genus: propter quod mulieres totum illum crudeliter lacerarunt. Ita verè contingeret talibus, quia pauciores reperiuntur.

Ad Vers. 53.

Tanto che tardi, tutta si dispoglia; Et heic adverte, quod heic aliqui dicunt imprudenter, quod Auctor heic innuit tacite, quod fuit foedatus isto morbo, in eo quod ostendit se compati illis. Sed istud est omnino falsum & absurdum nimis dicere. Quia Auctor ostendit toties, se compati multis, sicut uni desperato, gratiâ caritatis patriae, immo & extraneo. Unde finxit se non posse loqui Petro de Vineis prae nimia pietate, tum ratione virtutis, tum ratione innocentiae. Et ita saepe videbis in multis aliis locis. Praeterea Auctor fuit summe amorusus, & nimis amator mulierum, sicut ostensum est supra, ubi tractatum fuit de luxuriosis incontinentiae. Ideo dico, quod Auctor compatitur infelicitati istorum, quasi dicat: Quum isti fuerint homines tantae virtutis & probitatis, ad quam infamem culpam devenerunt! Ergo bene dicit: Ego concepi magnum dolorem.

Ad Vers. 70.

Che Guglielmo Borfiere, il qual si dole &c.

Ad vituperandam avaritiam debes scire, quod Guilielmus Borferius fuit quidam Civis Florentinus, faciens Bursas, vir secundum facultatem suam placibilis & liberalis; qui tractu temporis odio habens Officium Bursarum, quibus clauditur pecunia, factus est homo Curialis, & coepit visitare Curias Dominorum & domos Nobilium. Accidit autem, quod semel applicuit ad Civitatem Januae, ubi moram traxit pluribus diebus, retentus & honorifice tractatus a quibusdam Nobilibus. Erat in diebus illis in Janua quidam Dominus Hernius de Grimaldis, qui in possessione divitiarum non solum excedebat Januenses, qui sunt ditissimi, sed etiam omnes Italicos. Et sicut superabat omnes in opulentia, ita cupiditate & miseriâ alios excedebat, ita quod non solum non honorabat alios, sed pro se vivebat parcissime, quum tamen Januenses communiter vivant parce. Immo, quod turpius erat, induebatur viliter, quum tamen Januenses generaliter induantur splendide. Iste ergo Hernius, auditâ famâ Guilielmi, misit pro eo, & introduxit eum in Salam cujusdam pulchrae domus, quam fecerat noviter fieri. Et quia adhuc remanserat in eo aliqua scintilla nobilitatis, dixit Guilielmo: *Domine Guilielme. Vos, qui multa vidistis, scivertis me docere aliquam rem peregrinam nunquam amplius visam, quam possem facere pingi in ista mea Sala?* Guilielmus audiens, suum inconveniens loqui, respondit: *Domine non crederem posse vos docere, nisi essent forte sternuta, vel similia his. Sed si placet, docebo vos unam, quam credo vos non vidisse umquam.* Hernius factus

avidus, subito dixit: *Deb rogo vos, dicite mihi; non expectans ipsum responsum, ut fecit: Cui Guilielmus: Facite pingi Dominam Liberalitatem.* Hænius tunc audito scommate mordacissimo transfixus fuit tam forti telo verecundiae, quod quasi mutavit malignum morem avaritiæ in laudem largitatis. Et dixit facie inflammata rubore: *Ego faciam pingi talem, quod nec vos, nec alius poterit rationaliter dicere, quod nunquam viderim, vel noverim ipsam.* Et ab illa die in antea tantæ fuit virtutis & efficaciae verbum Guilielmi, quod postea fuit liberalior & gratior omnibus. Non tamen credas, quod factus sit prodigus, sicut postea fuit Dominus Carolus Grimaldi de domo sua, qui factus Arcipyrata valentissimus, apud mirabile Castellum Monaci infestabat omnes navigantes per mare Leonis, formidatus etiam a magnis Principibus, nedum privatis Mercatoribus. Ad propositum ergo vide, quanta arte utitur heic Auctor, qui fingit, quod Jacobus Rusticatus allegat Guilielmum Borsarium, qui dolet de Curialitate perditâ in patria sua, quia ipse erat optimus Iudex in tali causa, & bene noverat Curialitatem & Curiales suæ patriæ, & fuit satis infestus hostis Avaritiæ, ita quod in aliena Terra, ubi plurimum potest Avaritia, mirabiliter expulit eam de petore hominis, in quo videbatur penitus indurata.

Ad Vers. 94.

Come quel Fiume, che ha proprio cammino

Prima da Monte Vesio - - - - -

Ad declarationem istius est advertendum, quod inter Galliam & Italiam, supra Montemferratam & Januensem ditionem, est Mons, qui dicitur Ve-

xulus, principium Montis Apennini. Ex quo Monte Vexulo nascitur nobilis fluvius Padus, qui colligit omnes aquas Lombardiae, cadentes a sinistra Apennini. Modò omnes tales aquae non derivant per se ad mare, & immediate, quia omnia flumina Pedemontium & Lombardiae primo decurrunt ad Padum. Deinde Padus portat omnia in mare. Primus autem fluvius, qui intrat sine Pado in mare, est quidam fluvius, qui vocatur Aries sive Montonus, qui labitur juxta moenia Forlivii in Romandiola, & apud Ravennam intrat mare, & vocatur *Aqua Queta* in montibus. Sed posteaquam incipit descendere ex Alpibus ad planum, vocatur Aries. Modò ad propositum. Vult dicere Auctor, quod sicut fluvius Montonus, qui nascitur in Alpe, labitur per loca montuosa inter saxa, deinde descendit cum magno murmure ad plana loca, & mutat nomen, quia mutat locum; Ita iste Fluvius Phlegeton, qui nascitur a montanea Ida, labitur primo per multa loca &c.

Ad Cant. XVII. Vers. 58.

E com' io riguardando tra lor vegno,
Nunc Auctor describit aliquos Foeneratores in speciali, & praecipue Florentinos suos, quorum ibi erat satis bonus numerus. Primo ergo describit quemdam Militem Florentinum, qui factus est ditissimus ex usura, quem describit ab armatura suæ gentis. Iste enim erat de Gianfigliacis de Florentia, qui habent pro eorum insignio Leonem Azurum in campo citrino. Dicit ergo:

- - - - - e vidi azzurro,

Scilicet colorem,

Che di Leon avea faccia e contegno:
Idest apparentiam & continentiam, scilicet totum corpus d'un Leone in
una

una borsa gialla, idest in campo citrino, quia ista talis armatura erat depicta in bursa. Deinde describit alium Civem suum dicens:

Poi procedendo di mio sguardo il curro,
idest cursus mei intellectus, quia intellectus volvitur sicut currus.

Et un, che d' una scrofa azurra e grossa.

Heic Auctor describit alium magnum Foeneratorem, quem similiter describit ab armatura suae gentis. Et iste fuit quidam Miles Paduanus, qui vocatus est Dominus Raynaldus de Scrovignis, vir ditissimus in immensum. Scrovigni autem portant porcam azurram in campo albo, & inde denominati sunt, sicut quidam Nobilis Romanus cognominatus est Scroffa, ut refert Macrobius Lib. primo Saturnalium.

Segnat' avea lo su' sacchetto bianco
plenum pecuniâ multâ d' una scroffa, idest porca azurra & grossa:

Mi disse; che fai tu in questa fossa?
Scilicet arenâ, quasi dicat. *Quomodo vivis & sine poena venisti huc, & ad quid?* Et quia Auctor poterat respondere: *Ego considero aliquos magnos Foeneratores;* ideo licentiat eum, & nominat ei duos alios maximos Foeneratores, unum Paduanum, alterum Florentinum. Dicit ergo:

Or te ne va - - - - -

Quasi dicat: *Frater mi, posses stare nimis heic. Magni Foeneratores sunt infiniti jam heic, sed dicam de duobus magnis magistris usurae:* Dicit ergo:

- - - - - e perchè se' viv' anco

Quasi dicat: *Et quia tu es rediturus ad mundum, & narraturus ista;*

Sappi, che 'l mio vicin Vitaliano
Scilicet, Civis meus Paduanus

Sederà què, - - - - -

Scilicet, in ista poena necum, & me sociabit

A - - - - - dal mio sinistro fianco.

Iste Vitalianus fuit Nobilis Miles de illis del Dente, qui vivebat adhuc. Ideo vaticinatur eum venturum ad consortium Foeneratorum, quia erat maximus artifex hujus artis foeneratoriae; Et dicit:

Con questi Fiorentin son Padorano,
Quasi dicat: *Habeo praescriptos Florentinos in societate mea. Ideo expecto unum Paduanum de meis.* Et ultimo iste de Scrovignis nominat alium Foeneratorem summum & supremum omnium. Iste autem fuit quidam Miles Florentinus, qui vocatus est Dominus Johannes Baiamonte, qui excelsit omnes sui temporis in actu usurae. Ideo bene fingit, quod omnes Usurarii ibi damnati saepe vocant ipsum tamquam Principem magnum istius Sectae; cui meritò dat palmam & triumphum pugnae pecuniariae, quam iste semper fecit cum pugnis plenis & clausis. Dicit ergo iste Miles: *Isti Usurarii*

Spesse fiato m' intronan l' orecchi,
Scilicet, *turbant auditum meum clamore alto & terribili in modum tonitruui:*

Gridando: vegna il Cavalier Sovrano;
Et sic vide, quod Dominus Johannes Baiamonte vivebat, sicut & Dominus Vitalianus del Dente. Quorum utrumque Auctor ponit pro damnato, quia verisimile videbatur, quod isti deberent venire ad augendum & supplendum numerum istorum defunctorum, quorum vestigia sequebantur in vita, immo excellebant omnes in foenore. Ideo bene vocant istum tanto studio, ut tegat infamiam eorum, vel quia solatium est miseris, socios habere poenarum. Immo pravi reputant sibi ad magnam gloriam, quando habent in genere suo unum excellentissimum in malitia, & ipsum quaerunt, & diligunt & honorant, & delectan-

D

E

lestantur esse in societate sua. Et describit istum Johannem, sicut & alios, ab armatura sua, quae erat campus aureus, cum tribus hircis currentibus; unde dicit:

Che vecherà la tasca co' i tre becchi.
Et sic nota, quod Auctor describit unumquemque ab eo quod potest, vel a nobilitate, vel a dignitate, vel ab immensitate divitiarum. Non a Virtute, quae non erat in eis. Isti ergo magni Milites certaverant pro bono publico faciendo teneri magnos Bancos in magnis Civitatibus ad subveniendum generaliter indigentis omnium: Describit etiam generaliter omnes ab Insignio suo. Et hoc facit, ut ostendat, quod ipsi profitentur sponte, & publice, & verecunde suum infame officium, manifeste tenendo Bancum, & extendendo vela in signum Artis. Immo faciunt publice praeconizari, quid facere intendunt, licet hodie plures sunt Usurarii occulti, quam manifesti. Quia usura transivit diebus nostris ad Campsores, Mercatores, & Artifices; immo, quod est pudibundum dicere, ad Praelatos, Sacerdotes, & Fratres.

Ad Cant. XVIII. Vers. 28.

Come i Roman per l' esercito molto &c.
Est breviter sciendum, quod in MCCC. in quo Anno Auctor incepit istud nobile Opus, Papa Bonifacius VIII. tunc sedens in Sede Petri, dedit generalem Indulgentiam peccatorum in Urbe, ad quam (sicut vidimus in MCCCL.) cucurrit maxima multitudo ex omnibus regionibus & nationibus obedientibus Ecclesiae Romanae. Unde propter nimiam praesuram gentium in transitu Pontis supra Tiberim, ne aliqui a lateribus caderent in aquam & suffocarentur, inventus est utilis modus, scilicet ut peregrini euntes per Pontem, facerent de Ponte duas partes per lon-

A gum, ita ut qui ibant ad Ecclesiam Sancti Petri per unam medietatem Pontis, respiciebant versus Castellum Sancti Angeli, & illi, qui redibant ab Indulgentia, ibant per aliam medietatem respicientes versus Montem. Et ecce modum transeundi Romipetarum;

Che da l'un lato tutti hanno la fronte verso 'l Castello;

B Scilicet, Sancti Angeli. Ad quod notandum est, quod istud Castellum, de quo fit heic mentio, fuit olim Sepultura Adriani Imperatoris. Nam illi Principes antiqui aliquando sepeliebantur in altum, sicut patet in Columna lapidis Numidici, in qua sunt cineres Julii Caesaris; aliquando sepeliebantur in basso, sicut Augustus, qui est sub alta Turri. Ita ad propositum. Ista alta & mirabilis Sepultura facta fuit super muro Civitatis Adriano valentissimo Imperatori. Et istud mirabile opus vocatum est *Sepulcrum Adriani* per multa secula. Postea tempore Gregorii I. dicitur apparuisse in summitate ejus unus Angelus cum ense in manu. I-

C D E deo denominatum est ab isto eventu *Castrum Sancti Angeli*. Proh dolor! Istud sumtuosum opus destructum & prostratum est de Anno praesenti MCCCLXXXIX. per Populum Romanum, quia fuerat aliquando detentum per fautores Roberti Cardinalis Gebennensis. Qui facto schismate pessimo factus est Antipapa contra Urbanum Sextum. Dicit ergo:

----- e vanno a Santo Pietro, Scilicet, pro Indulgentia;

Da l'altra sponda vanno verso 'l Monte.

Scilicet, ex alia extremitate vel medietate pontis. Hunc actum notaverat Auctor Anno praedicto Jubilaei, quum ivisset ad Indulgentiam.

1379
Perche' in il
cath
alle due
e poi vide
elle due
nta amb.
Traversari
p 182 &
alluratori

Ad
annali d'Italia XXXI. p. 87. dove si vede che appunto nel
1379 fu per ordine di Carlotta di Savoia dal papa
del pedale del Papa Urbano VI.

Ad Vers. 40.

*Mentre io andava, gli occhi miei
in uno*

Furo scontrati; -----

Auctor describit unum modernum infamatum singulari lenocinio circa tempora Auctoris. Ad cuius cognitionem est sciendum, quod iste fuit quidam Miles Bononiensis de Caccianimicis de Bononia, vir quidem nobilis, liberalis, & placibilis. Qui tempore suo fuit valde potens in Bononia favore Marchionis Estensis, qui fuit Azo III. qui gessit magnum bellum cum Bononiensibus, de quo dicitur Purgatorii Cant. V. Et tandem procuravit sibi facere magnam partem in Bononia. Quae vocata est ob hoc *Pars Marchiana*. Iste ergo Miles, nomine Veneticus, habuit unam sororem pulcherrimam, quam conduxit ad serviendum Marchioni Azoni de sua pulchra persona, ut fortius promereretur gratiam ejus. Ideo Auctor bene solvit sibi de tali servitio.

Ad Vers. 51.

Ma che ti mena a sì pungenti Salse?

Ad intelligentiam hujus literae, ut videas, quot sunt occulta & incognita in isto Libro, volo te scire, quod *Salsae* est quidam locus bene concavus & declivus extra Civitatem, & prope Sanctam Mariam in Monte, in quem solebant projici corpora desperatorum, foeneratorum, & aliorum infamatorum. Unde aliquando audivi pueros Bononiae dicentes unum alteri ad improperium: *Tuus pater fuit projectus ad Salsas*. Ad propositum ergo Auctor vult dicere: Qui ducit te ad Vallem tam infamem, sicut est Vallis Salsarum apud Patriam tuam? Non ergo capias heic *Salsas* pro sapore, sicut communiter omnes exponunt, quia metaphora esset alia a proposito, ut per se patet.

Ad Vers. 55.

Io fui colui, che la Ghisola bella,
scilicet sororem meam, nomine Ghisolam, quae vocabatur pulchra per excellentiam. Quales multas vidi Dominas Bononiae de domo illa excellentes ceteras in pulchritudine.

Condussi a far la voglia del Marchese:

B Scilicet Azonis III. Marchionis Estensis. Et vide, quod dicit simpliciter *del Marchese*. Quia per excellentiam, quando dicitur *Marchio*, & non exprimitur nomen, debet intelligi de *Marchione Estensi*, ratione generositatis & Principatus antiqui. Et iste Azo fuit summe magnificus, & pulcherrimus corpore. Ideo bene debuit convenire cum pulcherrima ad extinguendum flammam ardentis amoris sui. Et dicit Veneticus:

Come che suoni la sconcia novella.

Quomodocumque historia ista non pulchra narretur; hoc pro tanto dicit, quod diversa erat fama hujus facti in vulgo. Aliqui enim mitius loquentes dicebant, quod ista pulchra fuit seducta & subtracta fraude praeter conscientiam fratris sui. Alii vero dicebant, quod dictus Marchio incognitus mutato habitu ivit Bononiam, & intrans domum istius sui amici, manifestavit se & causam sui adventus. Et Veneticus quamvis esset de Caccianimicis, nescivit istum familiarem inimicum dejicere. Vult ergo Veneticus dicere uno verbo: Quidquid dicatur, ego pro rei veritate fui conscius hujus rei & culpabilis.

E non pur' io -----

Nunc iste Veneticus venit ad aliquam excusationem sui. Quia culpa & infamia videtur minor, quando est consueta & communis, etiam in enormibus & in omnibus criminibus,

bus, nedum in levi, quale est lenocinium.

E non pur' io quì piango Bolognese:
Ideſt, punior in iſta prima bolgia ob iſtud vitium:

Anzi n' è queſto luoco -----

Ideſt, iſta prima vallis major & ceteris capacior;

----- tanto pieno,

Che tante lingue non ſon' ora appreſe,
Ideſt, nunc aptae & diſpoſitae;

A dicer Sipa tra Savena e'l Reno.

Quaſi dicat, quia plures Bononienses ſunt heic puniti tali vitio, quàm omnes Bononienses, qui nunc vivunt Bononiae. Et heic nota, quod aliqui volentes colorare factum, dicunt, quod debet intelligi, quod non ſunt plures Bononienses, dicentes actualiter iſtud vulgare *Sipa*. Et tunc eſſet ſenſus, quod eſſent valde pauci lenones Bononiae, quia pauci ſunt, qui dicant nunc in uno inſtanti iſtud vocabulum *Sipa*. Sed iſta non eſt intentio Auctoris; immo iſtud participium *appreſe* dicit heic aptitudinem, & non aptum, ita quod Auctor vult dicere, quod tot linguae non ſunt accenſae, ideſt aptae natae ad dicendum *Sipa*. Et ita de omnibus intelligit. Quia linguae infantium naturaliter & potentialiter ſunt diſpoſitae ad dicendum hoc, licèt modo actualiter non dicant. Et tamen non videatur tibi dicere rem magnam, quando dicit, quod plures ſunt Bononienses mortui puniti heic hoc vitio, quam ſint vivi in Bononia: Quia non credo, quod ſit aliqua Terra tam parva in mundo, de qua non ſint plures lenones in Inferno, quàm ſint uno tempore viventes in Bononia, & loquentes vulgare Bononiae. Et iſta Civitas eſt hodie ſatis purgata hoc vitio. Et tamen Auctor facit citius mentio-

A nem de una Terra ſtudioſa & famoſa, quàm de alia. Certe multae ſunt Terrae & magnae, in quibus magis viget iſtud vitium in Italia, ut nihil de Parisius in Gallia dicam. Nota etiam, quod Auctor deſcribit gentem Bononiae ab idiomate & a fluminibus. Bononienses enim utuntur iſto vocabulo *Sipa*, ubi ceteri Lombardi dicunt *Sia*. Bononia etiam habet ab una parte, ſcilicet Occidentis verſus Lombardiam, flumen, quod dicitur Renus, ſed non intelligit de Rheno maximo flumine, quod olim dividebat Germaniam a Gallia. Et iſte Renus Bononiensium habet aquam bonam non ſolum potabilem, ſed ad Molendina, pulcherrime utilem ad molendum frumentum, ad faciendum ſiricum, & ad alia multa neceſſaria ad ſuſtentionem & ornatum humanae vitae. Habet & alium fluvium, qui dicitur Savena ex alio latere Orientis verſus Romandiolam. Habet & alium parvum Torrentem, qui dicitur Apoſa, qui interſecat ipſam. Habet & montem fertilem & amoenum a parte Meridiei, qui eſt quaſi clypeus contra ventum Auſtrum, quem Auctor tetigit faciendo mentionem de loco Sallarum, qui eſt unum praecipitium in monte. Ex his breviffime habes nobilem ſitum huius amoeniffimae Civitatis, cujus fertilitatem & bonitatem in omnibus rebus non deſcribo, tum quod viderer recedere a propoſito, tum quia notorium eſt omni nationi in toto Occidente, quod & ipſum nomen teſtatur. Dicitur enim Bononia, quaſi bona per omnia. Ideo bene eſt omnibus linguis laudanda Bononia pinguis. Et confirmat Veneticus dictum ſuum; unde dicit:

Recati a mente il noſtro avaro ſeno,
ideſt

idest avaritiam, & cupiditatem. Et heic nota, quod Auctor capit heic avaritiam large. Nam Bononienfes naturaliter & communiter non funt avari in retinendo, fed tamen in capiendo. Illi enim, qui funt vitiofi, ibi prodigaliter expendunt ultra vires fuæ facultatis vel lucri. Ideo faciunt turpia luca, aliquando cum ludis, aliquando cum furtis, aliquando cum lenociniis, exponendo filias, forores, & uxores libidini, ut fatifaciant gulæ & voluptatibus fuis. Ideo dicit:

E se di ciò vuoi fede o testimonio,
Quafi dicat: Non oportet, quod quæras aliam probationem, quia experientia fecit tibi fidem & testimonium de hoc. Et Veneticus dicit hoc, pro tanto, quia Dantes fuerat Bononiæ in Studio ad tempus, & ifta omnia viderat, & notaverat. Et forte emerat ibi aliquid de tali merce ab aliquo Bononiensi, ficut faepe Scholares faciunt. Vult ergo dicere Veneticus: Tu debes bene fcire ifta tamquam expertus.

----- *Qui non son femine da conio.*
Et heic ex omnibus dictis potes colligere, quod Auctor noster non notat Bononienfes, nifi in infamia minorum criminum, & levioris culpæ: quia pro rei veritate Bononienfes non noverunt fraudes serpentinas, nec violentias crudeles, quibus Auctor infamat multas Nationes. Et verè Bononienfes funt homines curiales, dulcis sanguinis, & fuavis naturæ. Qui fuper ceteros Italicos familiarius tractant forenfes, & benignius fovent & honorant. Utar argumento Dantis. Non quaero aliam probationem, nifi experientiam, quia fui ibi per decennium.

Ad Verf. 115.

E mentre che là giù con l'occhio cerco;
Tom. III.

A Heic Auctor incipit tractare in fpeciali de quibusdam unctis tam fuavi unguento. Et primo nominat unum virum modernum. Ifte fuit quidam Alexius Miles dignitate, nobilis genere, natione Lucanus, naturâ blandiffimus. Fuit enim de Interminellis de Luca; de qua ftirpe ex linea materna fuit ille ftrenuus Castruccijs Tyrannus cordatus & multum formidatus in tota Tufcia, qui fuit magnus malleus Florentinorum, Dominus Pifarum, Lucae, & Piftorii. De quo Auctor noster non facit mentionem in Opere fuo, quia claruit paulo poft mortem ejus. Ifte ergo Alexius ex prava confuetudine tantum delectabatur adulatione, quod nullum fermonem fciebat facere, quem non condiret oleo adulationis. Omnes ungebat, omnes lingebat, etiam viliffimos & mercenarios famulos. Et ut cito dicam, totus colabat, totus foetebat adulatione. Ideo Auctor bene defcribit cum totum unctum ifta face, ita ut non difcerneretur ab habitu. Erat totus foedatus a capite ufque ad pedes. Dicit ergo:

Vidi un col capo sì di merda lordo,
Turpem capellum habebat;

Che non parca, s'era Laico o Clerico.
Ideo non difcernebatur, utrum effet Sacerdos, vel Secularis, quia fcilicet fciri non poterat, fi habebat capillos, vel clericam.

Ad Cant. XIX. Verf. 18.

E *Fatti per luoghi de' Battizzatori:*
Idest Sacerdotum ibidem baptizantium. Et Auctor incidenter commemorat unum cafum fatis peregrinum, qui emerferat antea in dicto loco. Qui cafus fuit talis. Quum in Ecclefia *Sancti Jobannis Florentiæ* circa Baptifterium colluderent pueri quidam, ut eft de more, unus eorum furiofior aliis intravit unum iftorum foraminum,

num, & ita & taliter implicavit, & involvit membra sua, quod nulla arte, nullo ingenio poterat inde retrahi. Clamantibus ergo pueris, qui illum juvare non poterant, factus est in parva hora magnus concursus Populi. Et breviter nullo sciente aut potente succurrere puero periclitanti, supervenit Dantes, qui tunc erat de Prioribus Regentibus. Qui subito viso puero, clamare coepit. *Ab qua facitis, gens ignara! Porteur una securis.* Et continuo portata securi, Dantes propriis manibus percussit lapidem, qui de marmore erat, & faciliter fregit. Ex quo puer quasi reviviscens a mortuis liber evasit.

Ad Vers. 52.

Et ei gridò: se' tu già costì vitto; &c.

Heic Auctor ponit responsionem illius spiritus, qui subalternaverat ipsum Auctorem, accipiens ipsum loco Bonifacii. Ad cujus peregrinae fictionis intelligentiam est praevidendum, quod Papa Nicolaus de Ursinis sciebat per quamdam Prophetiam, quam viderat vivus, vel per revelationem alicujus Daemonis, quod Papa Bonifacius debebat stare in Papatu annis VIII. & mensibus IX. Et quia Bonifacius erat primus Simoniacus post eum, ideo bene Auctor subtiliter fingit, quod ille audiens Auctorem, credidit ipsum esse Bonifacium, quia ad illam bolgiam non erant soliti ire nisi solummodo Simoniaci. Et numquam post mortem ejus venerat alius Papa Simoniacus. Ideo expectabat eum. Nec poterat imaginari, quod iste requirens eum, esset alius nisi Bonifacius. Et tamen summe mirabatur de ejus adventu intempestivo, quia expectabat eum post aliquot annos. Nunc ad literam. Di-

A cit Auctor: *Et ei:* scilicet Nicolaus Papa, *gridò*, totus stupefactus, petens cum admiratione

Se' tu già costì vitto, Bonifatio?

Quasi dicat: Es tu jam tam cito heic praesens? Et repetit bis, sicut faciunt admirantes. Et tangit causam justae admirationis dicens:

Di parecchi anni mi mentè lo Scritto.

B Idest scriptura Prophetiae, quam vidi, mentita fuit, & dixit mihi falsum, si verum est, quod tu sis Bonifacius. Et bene dixit, quia Bonifacius mortuus est in MCCCIII. Et Auctor habuit hanc visionem in MCCC. Ergo Bonifacius erat viviturus adhuc duobus annis & mensibus novem. Ideo bene dicit *di parecchi anni*. Et sic nota, quod Bonifacius vivebat adhuc. Et Auctor cognoscens ipsum Simoniacum, vult ostendere illum vivum ad Infernum. Ideo bene fingit alium Simoniacum damnatum, qui expectabat eum, praedicere sibi hoc. Immo Auctor, quando ista scripsit, viderat pravam vitam Bonifacii, & ejus mortem ravidam. C Ideo bene judicavit eum damnatum. D Sed videtur prophetare de eo, quia habet respectum ad tempus facti. Nota etiam quod Bonifacius non fuit primus Papa immediate post Nicolaum, sed fuit primus Simoniacus. Nam duo fuerunt intermedii Pontifices, scilicet Papa Martinus de Turso bonae conscientiae, licet malae gulae; & Coelestinus, vir Sanctae Vitae, de quo dictum est III. Cantu hujus Inferni, & dicetur statim heic.

Se' tu sè tosto - - - - -

E Heic dictus Nicolaus impropereat Bonifacio duo mala. Primo quia Sponsam Christi fraudulenter assumpsit de manu simplicis Pastoris. Secundo quia etiam eam more meretricio tractavit,

vit, simoniace vendendo eam, & tyrannice tractando. Ad quorum plenam evidentiam est sciendum, quod Anno Domini MCCXCIV. quum Cardinales essent in Civitate Perusii, & multum arctati a Perusinis, quia etiam fuerant sine Pastore plus duobus annis, non valentes concordare in aliquo, qui esset de Collegio, finaliter elegerunt quemdam Sanctum Virum, qui vocatus est Frater Petrus de Morono. Hic erat de Aprutio. Qui agens poenitentiam, ordinatis pluribus Monasteriis sui Ordinis, ivit ad Montem Muronis, qui montanea est supra Sulmonem. Iste vocatus Papa Coelestinus V. creavit duodecim Cardinales de mense Septembri, pro magna parte ultramontanos, ad petitionem Caroli II. Quo facto ivit cum tota Curia Neapolim. Erat autem vir simplex, illiteratus, inhabilis officio. Ideo quaerebat viam, qua posset renuntiare Papatui. Inter Cardinales erat quidam Dominus Benedictus de Anagnina Civitate de provincia Campaniae, vir per oppositum astutissimus ad quaeque magna negotia & imperia mundi. Qui etiam affectabat summam dignitatem. Iste sagaciter explorata voluntate Caroli & Cardinalium, qui obtabant omnes mutare Pastorem, persuasit Coelestino, ut faceret unam Decretalem, quod quilibet Papa posset renuntiare Papatui, exemplo Clementis I. Quo facto, dictus Coelestinus in Festo Beatae Luciae in praesentia Cardinalium se spoliavit dignitate Pontificali, & renuntiato Papatu, rediit ad poenitentiam cum magna alacritate, postquam federat mensibus V. diebus VIII. Sed postea Bonifacius fecit eum capi in Monte Sancti Angeli in Apulia in loco, ubi se rediuxerat, & private

A posuit eum in Arce Sulmonis in Campania, ne ille vivens posset praedjudicare suae electioni. Nam multi Christiani reputabant Coelestinum verum & rectum Papam, non obstante renuntiatione, dicentes, quod tali dignitati non potuerat renuntiare; & quod licet Clemens renuntiaverit, tamen fideles tenebant eum pro Patre, & postea oportuit, quod esset Papa post mortem electi. Coelestinus ergo in dicto loco parum vixit; & die, quo mortuus est, fuit sepultus in una parvula Ecclesia Sulmonae, quae erat de ordine suo, & paupereule fuit positus sub terra ultra decem brachia, ne ejus corpus inveniretur. Igitur eodem Anno Bonifacius tantum operatus est cum Cardinalibus, & Carolo II. qui habebat pro se XII. Cardinales factos per Coelestinum, quod creatus est in Papam. Nam vadens ad Carolum, dixit: *Bone Rex. Tuus Papa Coelestinus voluit servire tibi in bello Siciliae, sed nescivit. Sed si tu das operam, quod tui amici Cardinales eligant me in Papam, ego volam servire tibi, promittens sacramento apposito totum posse Ecclesiae.* Tunc Carolus promisit & ordinavit, quod duodecim Cardinales amici sui darent sibi voces. Et isto modo Benedictus fuit electus Papa in Civitate Neapoli, & vocatus Bonifacius VIII. in Vigilia Nativitatis Christi. Qui statim electione facta, recessit cum Cardinalibus de Neapoli, & venit Romam, & multum laboravit pro Carolo pro acquirenda Sicilia. Hic Bonifacius fuit nobilis genere, magnus animo, plusquam deceat Sacerdotem, dominativus, amator honoris & status Ecclesiae. Sua potentia & prudentia multum formidatus fuit; multum pecuniosus, amplectens lucra sine con-

scientia, allegans, quod licitum erat omnia facere pro exaltatione Ecclesiae. Magnificavit & ditavit summe suos. Nunc ad literam descendendum est. Dicit ergo Nicolaus Bonifacio:

Se' tu s'è tosto di quell' aver fazio,
Idest de thesauro magno,

Per lo qual non temesti torre a' nganno,
Quia tot fraudibus usus fuit, ut audisti, ut eriperet Ecclesiam de manibus Coelestini, qui tamen deceptus fuit, quia decipi voluit; quia bene cognoscebat ambitionem Bonifacii, & cessit consilio ejus, & hoc ipse quaerebat & orabat. Et etiam si numquam decepisset Coelestinum, constabat, quod ipse fraude, non recta via, pervenit ad optatum. Dicit ergo:

La bella Donna, e di poi farne stvazio?

Idest Ecclesiam, quae est pulchra Sponsa Christi, inhoneste tractando eam, & prostituendo tamquam meretricem. Aliqui tamen dicunt, quod potest intelligi de quadam Comitissa Margarita, quam Bonifacius tradidit cuidam Nepoti suo. Sed sive hoc fecerit, sive non, Auctor non loquitur de alia Donna, quam de Ecclesia, per quam acquisivit thesaurum magnum.

Ad Vers. 72.

Che su l' avere, e què mi misi in borsa.

Et heic ad cognoscendum, quis fuerit iste Papa, de quo debuiffem dicere prius, quam de Bonifacio, quia praecessit eum, est sciendum, quod iste loquitur heic de exaltatione suorum, quae fuit Anno Domini MCCCLXXXVI. quo fuit factus Papa Nicolaus III. de Ursinis de Roma, qui vocabatur Johannes Guatanus. Hic dum fuit Clericus & Cardina-

lis, fuit honestus homo, & bonae vitae. Sed factus Papa factus est magnanimus calore suorum confortum, & multa fecit ad magnificandum suam Domum. Nam fuit primus, in cuius Curia palam committeretur Simonia per suos attinentes. Quapropter multum ditavit eos possessionibus, pecuniis, & Castellis, super omnes Romanos. Et in parvo tempore, quo vixit, fecit VII. Cardinales Romanos, ut plurimum suos attinentes. Inter alios fecit Dominum Jacobum de Columna confanguineum suum, ne Columnenses adhaerent Annibalensibus inimicis suis. Et fuit reputata magna res. Quia Columnenses fuerant privati omni beneficio Ecclesiastico per Alexandrum III. quia faverant Friderico I. contra Ecclesiam. Nam Columnenses fuerant olim de Alemania. Et fecit fieri nobilia & magna Palatia juxta Sanctum Petrum. Fecit etiam sibi donari Civitatem Bononiae & Comitatum Romandiolae a Rodulpho Rege Romanorum, quia non fecerat transitum in Italiam, sicut promiserat. Quae donatio non fuit reputata iusta. Quia Rodulphus impeditus aliis suis bellis & brigis non potuerat pervenire ad benedictionem Imperialem. Sed quod Clerici capiunt, raro dimittunt. Et fecit Dominum Bertoldum Nepotem suum Comitem Romandiolae; & Cardinalem Latinum, filium sororis suae natum ex Brancalonibus Romanis, fecit Legatum. Ex dictis ergo patet, quod Papa Nicolaus de Ursinis fuit cupidus pro exaltatione suorum.

Ad Vers. 79.

Ma più è 'l tempo già, che i piè mi coffi.

Nunc Nicolaus praedicat alium Pontificem Simoniacum sequuturum post Boni-

Bonifacium. Et ad cognitionem istius oportet praescire longam Historiam, quam non possum magna brevitate perstringere, ne dicam cum Horatio.

----- *Quum brevis esse laboro,*
Obscurus fio. -----

Res ergo sic se habet. Post mortem Bonifacii electus fuit Papa Benedictus XI. de Trivisio, qui fuerat Frater Praedicator, quem Papa Bonifacius fecerat Cardinalem propter virtutem & scientiam suam. Qui vixit in Papatu solis octo mensibus cum dimidio. Qui bonus erat, & extintus est veneno, ut quidam dixerunt. Mortuo Benedicto & sepulto Perusii, magna discordia fuit inter Cardinales. Erant enim divisi in duas Sectas quasi aequales. Et unius erat caput Dominus Matthaeus Rubeus de Urfinis cum Domino Francisco Guatano Nepote Bonifacii. Et alterius erat princeps Dominus Neapoleo de Urfinis, & Cardinalis Nicola de Prato, qui fuerat Frater Praedicator, vir magnae scientiae & singularis prudentiae, qui volebat reponere Columnenses in statu. Quum ergo Cardinales stetit octo mensibus inclusi in Conclavi a Perusinis, & non possent convenire, Cardinalis Pratenfis sagacissimus persuasit in secreto Domino Francisco Guatano, quod eligeret in Papam Dominum Raymundum de Ghotto, Archiepiscopum Burdigalensem, inimicum Regis Franciae propter offensam factam illis de Domo sua per Carolum de Valois, fratrem ipsius Regis in bello Vasconiae; ut sic Cardinalis Matthaeus de Urfinis consentiret cum parte sua; quia Rex Franciae Philippus Pulcher erat amicus Columnensium, cum quibus destruxerat Bonifacium. Quo facto, Cardinalis de

A Prato cum parte sua, ignorante parte Urfinorum, misit secretissime & festinantissime Cursorem a Perusio Parisius cum literis ad Regem Philippum rogantibus, quod si volebat recuperare suum statum cum Ecclesia, & relevare Columnenses amicos suos, faceret sibi de inimico amicum Dominum Raymundum Archiepiscopum Burdegalensem, qui erat electus tamquam inimicus Regis per aliam partem. Philippus sollicitus statim misit literam amicabilem in Vasconiam ad dictum Archiepiscopum, quod veniret sibi obviam, quia ibat ad eum, loquuturus sibi pro suo magno commodo & honore. Et breviter Rex infra sex dies fuit personaliter cum Archiepiscopo secreta cum paucis in una Abbatia forinseca. Ubi audita Missa juraverunt credentiam sibi invicem super Altari. Et Rex Philippus praemissis aliquibus verbis placidis ad reconciliandum ipsum Archiepiscopum cum Domino Carolo de Valois fratre Regis, qui vocatus est Carolus Sine-Terra, de quo alibi dictum est, & dicitur, dixit: *Vide, Archiepiscopi: in manu mea est facere te Papam, si volo. Ideo veni ad te. Et si promittis mihi facere gratias, quas petam, faciam tibi istum honorem.* Et ad robur dicti sui continuo ostendit sibi literas. Tunc Vasco cupidus summae dignitatis, quasi stupefactus gaudio, dejecit se ad pedes Regis, & dixit: *Domine mi, nunc cognosco, quod diligitis me plusquam hominem mundi. Et vultis mihi reddere bonum pro malo. Vestrum ergo est praecipere. Meum autem parere.* Tunc Rex crexit eum, & osculato ipso per os, dixit: *Hae sunt gratiae, quas volo. Primo, quod re-communices me perfecte Ecclesiae, & remittas facinus perpetratum in Bonifacium,*

cium, & recomunicas me & meos sequaces. Secundo, quod concedas mihi, & dones Decimas Regni per quinquennium, in subsidium expensarum, quas feci in bello Flandriae. Tertio, quod debeas destruere & annullare memoriam Bonifacii. Quarto, quod reddas Cardinalatum Jacobo & Petro de Columna. Quinto, quod destruas Ordinem Templariorum. Sexto, gratiam seruo mihi ad tempus. Tunc Archiepiscopus juravit super Corpus Christi omnia haec sibi facere. Et ultra haec dedit sibi in obsides unum fratrem suum, & duos nepotes. Et Rex juravit eum facere Papam. Hoc facto recesserunt, & Rex duxit secum dictos obsides sub colore amoris, ut reconciliaret eos Carolo fratri suo. Et reversus Parisius, statim rescripsit Cardinali de Prato & amicis de parte sua, quod secure eligerent Dominum Raymundum in Papam, tamquam perfectum amicum. Et sic trigesima quinta die responsione facta, Cardinalis de Prato consensu omnium elegit praedictum Papam. Et utraque pars cum magno gaudio cantavit *Te Deum laudamus*, ignorante parte Bonifacii partem commissam. Haec electio facta est in MCCCV. die V. Junii. Et vacaverat Sedes mensibus X. diebus XXVII. Nunc ergo considera, Lector, si iste Papa fuit creatus cum majori fraude, quam Bonifacius. Sed Cardinales Italici suis discordiis & culpis bene fuerunt castigati à Vasconibus: quia Curia translata fuit ultra montes. Nam Archiepiscopus praefatus praesentatâ sibi electione apud Burdegalam, statim acceptavit libenter. Et continuo citavit Cardinales, quod debeant ire Lugdunum ad ejus coronationem supra Rhodanum. Et fecit se vocari Clementem V. Et requis-

A vit Regem Franciae & Aragoniae, & omnes Barones Gallicos, ut adessent. Cardinales Italici fuerunt ex hoc multum confusi & gravati. Et Dominus Matthaeus Rubeus, vir antiquissimus, Prior Cardinalium, detecta fraude, dixit Cardinali Pratenfi: *Venisti ad optatum; sed tarde revertetur Ecclesia in Italiam.* Et Cardinali Neapoleoni dixit: *Heu miser! Infelix! Hodie fecisti Caput mundi de gente sine capite.* Congregatis igitur Cardinalibus apud Lugdunum, Papa fuit coronatus die XI. Novembris, in praesentia Regis Franciae. Quem Regem juxta promissum Papa recomunicavit, & restituit ad omnes honores & dignitates, quibus Bonifacius privaverat eum; & donavit sibi Decimas totius Regni per quinquennium. Et ad petitionem dicti Regis fecit duodecim Cardinales Vascones & Francos omnes, & amicos & officiales dicti Regis. Restituit etiam duos Cardinales de Columna ad omnes honores & dignitates, quibus fuerant privati a Bonifacio. His gestis recessit cum Cardinalibus & tota Curia ad suam Civitatem Burdegalam, ubi omnes tam Cardinales, quam Italici fuerunt male tractati, quia Cardinales Gallici & Vascones regebant totum. Et dignum & justum fuit, & certe hodie est dignissimum, & sanctissimum, quum quidam Antipapae Gebennensi viro omnium vitiosissimo (a) Non ergo mireris, si Auctor noster fecit artificiosam descriptionem de homine isto, tam rapaci simoniaco. Et vide si Auctor habuit materiam faciendi mentionem, & materiam de Papis, quum tres tales viderit diebus suis simoniacos, scilicet Nicolaum, Bonifacium, & praedictum Cle-

(a) Haec nonnulla desunt in Cod. MS.

Clementem. Nunc hora est redeundi ad literam. Dicit Nicolaus de Ursinis, quod Bonifacius stabit modicum plantatus respectu sui:

Ma più è 'l tempo che i piè mi coffi,
Quia flamma continuo adurebat pedes ejus;

E ch'io son stato così sotto sopra,
Scilicet, plantatus cum capite deorsum. Et bene dicit, quia steterat jam circa decem annos isto modo;

Ch'ei (scilicet Bonifacius) non starà piantato co' piè rossi.

Et bene dicit, quia Bonifacius stabit multum sic.

Che dopo lui verrà di più laia' opra

Di ver Ponente un Pastor senza legge;

Scilicet, Clemens praedictus, turpior operum, & pejor quam Bonifacius, qui totus dissolutus fuit; & omnes sui Cardinales intenderunt ad cumulandum. Et dicit:

Verrà dopo lui, scilicet post Bonifacium; di ver Ponente,

Idest de Gallia, quae est in Occidente,

Tal che curvien che lui e me ricopra.

Quia scilicet infamia ejus extinguet infamiam Bonifacii, & mei.

Novo Jason sarà - - - - -

Heic Nicolaus describit fraudem istius Pastoris venturi, per simile tangens implicite quam conventionem habuit Clemens a Philippo.

Ad Vers. 97.

Pesò ti stà; che tu se' ben punito.

Heic Auctor specialiter vituperat Nicolaum de eo, quod dixerat supra, scilicet quod accumulaverat pecuniam pro exaltatione Ursinorum, commemorans sibi unum singulare, quod fecit ad magnificandum suam Domum. Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod iste Papa Nicolaus tentavit contrahere affinitatem cum Carolo I. Veteri, & voluit dare u-

A nam suam Neptem uni Nepoti ejus. Cui Carolus respondit: *Licèt habeat calceamenta rubea, non est ejus sanguis dignus nostra affinitate.* Ex quo indignatus privavit eum Senatu Urbis, & Vicariatu Tusciae, quem habebat ab Ecclesia vacante Imperio. Et clam omnibus erat sibi hostis infestus. Unde consensit rebellioni Siciliae, pro qua recepit magnam quantitatem pecuniae, per manus Domini Johannis de Procida, qui rebellionem illam sagacissime ordinavit, ut habebis plene Cant. VIII. Purgatorii. Nunc ad literam. Dicit Auctor: *Pesò ti stà, scilicet, ista poena aeterna:*

E guarda ben la mal tolta moneta,
C simoniace & illicite acquisitam; quia si Carolus non fuerat dignatus cum affinitate sua, non debebat ideo consentire rebellioni Siciliae, quam habuerat ab Ecclesia, & acquisiverat sibi in sanguine multo.

Ch'esser ti fece contra Carlo ardito.
Quia licèt Nicolaus optaret destructionem Caroli, tamen non fuisset ausus dare operam proditori Siciliae, nisi electuarium auri confortasset debile cor suum.

Ad Cant. XX. Vers. 17.

Se Dio ti lasci, Lettor, prender frutto

Di tua lezione - - - - -

Et heic nota, quod fructus hujus lectionis est, quod Lector discat expensis istorum, non inquirere vane futura, & dicere multa mendacia cum perditione animae, & irrisione sui. Unde bene Petrus de Ebano Paduanus, vir singularis excellentiae, veniens ad mortem, dixit amicis, Magistris, & Scholaribus, & Medicis circumstantibus, quod dederat operam praecipuam diebus suis tribus scientiis nobilibus; quarum una fecerat eum subtilem, & haec erat

Philosophia. Secunda fecerat eum divitem, scilicet Medicina. Tertia vero mendacem, scilicet Astrologia. Dicam ergo una cum Averroë: *Astrologia nostri temporis nulla est.* Sed statim dicit Astrologus: Averroës non scivit Astrologiam. Sed Astra non mentiuntur. Cui ego respondebo: Des mihi illum, qui bene sciverit: quod numquam diebus vitae meae aliquem vidi, quum tamen habuerim notitiam, & familiaritatem multorum. Certe fateor, quod Astra non mentiuntur. Sed Astrologi bene mentiuntur de Astris. Et specificat compassionem magnam, quam habebat ad istos, & reprehensionem Vergilii ad se. Dicit ergo: Verè, Lector, non poteram tenere oculos ficos, immo

Certo i' piangea, poggiato ad un de' rocchi,

idest, adhaerens uni saxo

Del duro scoglio - - - - -

scilicet, illius pontis;

- - - - - sì, che la mia scorta

scilicet, Vergilius

Mi disse: Ancor se' tu degli altri sciocchi?

Et tu etiam es de numero aliorum fatuerum, qui injuste compatiuntur istis? Et nota, quod Vergilius securè poterat arguere Dantem de isto errore, quia multo plus ipse fuit deditus huic vanitati divinationis, sicut patet maxime in Libro Georgicorum. Ideo cognoscebat se saepe fuisse mentitum. Et probat, quod non sit compatiendum talibus, subdens sententiam nobilem, quum dicit:

Què vive la pietà, quand' è ben morta.

Quasi dicat. Scis tu, quae pietas debet haberi istis? nullo modo dolere de poena eorum; sicut a simili loquendo Catholici, non effret pium,

A sed impium deplorare animam Neronis vel Judae. Ergo vera pietas est, non habere pietatem hoc loco, sed crudelitatem contra tam crudeles, quorum alter prodidit naturam, alter vero Dominum ipsius naturae. Ita in proposito. Non debes habere compassionem erga istos, qui ultra facultatem naturae humanae in tanta caligine rerum positi voluerunt ascendere coelum viventes, & usurpare sibi divinum officium, inquirendo futura, illi soli cognita. Et verè in uno maxime non merentur compassionem, quia sunt obstinatissimi hominum in proposito suo, sicut ego vidi in multis. Nam quanto plus mentiuntur, tanto plus dicunt se dicere verum. Sicut ego novi unum, qui delusus & confusus per suam Astrologiam, immo potius Diabologiam, dum increparetur familiariter ab amico, adhuc pertinacissime contradicebat, commendans continuo dulcedinem istius Artis, quae etsi est vera, non tamen scita. Ideo bene dicit Vergilius:

Chi è più scelerato di colui,

Ch' al giudicio divin passion porta?

Quasi dicat, quod nullus est crudelior eo, qui miseretur damnatis, divinâ justitiâ declaratâ.

Ad Vers. 61.

Suso in Italia bella giace un Laco; Hic Vergilius volens ostendere, quomodo Mantho post longum discursum venit in Italiam ad partes suas, incipiens a longe, primo describit Lacum Benacum, ex quo nascitur Mincius fluvius, & Lacus Mantuanus, ut sic deveniat ad locum primum originis suae. Unde nota, quod Auctor bene fingit, quod Vergilius faciat hanc descriptionem, tum quia fuit Mantuanus, tum quia facit mentionem de ista Mantho & Lacu Be-

naco IX. Lib. Aeneid. Dicit ergo:
 - - - - - & ha nome Benaco.
 Intelligas, olim. Nunc enim vocatur Lacus Gardae, & est pulcherrimus Lacus. *Giace*, quia planus est, *fuso*, scilicet in mundo viventium, quia Vergilius in Inferno positus sub terra dicit ista verba Auctori: *In Italia bella*, quia nulla est pulchrior regio in mundo.

A piè dell' alpe, che ferra la Magna, Idest in confinio inter Alemanniam & Italiam.

Sopra Tiralli - - - - -

Qui est unus Comitatus in introitu Alemanniae, ubi regnant hodie quidam Comites Theotonici, qui vocantur Turones.

Per mille fonti - - - - -

Hei describit Lacum a fontibus, & a confinibus. Dicit enim, quod ille Lacus *si bagna dell' acqua che stagna*, idest stans, non currens, *nel detto Lago*.

Per mille fonti credo, e più si bagna. Loquitur sub credulitate, ne possit errare. Sed certe credo, quod sint plures quam mille quingenti. Innumerabiles enim fontes intrant Lacum istum. Inter alios est unus fluvius, qui vocatur Sarcha, qui tam impetuose cadit in Lacum, quod ex contractione aquae albescit, ita ut currus farinae cadere videatur. Per multitudinem ergo fontium notat abundantiam aquarum. Hic siquidem Lacus habet in longitudine XXXII. milliaria, in latitudine XVI. ad plus & VI. ad minus. Et turbatur saepe ad modum maris. Et est lucidus & perspicuus ut crystallus.

Tra Garda - - - - -

quod est Castellum in ripa dicti Lacus versùs Veronam. Habet enim Lacus ex utraque parte multa Castella, & homines magnos & audaces,

Tom. III.

A sicut scribitur in Libro de *Proprietatibus Rerum*. Et habet magnam copiam olivarum.

- - - - - & *Valdimonica* - - - - -

Est una Vallis sive contrata in territorio Brixienti.

- - - - - *Pennino*.

Mons est, qui dividit Italiam per medium, & claudit cum altis Alpibus ex parte Galliae & Alemanniae. Unde jam dixit:

A piè dell' Alpe, che ferra la Magna.

Et sic dicit idem heic. Et subdit convenientiam finium, dicens, quod quasi circa medium istius Lacus concurrunt confinia trium Dioecesium. Unde dicit:

Luogo è nel mezzo là, - - - - -

C Confinium Episcopatum, - - - - - *dove il Trentino*

Pastore,

Idest Episcopus Tridentinus,

- - - - - *e quel di Brescia* - - - - -

Scilicet Pastor, vel Episcopus,

- - - - - *e 'l Veronese*.

Scilicet Pastor, vel Episcopus

Segnar poria - - - - -

D Idest, Signum Crucis facere,

- - - - - *se fesse quel camino*,

Idest, si transirent per illam partem. Hoc pro tanto dicit, quod de jure Canonico Episcopus non potest signare extra Dioecesim suam. Modò quia heic terminantur tres jurisdictiones Dioecesium, possunt ob hoc signare tres Episcopi praedicti.

Siede Peschiera - - - - -

Heic Vergilius describit in speciali unum Castellum, positum in fine istius Lacus, ut sic ordinate veniat ad ortum & principium Mincii fluminis Mantuani. Ad quod est sciendum, quod in principio istius Lacus est unum Castellum pulcherrimum, quod dicitur *Ripa*, Dioecesis Tridentinae. In fine verò est Castellum

B b

lum

lum forte & pulcrum, quod dicitur *Peschiera*, Dioecesis Veronensis. Et in ipsò Lacu longe a Pescheria, forte per sex miliaria, est una parva Insula, quae dicitur *Sermione*, ubi vidi vestigia magna vetustissimorum aedificiorum sub terra. In qua Insula morantur solùm piscatores. Nec ibi nascitur nisi oleum, in quo fringunt pisces qui dicuntur *Carpiones*, qui sunt pisces boni, & diu conservabiles. Nunc ad literam. Dicit Vergilius:

- - - - *Peschiera bello e forte arnese,*

Idest, ornamentum, licet istud vocabulum videatur usurpatum, tamen similitudine dici potest, quod arnesium cedit ad ornamentum domus, ita Pescheria ad ornamentum illius Riperiae. Est enim Pescheria Castellum satis novum, munitum multis turribus, & arcibus, quasi tutela totius contratae. Ideo bene dicit;

Da fronteggiar Bresciani e Bergamaschi:

Idest ad obviandum Brixiensibus;

Ove la riva intorno più discese.

In fine aqua est bassior, & incipit effluere & facere fluvium Mincium.

Ad Vers. 94.

Già fur le genti sue dentro più speffe;

Prima che la mattia de' Casalodi &c.

Heic Vergilius, descriptâ origine Urbis suae, tangit illius florem, ne forte quis infirmioremem ejus statum hodie cernens, ignoraret magnificentiam primam. Mantua enim sicut est pulchra Civitas, ita fuit olim opulenta, populosa, & plena usque ad tempora Comitum de Casalodi. Ad quod sciendum est, quod Casalodi est Castellum in territorio Brixienti, unde fuerunt olim Nobiles Comites, olim dominatores Civitatis Mantuae, quos Pinamontes de Bonacosis, Civis Mantuanus, fallaciter & sagaciter

A seduxit. Erat siquidem Pinamontes magnus & audax, habens magnam sequelam in Populo. Et quum Mantuae esset multa Nobilitas odiosa, & infesta Populo, Pinamontes persuasit Comiti Alberto tunc regenti, ut mitteret certos Nobiles, praecipue suspectos, extra per Castella ad certum tempus, & ipse interim placaret furiam Plebejorum iratorum. Quo facto cum magno tumultu & plausu Populi ipse invasit dominium Mantuae. Et continuo crudeliter exterminavit quasi omnes Familias nobiles & famosas, ferro & igne domos evertens, viros mactans, & relegans. Inter quos fuerunt Comites de Cafali Alto, illi de Ripa, illi de Arlotis, illi de Ganfarris, illi de Zaneculis, illi de Cacciaviris, illi de Bobus, aliqui de Hippolythis, aliqui de Saviola, & alii plurimi. Dicit ergo bene: *le genti sue*, scilicet Mantuanae, *fur più speffe dentro*. Nam audio, quod fere L. Familiae fuerunt destructae per Pinamontem proditione sua. *Prima che la mattia*, idest *mera matterza, mattana*; quia Comes ille fuit ita simplex & credulus, ut dictum est. Aliqui tamen dicunt, quod debet dici *la natia*, idest nativa; sed isti volunt honestare dictum. Sed debet dici *la mattia*.

Ad Vers. 115.

Quell' altro, che ne' fianchi è così poco,

Michele Scotto fu - - - -

E Heic Vergilius notat alium divinatorem Latinum modernum Michaëlem Scottum, famosum Astrologum Friderici II. de quo jam toties dictum est, & dicitur. Cui Imperatori ipse Michaël fecit Librum pulcrum valde, quem vidi, in quo aperte curavit dare sibi notitiam multorum naturalium, & inter alia multa

ta dicit de istis auguriis. Et nota, quod Michaël Scottus miscuit Necromantiam Astrologiae. Ideo creditus est dicere multa vera. Praedixit enim quaedam de Civitatibus quibusdam Italiae, quarum aliqua verificata videmus. Sicut de Mantua praedicta, de qua dixit:

Mantua, vae tibi, tanto dolore plena!

Male tamen praedixit mortem Domini sui Friderici, cui praedixerat, quod erat moriturus in Florentia; sed mortuus est in Florentiola in Apulia. Et sic Diabolus quasi semper fallit sub aequivoco. Michaël tamen dicitur praevidisse mortem suam, quam vitare non potuit. Praeviderat enim se moriturum parvi lapilli casu in caput suum. Ideo sibi providerat, quia celatam ferream semper sub caputeo ad evitandum talem casum portabat. Sed semel dum intrasset in unam Ecclesiam, in qua pulsabatur ad Corpus Domini, removit caputium cum celata, ut honoraret Dominum; magis tamen, ut credo, ne notaretur a vulgo, quàm amore Christi, in quo parum credebat. Et ecce statim cecidit lapillus super caput nudum, & parum laesit cutim. Quo accepto & ponderato, Michaël reperit, quod tanti erat ponderis, quanti praeviderat. Quare de morte sua certus, disposuit rebus suis, & eo vulnere mortuus est.

Ad Vers. 118.

Vedi Guido Bonatti - - - -

Haec Vergilius nominat alium divinatorum modernum Italicum. Ad cuius cognitionem est sciendum, quod iste Guido Bonatus fuit magnus Astrologus Comitum Guidonis de Monte Felstro famosi; & quum ipse Comes teneret Forlivium, patriam ipsius Guidonis in Romandiola, ubi erat

A princeps partis Gibellinae, utebatur consilio ipsius Astrologi in omnibus agendis. Et satis constans opinio multorum fuit, quod ipse obtinuerit multas victorias contra Bononienfes, & alios adversarios suos, operibus istius Guidonis. Iste Guido quamvis reputaretur a vulgo fatuus & phantasticus, tamen saepe mirabiliter indicabat. Nam fecit Comitem praedictum exire contra Gallos, & ipse exiens simul cum eo, praedixit se vulnerandum in coxa, & sic accidit de facto. Unde statim medicavit se cum ovo & stuppa, quae omnia portaverat secum, sicut ipsemet Guido scribit de se ipso. Nam Guido iste fecit Opus pulcrum & magnum in Astrologia, quod ego vidi. In quo tam clare tradit doctrinam de Astrologia, quod visus est velle docere feminas Astrologiam. Tamen iste tantus Astrologus male scivit praeservare istum Comitem in dominio suo, quia post annum perdidit totum, ut habebis infra Cant. XXVII. Attamen cum tota sua Astrologia iste fuit turpiter delusus ab ignorante quodam rustico. Res jucunda narratur. Nam, quum Comes praedictus staret una die in Platea Forlivii pulcherrima & magna, venit unus rusticus montanarius, qui donavit sibi unam salnam Piorum. Et quum Comes diceret: *Sta mecum in coena*; respondit rusticus: *Domine, volo recedere, antequam pluat, quia infallibiliter erit hodie pluvia magna*. Comes de isto rustico miratus, statim fecit vocari ad se Guidonem Bonatum, tamquam magnum Astrologum, & dixit ei: *Audis quod dicit iste?* Respondit Guido: *Nescit quid dicat. Sed expectate modicum*. Ivit Guido ad studium suum, & accepto Astrolabio consideravit dispositionem coeli. Et reversus dixit,

quod erat impossibile, quod plueret die illa. Rustico autem perseveranter affirmante dictum suum, dixit Guido: *Quomodo scis tu?* Respondit Rusticus: *quia hodie asinus meus in exitu stabuli vibravit caput, & erexit aures. Et semper, quando est solitus sic facere, certissimum est signum, quod tempus cito mutabitur.* Tunc replicavit Guido: *Posito quod sic sit, quomodo scis tu, quod ista pluvia erit magna.* Dixit ille: *Quia asinus meus auribus erectis transvertit caput, & rotavit plus solito.* Recessit ergo Rusticus cum licentia Comitis festinanter, timens multum de pluvia, quamvis tempus esset clarissimum. Et ecce post horam, coepit tonare, & facta est magna effusio aquarum quasi diluvium. Tunc Guido coepit clamare cum magna indignatione & risu: *Quis me delusit? quis me confudit?* Et fuit diu magnum solatium in Populo. Et hunc honorem fecit dominus Agaso magno Magistro Astrologo. Dicit ergo Vergilius:

Vedi Guido Bonatti - - - - -

Et heic nota, quod Auctor ponit istum singularem Astrologum solum, quia fuit excellens, immo non habuit parem tempore suo. Unde non debes numerare Guidonem inter divinatores mechanicos, sicut quidam ignoranter fecerunt, decepti ex eo, quod Auctor post eum nominat divinatorem vulgarem, dicens:

- - - - - Vedi Asdente.

Iste fuit quidam Calcifex de Parma, qui dimissa arte sua dedit se totum divinationi. Et saepe multa ventura praedixit, quae ventura erant, cum magna hominum admiratione: credo ego potius a natura, quam a literatura, quum esset Literarum ignarus. Nam aliqui habent a coelo, quod sint Astrologi, quales multos saepe

vidi. Asdente ergo visus est in aliquibus esse Propheta. Unde de eo inter alia audivi, quod praedixit, licet obscure, qualiter Fridericus II. debebat facere Civitatem, quae dicta est Victoria, contra Parmam, ubi fuerat debellatus, sicut fecit de facto. Unde dicit Auctor:

Che aver' inteso al cuojo & a lo spago

Ora vorrebbe - - - - -

Idest de praesenti ad suendum calceos, sicut prius solitus erat facere: Et dicit:

- - - - - ma tardi si pente.

Quia poenitentia tarda est in Inferno; vel loquendo moraliter, quia istos, ut jam dictum est, numquam poenitet, nisi quando sunt omnino consumti, vel confusi, immo raro, vel numquam.

Ad Cant. XXI. Vers. 15.

Chi terzeruolo, & artimon rintoppa.

Duo genera velorum. Heic nota, Lector, ut videas, quantum sit propriissima comparatio praedicta; & mirabilem phantasiam Auctoris, qui locum istum tam curiose describit, quem saepe notaverat in Civitate Venetiarum, & per ipsum nobis figuraliter repraesentat generale & universale vitium Barateriae. Ergo per Arsenatam intellige omnem Curiam sive Communitatum, sive Dominorum. Et maxime mihi videtur vidisse optimum exemplum in Curia Papae.

Ad Vers. 38.

Ecco un de gli Anzian di Santa Zita,

Idest de Rectoribus, qui vocantur Antiani Lucae, sicut etiam Bononiae. Sed Florentiae appellantur Priores. Et dicit *di Santa Zita*, quia Cita fuit femina sancta in Civitate Lucana, quae multis claruit miraculis

culis in vita, & post mortem, cujus Corpus adhuc integrum colitur ibi cum magna veneratione. Et heic nota, quod Auctor in isto Cantu punit solum Baraterios, qui barataverant suum Commune, sicut patet ex verbis literae. Nota etiam, quod Civitas Lucana habet egregios Baraterios in Communi, licet habeat communiter legales Mercatores. Fingit ergo Auctor, quod iste portatus a Daemone erat unus praecipuus Officialis ex illis.

Ad Vers. 41.

Ogni uom' v' è Barattier, fuorchè Bonturo.

Et heic nota, quod Auctor potius includit istum in numerum aliorum, quia loquitur ironice, quasi dicat: Bonturus est summus. Nam Bonturus fuit Archibaraterius, quia sagaciter ducebat & versabat illud Commune totum, & dabat Officia, quibus volebat. Similiter excludebat quos volebat. Unde dum semel ivisset Legatus ad Papam Bonifacium, Bonifacius, magnus marescalchus hominum, qui cognoscebat laqueos ejus, cepit cum per brachium, & vibravit. Cui ille respondit: *Tu quassasti dimidiam Lucam.* Et iste erat forte nunc portatus a Daemone. Audivi tamen aliquos dicentes, quod Bonturus iste fuit bonus in Communi, & quod Auctor loquitur pie: quod non credo, quia Bonturus fuit bonus Barattator. Et bene convenit sibi nomen, quia bene sciebat obturare unum foramen vacuum. Et bene sciebat tergere unam maculam infamiae. Et audi si sunt boni Baraterii Lucae, quia

Del nò per li denar vi si fa ita,

Hoc est, quod de negatione fit ibi affirmatio, quasi dicat, quod de Falso fiat ibi Verum per pecuniam. Sed

A certe ista regina pecunia habet istam potentiam, & majorem non solum in parva Curia Lucae, sed in maxima Curia Romana. Et finaliter ostendit, quomodo Daemon vocatis sociis, & recommendato sibi isto magno Antiano, dejecit ipsum inter brancas eorum.

Ad Vers. 48.

B *Gridar: Quì non ha luogo il Santo Volto.*

Quasi dicat: Heic non est opus voto vel prece, quia non potes recurrere ad Vultum Sanctum, sicut solent facere Lucenses in rebus adversis. Ad cujus rei intelligentiam est sciendum, quod sicut reperi in quadam scriptura, apocrypha tamen, quidam Venerabilis Episcopus, nomine Gualfredus, dum gratiâ devotionis ivisset Hierusalem, & loca sancta reverenter visitaret, vidit in somno Angelum dicentem sibi, ut exquiret sanctissimum Vultum Salvatoris in domo cujusdam Seleucii viri Christianissimi, adhaerenti domui suae. Quoniam Nicodemus post Resurrectionem & Ascensionem Christi, flagrans ejus amore, assignavit sibi unam Imaginem visibilem illius, quem tenebat in corde, consideratâ omniformâ & proportione membrorum. Ideo *Vultus* appellatur, quia facies hominis dat cognitionem ejus. Nicodemus autem reliquit Imaginem hanc cuidam nomine Isacar, qui propter metum Judaeorum illam occultissime reconditam quotidie venerabatur, & successive pervenit ad manus multorum haeredum. Episcopus narratâ visione ceteris, accessit ad Seleucium, a quo magnâ arte & ingenio difficillime obtinuit dictam Imaginem, quam cum summa veneratione detulit usque ad litus Civitatis Joppe, quae postea dicta est Acon.

C

D

E

con. Ubi divinitus oblata navis cooperta & onerata, sine ope remorum vel velorum, accepta in se Imagine, accessit ad Portum Civitatis Lunae; Lucenses miraculo stupefacti, navim aggressi, numquam illam attingere potuerunt. Tunc quidam Episcopus Lucanus, nomine Johannes, admonitus ab Angelo, accessit ad Portum Lucensem. Cui navis se sponte obtulit. Et sic tantum donum, omnibus cum summa veneratione concurrentibus, portatum est Lucam, & ibi depositum in Ecclesia Sancti Martini, ubi multa miracula fecit, & facit, ut dicunt Lucenses. Tu de hoc crede quod vis, quia hoc non est de articulis Fidei. Lucenses ergo habent de more facere orationes & oblationes ad istum Vultum Sanctum, praecipue quando indigent succursu. Ideo isti Daemones nunc improperabant isti, quod non erat amplius locus heic Vultui Sancto. Et assignant causam hujus, quia non est heic spes refugii, sicut in fluvio Lucano. Ideo dicunt:

Quì si nuota altrimenti che nel Serchio.

Serchius est fluvius Lucanus, qui descendens ex altis montibus, labitur juxta moenia Civitatis cum impetu.

Ad Vers. 93.

Si ch' io temetti non renesser patto.

Nota, quod Auctor pulcre heic fingit, quod raro vel nunquam isti Baraterii servant quod promittunt, nisi sit eis uncta manus. Et describit Auctor formam sui timoris per unam comparisonem satis ignotam. Ad cuius cognitionem est breviter sciendum, quod Anno MCCLXXXIX. Lucani cum Florentinis equitibus & peditibus iverunt de Mensè Augusti in exercitu contra Civitatem Pisarum, & obsederunt Castellum, quod

A dicitur Caprona. Tandem famuli manipulares, qui erant ibi deputati ad custodiam & defensionem, dederunt se salvis personis. Isti ergo recedentes, dum transirent per medium exercitum, videntes hostes armatos, ibant cum maximo timore, ne trucidarentur,

Veggendo sè tra nemici cotanti, scilicet Florentinos & Lucenses.

B Heic nota, quod Auctor fuit personaliter in isto exercitu. Erat enim tunc juvenis XXV. annorum. Et ibi vidit istum actum. Ideo libentius fecit istam comparisonem, ut de se memoriam faceret, quia aliquando tractaverat arma. Quamvis comparatio, etiam non habito isto respectu, sit valde propria. Sicut enim illi famuli erant inclusi intra Castellum, unde non poterant evadere nisi per manus inimicorum, & sicut famuli de Caprona, data licentiâ ibant inter hostes armatos, quibus fecerant magna damna, sicut saepe dictum est, timentes pacta non servari, ita isti promissâ sibi impunitate ibant inter Daemones armatos, quibus fecerant magna damna.

Ad Vers. III.

Presso è un' altro scoglio, che via face.

C Nota, quod sub ista subtili fictione Auctor dat intelligi artem magni Baraterii, qui quum videret quasi libere expeditivisse hominem, tunc procurat ipsum fortiori laqueo implicare sub colore sani consilii. Dicit enim: *Fili mi, tu numquam posses pervenire ad finem optatum eundo per viam rectam, licet habeas justam causam: quare oportet ut vadas per aliam viam. Et vide, talem esse, qui potest & vult expedire pauperes, quia est frater Papae, & est pater misericordiae & clementiae.* Tellis est mihi Deus, quod istum

E

istum casum ego sum expertus in me ipso in Curia Romana in Avinione. Nam Thesaurarius Major Urbani V. quum diu tenuisset me suspensum sub certa spe victoriae, ostendens se affectuosissimum ad justissimam causam meam, post tempus videns, quod nihil dabam, ut sperabat, coepit me respicere torvo oculo, quum tamen esset obliquus oculis corporalibus, sed multo magis mentalibus. Et breviter deseruit me in scopulo desperatum. Et sic fecit more Malacodae, quia docuit me aliam viam, quae non erat in rerum natura.

Ad Vers. 112.

Jer più oltre cinqu' ore, che quest' hotta, &c.

Est autem heic notandum, quod Auctor per istam descriptionem temporis tangit occulte tempus, in quo incepit istud arduum Opus. Incepit enim, ut jam toties dictum est, in MCCC. circa medium mensis Martii, in die Veneris Sancti, quia Pascha tunc fuit Martiaticum. Et vult dicere allegorice, quod sicut per Mortem & Resurrectionem Christi humanum genus revixit a morte ad vitam, ita ipse Auctor divinâ gratiâ in tali die de morte & tenebrâ vitiorum reductus fuit ad claram viam, & vitam felicitatis aeternae. Nunc ad computationem annorum veniendo, Christus mortuus est Anno XXXIII. suae aetatis, & quarto incipiente. Ergo si 34. Annis addas 1266. habebis Annos 1300. Vel vis dicere, quod Auctor incipit Millesimum ab Incarnatione, sicut Tusci capiunt: & tunc non oportet calculare illum Annum imperfectum, quia erunt 34. anni integri. Nunc veni ad literam obscuram, quam ut clare intelligas, considera, quod iste incipit numerum Annorum a Morte Christi, non

A a nativitate, vel Incarnatione ejus, ita quod totum tempus vitae ejus Domini Jesu Christi non ponitur heic; ideo dicit:

*Mille Dugento con Sessanta Sei
Anni compier. -----*

Et heic adverte, quod quando iste loquebatur, erat prima Hora diei Sabbati Sancti.

Ad Cant. XXII. Vers. 2.

E cominciare stormo, e far lor mostra.
Sicut est de more in castris, multis de causis & fit cum aliquo instrumento.

E talvolta partir per loro scampo.

Idest, fugere ad evitandum damnum & verecundiam, ad quod etiam solet dari certum signum. Et subdit Auctor, se etiam vidisse unam Terram tumultuare, in qua tumultuatione datur aliquod signum a partibus. Et hunc actum dicit expresse se vidisse in Civitate Aretii, quae est confinis suae patriae Florentiae. Ideo apostrophat ad ejus Cives dicens:

*Corridor vidi per la Terra vostra,
O Aretini -----*

Idest homines currentes in furore populari per Aretium Terram. Ad quod sciendum, quod aliqui dicunt, quod hoc accidit tempore, quo Gibellini fuerunt expulsi de Florentia, quia tunc Guelphi percurrerunt Civitatem more praedonio. Sed istud videtur impossibile, quia tunc Auctor non erat natus, aut erat parvulus. Alii dicunt, quod hoc fuit quando Tarlati de Petramala fuerunt expulsi in MCCCVII. Nec istud videtur posse etiam stare, quum Auctor nondum vidisset ista in MCCC. quando habuit istam suam visionem. Et ideo est heic considerandum, quod propter partialitates, quibus jamdiu misera Italia laceratur, multae mutatio-

tiones, tumultus, & vani furores fuerunt ex omni parte, & specialiter in Tuscia, ut saepe patet in Libro isto. Et maxime in Civitate Aretina, sicut diebus istis vidimus de facto, quod saepe mutationes & innovationes factae sunt: ex quo deducta est ad desolationem. Quae antiqua & nobilis Civitas quondam unum ex capitibus Tusciae habebatur, teste Livio. Auctor ergo in juventute sua ante sui expulsionem de Patria viderat istum tumultum, quem reperit aliquo casu, vel aliqua de causa. Dicit ergo

----- *E vidi gir gualdane,*
idest, Masinatas, Brigatas, in dicto tumultu Aretii, vel etiam alibi. Et sequitur:

Feriv torniamenti-----

Haec considera, quod aliqui glorificare volentes suam patriam, dicunt, quod ista torneamenta & equisternia facta sunt Aretii tempore Guidonis de Tarlatis de Petramala, qui vir valentissimus Terram illam maxime exaltavit, & exornavit viris, viribus, muris, & omni opere pulcro. Sub quo multi viri militares exercebant se in istis rebus bellicis. Sed quidquid dicatur, istud est alienum a proposito, quia dictus Episcopus magnificus non claruit tempore Auctoris, immo post ejus mortem. Nec dubito, si novisset gesta ejus, non tacuisset omnino. Ideo dico, quod Auctor non refert amplius dictum suum ad Aretium, immo ad alias Terras, quia Auctor poterat vidisse ista spectacula Florentiae, Bononiae, & alibi.

Ad Vers. 47.

Domandollo, ond' ei fosse, e quei vispose:

Ponit responsonem illius plenior, quia ille interrogatus de gente vel

A de patria, describit se a gente, a parentibus, ab officio, ac insuper a vitio, quo damnatus est. Et ad evidentiam hujus rei peregrinae, volo te scire, quod, prout imaginor, Dantes habuit Parisius istud, quum esset ibi gratia studii post indignam expulsionem suam; & quia notaverat inauditas fraudes & profundas malitias istius Diaboli, qui plus sciebat omni Diabolo, decrevit facere perpetuam memoriam de eo. Unde nota, quod iste infelix fuit natione Hispanus de Regno Navarrae, natus ex nobili matre, & vilissimo patre. Qui quum dilapidasset omnia sua bona, ut audio, tandem desperate laqueo se suspendit, ita quod dicitur arborificatus in circulo violentorum contra se. Iste ergo filius vocatus est nomine Ciampolus, quem Mater sua nobilis Domina posuit ad standum cum quodam nobili Magnate; qui scivit ita sagaciter se habere, quod factus est in brevi illi carissimus. Et sic fama prosperante, & favore domini coadjuante, iste intravit Curiam Regis Thebaldi, qui ultra Reges Navarrae fuit Rex singularis justitiae & clementiae. Et summa sagacitate tam mirabiliter adeptus est gratiam & favorem Regis, quod Rex amarus de eo, commisit totam Curiam regendam manibus ejus. Ita quod conferebat beneficia, & omnia ministrabat. Tunc coepit astutissime barattare & accumulare. Et licet saepe fieret querela de eo, Rex nihil credere volebat. Et sic crescebat continuo audacia audacissimo. Nunc ad literam. Dicit Ciampolus Vergilio:

Io fui del Regno di Navarra nato.
Hispania habet quinque Regna in se, scilicet Regnum Castellae, Aragoniam, Navarram, Portugallum, & Grana-

Granatam, que est infidelis, quia per Saracenos detenta est. Et tangit fortunam suam, dicens:

Mia Madre -----

Che m'avea generato d'un ribaldo,
Et ego non degeneravi. Quia fuit ribaldior eo. Nam omne ortum attestatur ei, a quo oritur:

Distruuggitor di se e di sue cose,
ex duplici violentia,

----- *a servo d'un Signor mi pose,*
idest, ad serviendum cuidam Nobili, post mortem patris. Deinde tangit officium suum, quum dicit:

Poi fui famiglio del buon Re Tebaldo.
Et heic nota, quod hoc notanter tangit, quia tacite vult dare intelligi, quod licet esset factor optimi Domini, tamen erat pessimus. Et sic est valde periculosum, quando Dominus est bonus, & habet Officiales pravos, quod faciant sibi verecundiam & damnum sine sui scientia vel culpa. Et de multis legi & vidi. Sicut non est diu, quod Dominus Cluniacensis, Legatus Urbani V. in Bononia, de se erat vir nobilis, bonus, & prudens, & habuit in Vicarium Bartholinum Ruynum Baratterium ribaldissimum, qui semper fecit sibi infamiam & odium multorum. Nec umquam, nescio quo diabolo caecante, volebat audire malum de eo, & invitus dimisit eum cum magna indignatione. Quanto laudabilius & prudentius egit Cambises Rex Persarum, qui Judicem suum, qui tulerat sententiam falsam pro pecunia, & fecit excoriari, & pelle ejus sedem judiciariam cooperiri? Deinde filium ejus iussit in eadem Sede sedere, ut semper memor paternae poenae ageret juste & fideliter cum omnibus. Talem mortem merebatur Ciampolus, quem, quia multos excoriaverat in vita, Auctor facit nunc sic excoriari. Ciam-

Tom. III.

A polus ultimo tangit suum iudicium, dicens:

Quivi mi misi a far baratteria,
scilicet in Curia dicti Regis, dando officia & honores pro pecunia, quae poterat iuste conferre ex officio suo.

Ad Vers. 81.

Et ei rispose. Fu Frate Gomita.

B Ad cujus cognitionem est sciendum, quod iste Frater Gomita, de quo fit heic mentio, fuit Vicarius & Locumtenens Judicis Nini Pisani in Sardinia, summus Baratterius, quem finaliter ipse Ninus fecit suspendi, quia relaxaverat & liberaverat certos inimicos ejus, quos habebat sub custodia, pecuniâ corruptus. Unde oportet ulterius scire, quod olim Januenses & Pisani, duo potentissimi Populi in mari, confoederati inter se magnâ classe recuperaverunt Insulam Sardiniam de manibus Barbarorum infidelium Africae. Insulâ recuperatâ convenerunt inter se, quod Januenses avidi praedae asportarent quidquid praedae esset super terram, Pisani verò haberent solum nudum. Quo facto Pisani, reparatâ & reformatâ Insulâ diviserunt eam in quatuor partes, quas appellaverunt Judicatus. Et constituerunt quatuor Rectores, quos appellaverunt Judices. Nomina autem Judicatum sunt ista. Primus vocatus est *Logodoro*, idest Locus aureus, quia ista est pars fertilior & amoenior. Secundus *Calari*, & est nomen antiquum retentum. Ibi fuit olim famosa Civitas, ut dicit Pomponius Mela. Tertius Judicatus dictus est *Arborea*. Quartus & ultimus *Gallura*, sic vocatus a Comitibus Pisanis, quibus datus fuit iste Judicatus, qui portant Gallum pro armatura, de quibus fuit praedictus Judex Ninus, olim expulsus de Civitate Pisana; de quo dicetur

C c

Pur-

Purgatorii Cant. VIII. Et de isto Judicatu fuit iste Frater Gomita. Nunc ad literam. Dicit Auctor: *Et ei, idest, ille Ciampolus, rispose: Ille a quo recessi, infortunio meo fuit Fratre Gomita.* Describit ipsum a nomine proprio, a loco, & a vitio. Unde dicit.

Quel di Gallura, vafel d'ogni froda.
Ac si dicat: Erat totus conflatus ex omni genere fraudum, armarium malitiae omnis. Ideo erat dignus socius Ciampolo, solitus conversari libenter secum sub pice. Et tangit in speciali unam baratteriam, quae imposuit finem fraudibus ejus; ex qua fuit suspensus cum uno uncino ferro. Unde dicit:

Ch'ebbe i nimici di suo Donno in mano,

idest Judicis Nini, Domini sui in potestate & baillia sua. Sardi enim & Siculi vocant Dominos suos *Donnos*, sicut Hispani, sub quorum dominio utraque Insula aliquando fuit, ut saepe patebit.

Ad Vers. 88.

*Usa non esso Donna Michel Zanche
Di Logodoro - - - - -*

Heic etiam nominat alium Magistrum Baratterium de eadem Insula Sardiniae. Ad cujus cognitionem est sciendum, quod iste alter Sardus vocatus fuit Michaël Zanche, Factor matris Regis Entii, filii naturalis potentis Friderici II. & Vicarius ipsius Regis Entii. Qui fuit adeo solemniter Batatterius, & ita scivit solemniter natum sub pice, quod mortuo ipso Rege Entio in carcere Bononiae, ipse Michaël accepit matrem ejus in uxorem, & sic factus est Dominus Judicatus Logodori. Dicit ergo

*- - - - - Donno Michel Zanche
Di Logodoro; - - - - -*

quia fuit de illo nobili Judicatu:

A Usa con esso - - - - -

scilicet cum praedicto Fratre Gomita. Et ostendit quare libenter conversantur invicem, quia confabulabantur inter se de multis & magnis baratteriis, quas faciebant in Sardinia. Unde dicit:

Le lingue loro non si senton stanche,
scilicet, linguae Gomitae & Michaëlis numquam cessant

- - - - - a dir di Sardinia

quomodo barattabant ille Galluram, iste Logodorum. Et ego tertius, quando sum ibi, loquor semper de Navarra. Et vult dicere breviter: Nos sumus tres boni focii, qui fuimus tres praecipui Barattatores trium optimorum Dominorum. Sed Ciampolus sciebat plus ceteris, & tenuisset omnes ad scholam, ut statim audies.

Ad Cant. XXIII. Vers. 60.

Piangendo, e nel sembiante stanca e vinta.

scilicet de poena eorum, vel moraliter, quia Hypocrita plorat amarissime de industria more mulierculae, ut ostendat se pium & sanctum coram populo, quem decipit. Sicut ego vidi de facto nobilem Hypocritam, qui praedicaturus Passionem Domini de mane, potavit se multā Malvasiā. Et sic planctu & lacrymis fundebat malignitatem suae mentis, & multa milia hominum provocavit ad plorandum secum. Nec fuit aliquis ita durus, qui non sociaret eum in plangendo Passionem Domini. Et talibus insidiis extirpavit in brevi pecunias multas, quibus postea emit unum bonum Episcopatum, ita quod lucrum hypocrisis convertit in Simoniam. Et dicit: *nel sembiante stanca, e vinta*, idest in apparentia exteriori, quia isti Hypocritae simulant dolere, se ferre asperiores vitam, & facere duriores poeni-

poenitentiam, quam possint pati, portantes aliquando cilicium; immo ferum ad carnes, & catenas, quibus ligant mulierculas & credulos, quamvis de rei veritate talis poenitentia ficta debeat nimis gravare & fatigare conscientiam suam.

*Elli avean cappe con cappucci bassi
Dinanzi agli occhi -----*

Heic Auctor describit habitum proprium Hypocritarum, qui datâ operâ portant vestes viles, abjectas, sordidas, ut videantur bene despicere mundum cum pompis suis. Ideo specificat cappas istorum per comparisonem capparum, quibus utuntur Monachi in Alemannia, qui portant habitum ita ineptum & informem, ut non videatur habere aliquam formam vestis, immo videtur quasi unus sacco.

Ad Vers. 65.

*Ma dentro tutto piombo, e gravi
tanto,*

Quia in mente sunt imperfecti & obscuri, sicut plumbum, vitiis occultis. Et manifestat gravitatem capparum per unam comparisonem pulcherrimam. Ad cujus intelligentiam volo, te notare, quod Fridericus II. Princeps saevissimus punitor eorum, qui dicebantur rei Majestatis, immo saepe innocentes injustissime poenis affecit. Sicut primogenitum fecit carcere mori, & Petrum de Vineis exoculari, & alios diversis poenis macerari. Aliquando autem novo genere poenae punivit, qui fecerant contra Coronam. Nam faciebat fieri unam tunicam ex plumbo grossiori quasi unius unciae, qua faciebat illum indui, ita quod ad modum cappae tegebat totum corpus a capite usque ad pedes. Deinde faciebat poni in unum vas, sicut in caldariam, & ignem subjici, ita quod calor li-

A quefaciebat plumbum, & homo similiter fundebatur cum plumbo, carne frustatim cadente. Et ecce comparatio est propria, sicut de se patet, de cappa plumbea & ponderosa ad cappam plumbeam ponderosam, de damnato ad damnatum, de crimine ad crimen. Sicut ergo Fridericus Imperator Romanorum rigide puniebat proditorem suum, ita Imperator Deus rigide punit Hypocritam, qui prodit eum.

Ad Vers. 94.

*Et io a lov. I' fui nato, e cresciuto
Sovra 'l bel Fiume d' Arno a la
gran Villa.*

B
C
D
Quia usque ad trigessimum quintum annum steterat in patria, quando natura hominis amplius non crescit. Istius Fluvii descriptio habetur Purgatorii Cant. XIV. Et appellat Civitatem Florentiae Villam more Gallico. Quae Florentia est decus totius illius ripariae, magna ambitu, potentia & opulentiâ, amoenitate & civilitate, ut patet per se. Et confirmat illud, quod illi superius dicebant inter se, scilicet quod vere est vivus: Unde dicit:

*E son col corpo, ch' i' ho sempre
auto.*

Ad Vers. 103.

Frați Godenti summo -----

E
Ad cujus rei intelligentiam est sciendum, quod, sicut ego collegi ex Regula istorum Fratrum, quidam nobiles & divites viri, sicut Lodoringus de Andalò, Civis Bononiensis, Guamons de Caccianimicis, Raynerius de Adelardis de Mutina, & plures alii de Civitatibus eorumdem congregati, inter se habito colloquio & consilio, supplicaverunt Urbano Papae IV. quatenus dignaretur dare eis certum Ordinem & Habitum, sub quo possent vivere libere & quiete

te in otio sanctae contemplationis. Quorum precibus Urbanus condescendens, constituit eis Ordinem, qui intitulatus est *Ordo Militiae Beatae Virginis Mariae gloriosae*. Et dedit eis certam Regulam cum multis praeceptis & observantiis, videlicet quod ferrent fraena eorum simplicia, non deaurata, non deargentata, & quod non irent ad convivia Secularium; non personarent, nec donarent Histrionibus; nec irent sine socio, Fratres, vel Conforte, vel alia persona honesta. Et ita de multis, quae tam inutile quam longum esset enarrare. Dedit eis habitum nobilem, qui habet magnam similitudinem cum habitu Praedicatorum. Et pro Insignio Scutum albi coloris cum Cruce rubea. Ad propositum dicit ergo unus Fratrum istorum: *Fratri Godenti summo*, & utitur vulgari Bononiae. Et heic nota, quod iste denominat Ordinem suum a vocabulo notiori & usitatori. Nam a principio multi videntes formam habitus nobilis, & qualitatem vitae, quia scilicet sine labore vitabant onera & gravamina publica, & splendide epulabantur in otio, coeperunt dicere: *Quales Fratres sunt isti? Certe sunt Fratres gaudentes*. Ex hoc obtentum est, ut sic vocentur vulgo usque in hodiernum diem, quum tamen proprio vocabulo vocarentur Milites Dominae. Dicto, qui fuerunt, dicit unde fuerunt, quum dicit:

----- e *Bolognesi*;

Iste enim Ordo habet caput & fundamentum Bononiae; unde habent suum Monasterium principale extra Bononiam apud locum, qui dicitur Castrum Britorum. Et quidam istorum Fratrum sunt Sacerdotes, alii verò sunt Conjugati. Et tangit nomina dicens:

Io Catellano -----

A Iste fuit nobilis vir de Catelanis de Bononia:

----- e *costui Loderingo*:

Iste fuit de Andalis;

Nomati; e *da tua Terra infestem presi*.

B Heic Catellanus narrat culpam suam, quae fuit magna pars damnationis eorum. Ad quod oportet breviter scire, quod invalescente divisione partialitatum Florentiae, mortuo Rege Manfredo, pars Gibellina multum tepuit, & Guelpha intumuit Florentiae. Unde Populus, qui magis erat Guelphus quam Gibellinus, coepit murmurare, & Guelphi confinati & banniti coeperunt reducere se versus Civitatem & tenere tractatum cum amicis intrinsecis. Unde Cives conquerebantur de dominio Comitis Guidonis Novelli, qui erat ibi Vicarius pro Manfredo, memores damnorum receptorum apud Montem Apertum, ubi unus dimiserat patrem, alius filium, alius fratrem. Quapropter principes partis Gibellinae, quae tunc regebat Florentiae, ad sedandum & contentandum Populum, elegerunt duos Milites Fratres Gaudentes de Bononia, quorum unus vocatus est Frater Catellanus de domo Guelpha, alter Frater Loderingus de Andalò de domo Gibellina. Isti duo Fratres facti Potestates Florentiae per Populum positi fuerunt in Palatio Populi, ut asservarent statum Civitatis, & caverent ab expensis superfluis. Qui licet essent divisi animo partialitatis, tamen sub tegmine falsae hypocrisis fuerunt concordēs magis ad eorum commodum privatum, quam commune bonum. Ordinaverunt ergo, quod XXXVI. homines Mercatores & Artifices de majoribus & melioribus deberent consulere praedictis duobus Potestatibus, & providere

dere expensis Communis. De quorum numero fuerunt Guelphi & Gibellini, populares & magnates, non suspecti, qui remanserant in Civitate tempore expulsionis, quando Gibellini dato conflictu ad Montem Apertum, reintraverant Civitatem viribus Manfredi, ut jam scriptum est saepe Cant. X. & XVI. Isti ergo XXXVI. convenientes simul omni die fecerunt bona statuta & ordinamenta, creantes Capitaneos & Consules cum Confalonibus, & Insigniis, ut obviarent violentiis & rumoribus. Propter dictas novitates factas per dictos Potestates, & praedictos XXXVI. homines, Gibellini magnates Florentiae, sicut Uberti, Lamberti, Sifantes, Scholares, & alii magnarum domorum, ceperunt suspicionem partialitatis, quia videbatur eis, quod praedicti XXXVI. homines faverent Guelphis, qui remanserant in Florentia. Propter quod Comes Guido Novellus Vicarius territus de recenti victoria, quam habuerat Carolus de Manfredi, misit pro gentibus ad omnes Civitates amicas, scilicet Pisas, Senas, Aretium, Pistorium, Pratum, Vulterras. Quia tunc quasi tota Tuscia erat sub parte Gibellina. Ita quod cum D. equitibus accidit quod Comes Guido volebat, quod imponeretur collecta pro solvendo Teoronicis praedictis. Et dicti XXXVI. quaerebant per alium modum invenire pecuniam cum minori gravamine Populi. Et quum distulissent pluribus diebus, quam videretur ipsi Comiti & magnatibus Gibellinis, illi suspicantes propter novum ordinem datum in Populo, decreverunt tumultuare & destruere Officium XXXVI. cum favore, & militia dicti Comitis Guidonis. Et primi, qui exierunt armati, fuerunt

A Uberti, clamantes: *Ubi sunt isti latrones XXXVI.?* Illi autem aggregati in loco solito, diffugerunt. Et sic totus Populus, clausis apothecis, fuit sub armis. Et ut cito dicam, Comes Guido videns, quod non poterat frangere Populum, venit cum tota militia ad Palatium, ubi erant duo Potestates, in Platea Sancti Apollinaris, & petiit claves Portarum ab illis. Quibus habitis, viliter recessit, quum tamen effet fortior & potentior Populo. Et de fero pervenit Pratum. Hoc autem factum est die Sancti Martini XI. Novembris, Anno Domini nostri Jesu Christi MCC-LXVI. Excluis ergo magnatibus Gibellinis, Florentini reformaverunt Civitatem, sicut eis placuit, & miserunt extra istos duos Potestates, qui consenserant tacite huic facto. De mense Januarii sequenti Florentini reducerunt omnes in Civitatem, & fecerunt multa matrimonia ad firmandam pacem, quae tamen modicum duravit. Nam Guelphi elati victoriae Caroli, secrete miserunt ad eum pro gente, & pro uno Capitaneo. Qui misit Comitem Guidonem de Monforte, cum DCCC. militibus Franciae. Qui pervenit Florentiam die Resurrectionis Dominicae MCC-LXVII. Cujus adventum Gibellini sentientes, nocte praecedenti exiverunt Florentia inredituri. Ad propositum ergo. Iste Frater Catellanus tangit causam & effectum vocationis eorum, quia scilicet fuerunt vocati ad praeservandam pacem, & pepereunt perpetuum scandalum, corrupti a Guelphis. Et sic peccaverunt per hypocrisim & baratteriam, quae punitur in bolgia praecedenti. Ideo nosse Auctor merito locavit istos vicinos baratteriis. Ex omnibus ergo narratis potes clare intelligere literam

ram istam. Ad quam nunc revertere. Dicit ergo Frater Catellanus Danti: Nos duo *Profi*, idest electi & accepti, *insieme*, ad unum officium, ad unum finem, *da tua Terra*, scilicet Florentiâ tuâ patriâ,

Per conservar sua pace - - - -
 quae erat tunc in periculo & periclitatione. Et ecce quomodo fuerunt vocati a Florentinis,

Come suol' esser tolto un' uom solingo, idest, solitarius, solus. Quasi dicat, sicut solet vocari Florentiam unus solus Potestas, nunc fuerunt vocati duo ad regimen Civitatis. Et non exponas *solingo*, idest, solitarium, sicut aliqui exponunt, dicentes, quod aliquando solet accidere, quod homo solitarius abstrahitur a solitudine & religione ad sedandas discordias, vel gubernandas dignitates, sicut dictum est supra de Coelestino Cant. XIX. Sed sic dicentes ignorant historiam facti. Unde nota, quod inter alia praecepta Regulae istorum Fratrum est unum, scilicet quod non affumant publica Officia, nisi pro bono pacis, sicut heic; & quod non ferant arma, nisi pro defensione Fidei & Ecclesiasticae libertatis. Et subdit, quomodo fecerunt contrarium, dicens:

- - - - - *E summo tali*,
 idest, tales Conservatores pacis,
Cb' ancor si pare intorno dal Gardingo.

Quasi dicat: adhuc apparent vestigia veterum ruinarum Florentiae, quarum fuimus Auctores. Guardingus enim erat eo tempore una Contrata, ubi fuerunt Domus Ubertorum, quae principaliter fuerunt destructae a fundamentis, juxta Sanctum Petrum Scardium, juxta Palatium Priorum, ubi stant hodie Leones Florentiae. Sed de omni re cito est vindicta.

A Nam Loderingus Gibellinus, qui fuerat causa, quod nobiles Guelphi de Florentia expellerentur, & quod eorum Palatia destruerentur, postea fuit expulsus de Florentia cum suis consortibus, & aliis nobilibus Gibellinis, & palatia eorum funditus eversa. Quorum ruinae adhuc apparent Bononiae juxta Studium Legislarum. Catellani in totum defecerunt, nec aliquid apparet de eis, nisi Turris satis alta, quae saepe solet fulminari.

Ad Vers. 120.

Qualunque passa, come ei pesa pria. Per hoc autem Auctor pulcre figurat, quod hypocrisis istius fuit fundamentum omnium malorum. Quia ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, quantum in se est, capiunt & decipiunt. Nam sub colore boni faciunt magna damna & nocumenta aliis. Sicut quidam Cardinalis volens obviare, ne quidam Canonicus Sancti Petri promoveretur ad Cardinalatum dixit Papae: *Pater Sancte; rem pessimam facis. Nam Ecclesia Petri remanebit desolata & deserta, quia homo iste est pater & patronus istius nobilis Ecclesiae, diligens Custos Sudarii, & omnium rerum sacrarum Beati Petri*. Ita fecit Cardinalis de Prato in electione Clementis V. ut dictum est in Cant. XIX. Et ita possem dicere de mille.

Ad Vers. 140.

E *Poi disse. Mal contava la bisogna*. Idest falso dicebat illud, quod expediebat nobis, quia fallaciter docuerat eos, quod irent ad dexteram, quia invenirent viam, & mentiebantur; sed volebant reducere eos in laqueum & retinere in Curia sua, sicut est de arte Baratteriorum, cum mendaciis detinere homines diu in Curia. Quod optime confirmat exemplo

plo claro contingere in ipsa Curia Romana Poëta novissimus Petrarcha. Scribit enim quod tempore, quo erat in Avinione, duo de Cardinalibus, in quibus orbis terrae, & ostium Domus Dei vertitur, semel revertebantur a palatio Summi Pontificis, stipati densâ acie famulorum. Magna autem turba miserorum expectantium stabat ad portam, quibus illa Civitas, odiosa Deo, semper est plena perdendo spes vanissimas, animam, vitam, divitias, & omne tempus. Qui visis protectoribus suis, immo verius proditoribus, in quibus spem habebant, coeperunt circumstrepere, & quisque petere, quae fortuna, & quis status rerum esset suarum penes Pontificem. Tunc unus Cardinalium, non mutatus in aliquo, in re subita, tamquam ille, qui jam dudum talibus affueverat, non tactus aliquâ verecundiâ suâ, vel miseriâ miserorum, mirabilis mendaciorum artifex, coepit respondere singulis, quid spei haberet, aut quid Papa respondisset super negotio suo, & sic fronte meretricia omnes a se dimittebat. Quorum aliqui recedebant facie hilari, aliqui tristi pro qualitate responsi. Tunc alter Cardinalis nobilioris naturae, & verecundioris animi, & qui, nisi fuisset de illo Collegio, potuisset esse vir bonus, convertens se ad collegam, jocosè dixit ei: *Numme te pudeat ludificare istos credulos, & pro libito tuo fingere responsa Pontificis, quem sicut scis, non solum hodie, sed jam multis diebus elapsis non potuimus videre?* Ille verò Baratterius veteranus respondit: *Inmo potius te pudeat esse tam tardum ingenio, ut tanto tempore mores Curiae non potueris didicisse.* Quo audito, & omnes audientes in rilum prorumpentes, & laudantes nobile

A resposum illius nebulonis, dicebant istum esse virum sagacissimum, qui didicisset tam promte mentiri & fallere. Ipse verò Petrarcha praefens, haec audiens, conversus est in stuporem, & inclinavit caput non cum minori indignatione & iracundia, quàm heic Vergilius detecto mendacio Malacodae.

B *E' l' Frate* - - - - -
Heic Auctor ostendit, qualiter Frater ille probavit Vergilio, quod non debebat fidere Diabolo, qui numquam dicit verum. Dicit ergo: *E' l' Frate*, scilicet Catellanus, dicit Vergilio indignanti:

- - - - *I' udè già dir' a Bologna,*
a loco, quia Bononia est in Italia, Mater studiorum, & nutrix omnium Scientiarum.

C *Del Diavol vitii assai, tra' quali udè,*
scilicet a Legentibus & Praedicatoribus,

Cb' egli è bugiardo, e padre di menzogna:
juxta illud: *Diabolus est mendax, & pater mendacii.*

D *Ad Cant. XXIV. Vers. 124.*
Vita bestial mi piacque e non umana.
Nota, quod iste fuit verè mulus naturaliter, & moraliter, quia fuit spurius, natus de spurio. Mulus enim nascitur ex damnato coitu, scilicet ex equa & asino; & plus sequitur asinum, quàm equam, licèt vocaverit se nepotem Equi coram Leone. Est etiam animal durum, aptum laboribus, & verberibus, retrogradum, pertinax. Et talis erat iste fur omnibus infestus. Mulus est irrationalis & incorrigibilis. De quo dicit Propheta in Psalmis: *Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus &c.* Deinde describit se a nomine proprio dicens:

Si come a mul, ch'io fui. Son Vanni Fucci,

Bestia ; - - - - -

Deinde describit se a patria dicens :

- - - - E Pistoia mi su degna tana.

Idest, fui natus de Civitate Pistorii, Terrâ dignâ de tali filio, quia scilicet aliquando producit Cives tam sceleratos. Et servat Metaphoram. Quia enim vocaverat se feram, ideo patriam suam vocat tanam, idest cavernam talium spirituum serpentinorum.

Ad Vers. 137.

- - - - - Percb'io fui

Ladro a la Sagrestia de' belli arredi.

Heic fur explicat suum notabile furtum, per quod est damnatus heic. Ad cujus rei intelligentiam volo te scire, quod iste Vannes, venenosus serpens, fuit filius spurius Domini Fucci de Lazaris de Pistorio, vir sceleratissimus, & ad omne facinus audacissimus. Et quia erat de nobili genere, multos excessus saepe faciebat impune. Et quamvis bannitus saepe propter multa maleficia enormia, nequiter & nefarie perpetrata, tamen aliquando de nocte stabat in Civitate, & cum pravissimis conversabatur. Accidit autem semel tempore Carnisprivii, quod, quum coenasset cum quibusdam de sua conditione, qui fuerunt circa decem & octo numero, dixerunt isti inter se, quod volebant ire matutinatum ad procas eorum. Erat autem inter istos quidam Ser Vannes de la nova, famosus Notarius Pistoriensis. Accesserunt ergo omnes ad matutinandum ad domum procae istius Ser Vannis, qui stabat prope Episcopatum. Societate itaque sonante & cantante, Vannes Fucci, cujus animus non pasciebatur talibus solatiis, acceptis duobus sociis secreta, ne ceteri perpen-

A derent, accessit ad Episcopalem Ecclesiam, quae vocatur Sanctus Jacobus. Et breviter, Sacerdotibus ibidem absentibus, quia forte iverant per tripudia, sicut est de more fieri tali nocte, vel fixe dormientibus, nimio cibo gravatis, Vannes iste vi & fraude intravit Sacristiam dictae Ecclesiae, & illam spoliavit pretiosis jocalibus. Et revertentes cum thesauro magno ad ejus socios propalaverunt furtum. Qui territi sunt nimis. Tamen quia factum erat, portaverunt jocalia ipsa ad domum illius Ser Vannis Notarii, imaginantes, quod numquam esset suspicio de tali homine bonae famae, & quia propinquior erat loco. Mane autem facto, notificato furto Potestati per Canonicos ipsius Ecclesiae, magnum murmur fuit in Civitate de tam nobili thesauro. Potestas proclamatione facta coepit facere diligentem inquisitionem. Et diu duravit, quod nihil poterat explorari. Finaliter instillatum est auribus Potestatis, quod quidam juvenis, nomine Rampinus, filius Francisci de Forensis nobilis viri de Pistorio, erat malae conditionis & famae, qui verisimiliter debebat rapuisse ista sacra. Rampinus continuo captus, positus fuit ad torturam: sed nihil manifestavit, tamquam insons facti & inscius. Parentes istius ob hoc conquerebantur in Populo amicis & omnibus, cum planctis & precibus, ne juvenis innocens moretur injuste. Potestas contra istum induratus, statuit sibi terminum trium dierum ad resignandum furtum, aliter suspenderetur. Unde parentes & amici deliberaverunt, quod nocte praecedente diem Justitiae, invaderent ferro & igne palatium Potestatis. Et in die termini Vannes, qui erat extra in Comitatu Florentiae

in

in Monte Carelli, misit pro patre Rampini, & narravit sibi totum factum. Ille reversus celeriter hoc retulit Potestati. Qui Potestas continue capi fecit illum Vannem Notarium primo Lunae Quadragesimae, quum ivisset ad unum Sermonem ad locum Fratrum Minorum. Qui captus est cum magno murmure omnium, quia erat homo bonae famae. Maleficio post hoc detecto, multi hujus conficii aufugerunt. Narravit ipse Vannes, quod saepe cum fidis sociis tentaverat asportare dictum thesaurum: sed videbatur sibi semper videre familiam Potestatis, quae perquirebat omnes. Scitâ itaque veritate, & recuperato thesauro, Rampinus fuit liberatus, & Vannes Notarius suspensus. Et nota, ne fallaris sub aequivoco, quod tres fuerunt Vannes in isto maleficio, scilicet Vannes Fuccii, principalis auctor furti, & Vannes de la Nova, retentor furti, & quidam tertius Vannes de Laminona Florentinus, socius furti. Nunc ad literam. Dicit Vannes Fuccii fur:

I' non posso negar - - - - -
quia si possem, libenter facerem propter verecundiam;

- - - - - quel, che m' chiedi.
scilicet, dicere quâ culpâ heic sum damnatus, & cruciatus. Et ecce culpam:

In giù son messo tanto, - - - - -
scilicet, in bolgia VII. furum, ubi debuisssem esse positus multo superius, scilicet in circulo violentorum;

- - - - - perch' io fui
Ladro a la Sagrestia de' belli avredi.
Idest, quia furatus fui pulcra arnesia Ecclesiae Cathedralis de Pistorio. Et advertite, quod per excellentiam dicit pulcra. Quia fortè in tota Italia non est alia Sacristia ditior istâ, ceteris

Tom. III.

paribus. Et quia Vannes accusavit se, ideo excusat alium, qui fuerat falsò accusatus. Unde dicit:

E falsamente già su apposto altrui,
scilicet, Rampino praedicto. Et sic nota, quod infamia facit credi omnia mala de homine, quae numquam cogitavit. Nota etiam, quod pravorum conversatio inducit hominem ad tam infelicem finem. Nam Notarius iste, qui erat homo civilis & honoratus, contra velle suum factus est particeps furti, quod per se nunquam somniasset, & tam infami morte peremptus est.

Ma perchè di tal vista tu non godi;
Heic Vannes praedictus, qui invite dixerat Auctori suam verecundiam praeteritam, ideo nunc in vindictam praenuntiat sibi injuriam in brevi futuram. Ad hujus intelligentiam oportet praescire, quod in MCCC. quo Anno Dantes incepit hoc Opus egregium, Civitas Pistorii erat in satis magno flore. Et in ea tunc praecipue vigeat Domus Cancellariorum, quorum familia erat numerosa valde, ita quod habebat ultra centum homines ex uno sanguine, & potens ultra omnes Domos, nedum Pistorii, sed totius Tusciae. In qua erat magnus Militum numerus. Domus ergo ista ex lite natâ inter eos, quae ortum habuit ab uno pessimo, de quo dicitur in Cant. XXXII. divisa fuit in duas partes, scilicet Albes & Nigros, & tota Civitas divisa est cum illis. Florentini autem timentes praedictum Terrae, immiscuerunt se huic discordiae intestinae, & extraxerunt de Pistorio utramque partem, & miserunt Florentiam ad confinia, tam caeci judices eorum, quia statim ista contagio infecit eorum Civitatem. In qua statim factae sunt eadem partes, de quibus dictum est supra

D d

Cant.

Cant. VI. Anno verò sequenti pars Alba Pistorii de mense Madii cum favore & auxilio partis Albae, quae vigeat Florentiae, perculit partem Nigram, & destruxit palatia eorum. Nigri deinde venerunt contra Pistorium, duce Marcello Marchione Malaspina. Contra quos exierunt Albi, & debellati sunt in campo, sicut Auctor videtur dicere in litera. Alii tamen volunt, quod Auctor respiciat ad unam obsidionem & captiorem Pistorii, quae fuit post aliquot Annos. Unde ulterius volo te scire, quod in MCCCIV. quum pars Alba esset expulsa de Florentia, & quasi ubique de tota Tuscia, praeterquam de Civitate Pistorii, quae tunc tenebatur per partem Albam, cum favore Pisanorum, Aretinorum, & etiam Bononiensium, ubi vigeat pars Alba, Florentini dubitantes, ne cresceret eorum potentia, vocaverunt in Capitaneum Robertum Ducem Calabriae, filium Caroli II. qui post fuit Rex Robertus; & fecerunt exercitum contra Pistorium cum Lucensibus & aliis sociis Tusciae. Et breviter, magno conatu cinxerunt eam vallo & fossa, ita quod nullus poterat intrare vel exire. Sed intus erat quidam unus Tolosanus de Ubertis cum CC. equitibus & multis peditibus. Interim Papa Clemens misit suos ambasciatores Vascones, mandans exercitui & Duci, quod recederent ab obsidione. Robertus recessit dimisso exercitu, & ivit Burdegalam. Florentini noluerunt parere. Pugna erat continuo dura & crudelis, quia intus erant multi valentes armigeri. Et quicumque egrediebatur, si erat vir, amputabatur sibi pes; si mulier, nasus. Et remittebantur in civitatem per quemdam Fratrem Landonum de Eugubio, vi-

A rum sceleratum, & inhumanum. Pistorienses autem tam pertinaciter resisterunt, quod comederunt omnia horrenda usibus humanis. Tandem deficientibus omnino victualibus, reddiderunt se, salvis personis, die X. Aprilis, Anno Domini MCCCVI. Florentini & Lucenses fecerunt prosterni moenia & stercata Civitatis, & plures Turres, & multa fortificia dirui. Et dividerunt Comitatum Pistorii inter se. Dominium verò Civitatis remansit Florentinis. Et tali modo deleta & destructa fuit arrogantia Pistoriensium. Et eodem Anno Bononienses ad suasionem Florentinorum facto tumultu expulerunt principes partis Albae, & fecerunt ligam cum Florentinis & Lucensibus. Ad propositum ergo redeundo, Vannes Fucii, qui erat de parte Nigra de Pistorio, praenuntiat Danti, qui erat de parte Alba de Florentia, expulsionem primo partis Nigrae de utraque Terra, deinde reversionem ejusdem partis Nigrae ad Florentiam & Pistorium cum victoria. Nunc ad literam redeundum est, quam sic ordina. Dicit Vannes:

Apri gli oveschi al mio annuntio, & odi, idest, meo pronostico, quia dicam rem disollicituram tibi.

Pistoia in pria de' Neri si dimagra, idest, primo spoliabitur Nigris;

Poi Firenze rinnova gente e modi.

E Quia scilicet ibi etiam expellitur pars Nigra, quae postea revertitur. Et expellit aliam de Florentia, sicut clare scriptum est supra Cant. VI. Finaliter postea Nigra reintrat Florentiam, & expellit Albam, unde dicit: *Marte*, idest infusio Martis, qui est Deus belli, *trage vapor*, idest ardorem bellicum, scilicet Marchionem Marcellum praedictum, virum strenuum armorum.

----- di Val di Magra.

Haec Vallis appellatur hodie Lunifana a Civitate Lunae antiquissima, de qua dictum est alibi. In qua Valle habitant Marchiones Malaspinæ antiquissimi, de quibus fit mentio & commentatio magna in Cant. IX. Purgatorii. Macra autem est fluvius impetuosus, qui labitur per dictam Vallem, ut dicetur ibi & alibi.

Cb'è di torbidi nuvoli involuto,
Idest, qui vapor turbationibus bellicis.

E con tempesta impetuosa & agra,
Quia magno impetu irruet contra Pistorium, & more tempestatis, illius gentem prosternet impetuose. Et ecce tempestatem belli:

Sopra campo Picen fia combattuto;
Idest, in agro Pistoriensi pugna fiet. Et heic nota, quod Picenus appellatur hodie illa regio Italiae, quae nunc appellatur Marchia Anconitana. Et Picenum appellatus est campus apud Pistorium, in quo olim debellatus fuit Catilina, ut patet apud Sallustium. Et ut fertur, ibi est hodie Castellum, quod vocatur Picentium longe a Pistorio per tria milliaria.

Ad Cant. XXV. Vers. antipenultimo:

Et era quei, che sol de' tre compagni,

Che venner prima, non era mutato.

Quia, ut patuit supra, tres socii apparuerunt simul primò Auctori, scilicet Angelus, Bosius, & Puctius, quorum duo jam sunt mutati, scilicet Angelus, & Bosius. Restabat ergo Puctius solus, de cujus mutatione Auctor non intendit dicere, quia satis est ostensa triplex transformatio in triplici specie surum. Et ultimo specificat alium, qui erat nuper renovatus in hoc, scilicet Guertius de Cavalcantibus. Iste Miles vocatus est Dominus Franciscus Guer-

A tius de Cavalcantibus de Florentia, qui fuit occisus ab hominibus de quadam Villa Comitatus Florentiae, quae vocatur Gaville. Ex quo nata est magna guerra inter Cavalcantes, & praedictos. Et multi ex illis rusticis in vindictam interfecti fuerunt ab istis Nobilibus. Ideo Auctor apostrophat ad ipsam Villam dicens:

B *L' altro era quel -----*

scilicet, Guertius fur;

----- *che tu Gaville piagni.*

idest, ploras, quia multas mortes tuorum vidisti per mortem istius unius: propter quod habes materiam planctus.

Ad Cant. XXVI. ad Vers. primum.

Godi, Firenze, poi che se' sì grande.

C Hoc dicit in obprobrium, ac si dicat: Tu non potes laetari, immo debes tristari & verecundari; *poichè se' sì grande.* Est enim Florentia verè magna multiplicitate, ambitu murorum, altitudine domorum, & multitudine habitatorum. Ideo dicit:

Che per mare e per terra batti l' ali.

Idest, volas per mare & per terram.

D Hoc dicit, quia Florentini discurrunt fere per totum mundum, mare & terras. Et quod est pejus,

E per lo 'nferno il tuo nome si spande.

Et loquitur tam de Inferno morali, quam de essentiali, quia in omni genere pravorum vitiorum, in omni genere suppliciorum, Auctor ponit multos de gente sua. Quod facile patet discurrenti per totum Librum Inferni. Tamen plures posuit de suis, quos melius noverat, quam de aliis. Unde bene vidit de aliis magnis Civitatibus aliquos Nobiles simul sociatos ire ad furandum.

Ad Vers. 7.

Ma se presso al mattin del ver si segna;

Heic Auctor ex praemissis arguit,
D d 2 quod

quod male deberet succedere Florentinae. Unde auguratur sibi infelicitatem de proximo eventuram, ostendens quod non erit impunita diu. Et reflectit ad suam visionem principalem, in qua fingit se praevидisse quidquid scribit. Et vult breviter dicere, quod si ejus visio non fuit vana, Florentia cito luet poenas suorum scelerum propter multa ventura, quae optant sibi multi. Dicit ergo:

Tu sentirai di quà da picciol tempo.
Hoc est dicere, in brevi;

*Di quel, che Prato, non cò' altri,
i' agogna.*

Quasi dicat, de eo malo, quod vicini tui, subditi tibi, latrant contra te, imprecando tibi magna mala. Est enim Pratum nobile Castrum inter Florentiam & Pistorium. Cujus habitatores male contentabantur de dominio Florentinorum. Et sicut est de more subditorum, optabant illis destructionem, vel depressionem. Et dicit:

----- non cò' altri,

idest, nedum extranei, & inimici tui, sicut Pisani, Aretini, & alii multi. Et heic nota, quod aliqui ignoranter dicunt, quod Auctor nesciverit quid dixerit, quia ab isto tempore citra Florentia de die in diem semper fuit in magno flore, & multum extendit alas potentiae suae supra vicinos suos. Ergo non in brevi evenerunt ea, quae sui vicini & adversarii imprecati fuerunt sibi. Ad quod potest responderi, quod ista praenuntiatio erat verificata, quando Auctor ista scribebat. Quia per ea tempora, quibus Auctor exulavit a patria, multa & magna mala evenerunt illi Urbi, sicut bella civilia, incendia, spolia, & alia magna dispendia & scandala. Et ut videas,

A quod de proximo ista mala evenerant, volo te scire, quod in MCCCIII. Cardinalis de Prato praedictus, nomine Nicola, vir astutissimus & sagacissimus, parum diligens Florentinos, missus est Florentiam a Papa Benedicto XI. qui successit Magistro Bonifacio, nam volebat pacificare Florentinos tunc discordes. Sed non valens concordare eos, dixit: *Ex quo non vultis benedictionem, remanete in maledictione.* Et excommunicavit Civitatem. Anno sequenti, quum speraretur, quod Dominus Cardinalis poneret pacem inter Cives Florentinos, secundum eorum morem antiquum, fecerunt in Kalendis Maji magnum festum. Et unusquisque certatim conabatur facere nova spectacula. Inter alios illi de Burgo Sancti Fridiani fecerunt proclamari publice, quod quicumque vellet scire nova de alio Mundo, deberet venire in Kalendis Maji ad Pontem Carrariae. Et in Arno flumine ordinaverunt solaria super barchis & naviculis. Et fecerunt quamdam simulatam repraesentationem Inferni cum ignibus, & aliis poenis & suppliciis; & homines transfiguratos, & Daemones horribiles, & alios modos sub specie animarum. Et videbantur Daemones mittere animas intra ista varia & crudelia tormenta cum maximis clamoribus & horrendis stridoribus visu & auditu. Novitate cujus spectaculi totus Populus cucurrit ad videndum. Unde Pons Carrariae, qui tunc erat de lignamine, onustus magna multitudine, cecidit in Arnum cum iis, qui erant desuper. Ex quo multi mortui sunt & suffocati, & multi de persona destructi. Ita quod Ludus confictus conversus est in rem veram. Nam multi, qui spectabant Infernum simulatum, iverunt

B

C

D

E

ad

ad Infernum verum, & sciverunt nova de alio Mundo. Et juxta proclamationem banni, facti sunt veri plangens & stridores mortuorum, percussorum, & eorum, qui stabant ad videndum. Quia quilibet habebat, vel habere credebatur sibi filium, vel fratrem vel consanguineum, vel amicum. Et hoc fuit augurium alterius majoris damni de proximo venturi ipsi Civitati. Nam eodem Anno factum est bellum civile in Florentia inter Albos & Nigros. Et quum essent omnes sub armis, & Albi quasi essent victores, quia Dominus Cursius de Donatis non impediēbat se, tum quod erat podagrosus, tum quia discors cum magnatibus de sua parte magna, non permisit Deus, quod incendium corporale extingueret incendium animorum in furore Civium. Nam flagrante rumore quidam de Abbatibus.... Clericus, Prior Sancti Petri in Scaradio, vir sceleratus & dissolutus, immisit ignem artificialem primo in domos fuorum Consortum in horto Sancti Michaëlis; & fuit tam furiosus ignis, quod flante Austro, arserunt domus multarum clarissimarum Familiarum de Terra illa. Et in summâ tota melior pars Civitatis arsit. Et fuerunt circa duo mille & ducentae domus. Damnum thesaurorum, mercantiarum, & ceterarum supellectilium fuit inaeſtimabile. Et id, quod non urebatur, capiebatur manibus praedonum, qui continuo pugnabant in multis partibus Civitatis. Ex quo multae familiae, progenies, & societates fuerunt desolatae, & venerunt ad inopiam ex dicto incendio. Et praedicta pestis accidit Florentiae die X. Junii. Et ex hoc Cavalcantes, qui tunc erant Caporales illius Sectae, fuerunt banniti tamquam re-

A belles. Ex praedictis satis patet, quod magna mala cito venerunt super Florentiam, secundum quod optaverant sibi illi de Prato. Et sicut dicebam, Auctor potuit habere respectum ad ista & ad alia mala, quae ista Civitas passa erat tempore suo. Et si habuit respectum ad futura, adhuc bene dixit. Quia tempus, quod videtur longum quantum ad vulgares, breve apparuit Astrologis. Et Auctor loquitur multum prudenter & caute, quia dat tempus incertum.

Ad Cant. XXVII. Vers. 23.

B
C
D Non t'incresca restare a parlar moco. Certe non dubito, quod Rex Latinus, Turnus, & Megentius, de quibus Vergilius fecit tot praeconia, ut de ceteris minoribus taceam, non valuerint tantum in rebus mundi, quantum iste Comes Guido, Malatesta, Maghinardus, & alii multi in Romandiola, de quibus statim dicitur in isto Cantu. Et probat, quod Vergilium non debeat toedere remanere ad locum istum secum, ostendens suam ardentem affectionem, quam habet ad loquendum cum isto Domino dicens:

Vedj, che non incresce a me, & ardo.

E Et haec nota, quod haec non habet locum loquendi de Inferno essentiali, quia numquam potest esse ibi alienatio poenae, sed debet intelligi moraliter. Aliquando enim contigit, quod quis non videtur quasi sentire poenam suam, quando loquitur cum viro eloquentissimo, cujus eloquii suavitas fecit ipsum oblivisci doloris, sicut vidi de facto, quod aliquando infirmans fecit sibi portari Dantem, quum arderet calore febris ad aliqualem recreationem.

Se' tu pur mò in questo mondo cieco &c.

Haec

Heic Guido Comes de Montefeltro suam petitionem patenter exponendo de statu Romandiola dicit:

Dimmi, se Romagnuoli han pace o guerra.

Adverte, quod statim oritur dubium circa istam petitionem, quum iste Comes fuerit Dominus Urbini, & praedecessores & successores sui usque ad tempora moderna, & petit de statu Romandiola, quum haberet dominium in Marchia Anconitana. Dicam breviter, quod dictus Comes, & totum genus suum fuit de Romandiola, scilicet de Montefeltro, ut ipse statim dicit. Praeterea ipse fecit magnaalia sua in Romandiola, de quibus praecipue dicitur heic. Et dicit sic:

Se' tu pur mò in questo &c.

idest, in istum Infernum, & specialiter in ista bolgia VIII. quae est maxime coeca. Quia isti licet sint in flammis lucentibus, tamen nihil vident. Et ita in rei veritate, moraliter loquendo, in mundo nostro isti, qui reputantur ita subtiles & oculati, in fine reperiuntur aridiores & coeciores aliis.

Caduto se' di quella dolce Terra

Latina; - - - - -

idest, de Romandiola, quae inter alias provincias Italiae est maxime amoena, & omnium bonorum fertilis.

- - - ond' io mia colpa tutta reco.

idest, in ea Terra exercui magnas calliditates, quibus obtinui magnas victorias. Et hoc pro tanto dicit Comes, quia imaginabatur, quod Auctor esset aliquis astutus, damnatus, qui nuper venisset ad poenam. Unde ad intelligendam istam literam est breviter sciendum, quod iste Comes famosus & felix in proelio, saepe terram Romandiola madefecit sanguine

A multo. Nam a multis notatum est, quod iste Comes factus Capitaneus belli in Romandiola, dedit decem & septem confictus adversariis suis, & praecipue Bononiensibus, qui cum numerofo exercitu venerant ad vastandum agros Faventinorum, ubi Bononienses exules, qui dicebantur Lambertacii, erant receptati. Scilicet Anno Domini MCCLXXV. Comes Guido cum exulibus Bononiensibus & aliis suis invasit Bononiam apud Pontem Sancti Proculi, qui distat a Faventia per tria milliaria. Quorum Dux erat Malatesta Primus de Arimino. Equites Bononiensium ad primum aspectum hostium trepidantes, fugam rapuerunt. Acies vero peditum videntes suos praecipites fugerunt, & firmaverunt fugam. Comes superveniens fecit denuntiari eis, ut facerent deditioem, antequam crudeliter perderentur. Quod illi negantes, condensati sunt inter se taliter, quod stabant fixi quasi immobiles, ita ut vires non haberent ad arma movenda. Ex quo irruentibus hostibus facta est magna caedes, praecipue ab exulibus Bononiensibus magis astu contra, quam ferro, se se opponebant, & siti, calore, & angustia moriebantur. Hostes victores ditati spoliis sunt hostium. Aliqui tamen credunt, quod iste miserabilis confictus non solum operam Comitis Guidonis, sed etiam operam alterius Comitis, qui erat ex parte Bononiensium, evenerit. Nam quidam Comes de Panico dicitur proclamasse in fuga: *Popule marcite, lege Statuta.* Et subdit confirmationem suae petitionis, dicens. Ideo petitionem peto de Romandiola, quia fui de partibus illis. Unde dicit:

C
D
E
Cb' i' fui de' monti,
quasi dicat: *Fui di Monte Feltro.*
Nam

Nam Mons Feltrus est una Contrata in Romandiola, continens multos montes & multa Castellata, ut alibi: Et sic vide, quod isti Comites fuerunt de Romandiola, quum extenderunt suum dominium in Marchiam. Sicut & Malatesta de eadem Contrata diebus nostris, habuit & Anconam, quae est caput illius provinciae, & Esculum, quod fuit olim caput ejus, & alias multas Civitates & Terras. Et sicut Ugucio de Fagiola de eisdem montibus, qui habuit dominium in Tuscia in Civitate Pisana & Lucana. Et tangit confinia dicens:

- - - - - là intra Orbino.

Urbium est Civitas in Marchia Anconitana, circa confinia Romandiolae, ubi isti Comites dominati sunt jam per tot tempora, quod non exstat memoria.

E'l giogo, - - - - -

scilicet, montis Arimini;

- - - - - di che Tever si differra.

idest, de quo jugo oritur fluvius Tiberis, qui oritur in Alpibus, quae dividunt Romandiola a Tuscia ex parte ipsius Tusciae ex opposito Montis Feltri. Qui Tiberis est fluvius famosissimus, non tantum ratione suae magnitudinis, quantum ratione Urbis Romae, quam irrigat.

Io era in giufo - - - - -

Ista est secunda pars generalis, in qua Auctor respondens ad petitionem Comitis describit statum Romandiolae. Et primo describit, quomodo Vergilius nunc dedit sibi licentiam loquendi cum isto Comite, dicens:

Io era in giufo ancor attento e chino,
quia stabat in culmine pontis inclinatus ad audiendum attente verba Comitis.

Quando il mio Duca mi tentò di costa
idest, a latere, vel *discosto*, idest adstitit,

A

Dicendo: parla tu: - - - - -

Quasi dicat: habe nunc tu vicem;

- - - - - *Questi è Latino;*

Quia hucusque loquutus fui cum Ulysse Graeco. Jam tu nunc loquere cum isto Comite Latino; cujus causa assignata est superius in praecedenti Cantu. Deinde tangit responsum, dicens:

B

Et io, ch'avea già pronta la risposta,
quam praecontexeram, imaginans me responsum illi;

Senza indugio a parlar' incominciai.

Quia bene sciebam, quomodo stabat tunc provincia Romandiolae, contigua Tusciae, coepi ego dicere:

O anima, che se' là giù nascosta,

C

scilicet inclusa in igne, quam videre non possum.

Romagna tua - - - - -

in qua fecisti tibi famam,

- - - - - non è, e non fu mai

Senza guerra - - - - -

intellige, postquam coepit habere Tyrannos;

- - - - - *ne i cor de' suoi Tiranni,*

qui saepe bellum meditantur:

Ma palese nessuna or ven lasciai.

D

Idest, nunc actualiter; quia in MCCC. nullum erat bellum patens in Romandiola, unde nota, quod iste Comes, tamquam ex parte, merito mirabatur, quod Romandiola posset usquam stare in pace. Ideo sic petivit. Et Auctor sic respondit, & bene, quia Romandiola, postquam pervenit ad manus Tyrannorum, numquam requievit, & maxime postquam Papa Nicola de Urinis fecit sibi dari istam provinciam a Rodulpho Imperatore, ut alibi dictum est, & dicitur. Quia Papa primo misit Bertoldum fratrem suum primum Comitem Romandiolae, & Cardinalem Latinum Legatum suum. A quo tempore citra semper factae sunt ibi

E

va-

variae mutationes, & quotidie fiunt. Unde iudicio meo mihi videtur, quod quatuor deduxerunt eam nobilem provinciam ad tantam desolationem. Primum est avaritia Pastorum Ecclesiae, qui nunc vendunt unam Terram, nunc aliam. Et nunc unus favet uni Tyranno, nunc alius alteri, secundum quod saepe mutantur Officiales. Secundum est pravitas Tyrannorum suorum, qui semper inter se se lacerant & rodunt, & subditos excoriant. Tertium est fertilitas locorum ipsius provinciae, cujus pinguedo allicit Barbaros & externos in praesiam. Quartum est invidia, quae viget in cordibus ipsorum incolarum, sicut Auctor noster pulcre describit Purgatorii Cant. XIV. ubi facta magna commendatione istius Romandiolae indignanter exclamat:

O Romagnuoli tornati in bastardi!

Ad Vers. 40.

Ravenna sta - - - - -

Nunc Auctor descripturus specialiter statum Romandiolae, incipit a Ravenna, & generaliter vult dicere, quod nobilis & antiqua profapia istorum de Polenta dominatur Ravennae & Cerviae. Unde debes scire, quod eo tempore regnabat Ravennae quidam Dominus Guido Novellus de Polenta, vir quidem satis magnae intelligentiae & eloquentiae. Qui multum honoravit Dantem in vita & in morte, ut dicitur alibi. Ideo loquitur de eo valde honeste, eum describens ab Insignio suae Domus, unde dicit:

Ravenna sta, come stata è molti anni,
quasi dicat, in eodem statu, in quo fuit jamdiu & sub dominio eorundem: quod declarat sic:

L' Aquila da Polenta - - - - -

Hoc dicit, quia illi de Polenta portant pro Insignio Aquilam, cujus

medietas est alba in campo azurro, & alia medietas est rubea in campo aureo. Est autem Polenta parvum Castellum circa Bretenorium, unde isti Nobiles dicuntur olim fuisse.

- - - - - là si covra:

Et est pulcra metaphora & propria. Vult enim dicere, quod iste Guido Novellus fovet & protegit Ravennates sub umbra alarum suarum, sicut Aquila filios suos. Et de rei veritate Ravenna tunc erat satis in florenti statu, quae nunc in languido. Et nota, quod Auctor ideo primo incipit a Ravenna, quia nobilissima Civitas est ratione antiquitatis, si fama non est omnino falsa, de creatione dignitatis. Quia sola Ecclesia Ravennas habet Cardinales, sicut Romana. Et subdit Auctor;

Si che Cervia ricuopre co' suoi vanni.

Quasi dicat, quod Aquila praedicta protegit Cerviam sub pennis ejus alis suis. Sunt enim *vanni* pennae in alis. Est autem Cervia Civitatumcula in eodem litore maris, distans a Ravenna per XV. milliaria, quam Auctor subditam dicit Ravennae, quia est sub eodem dominio. Habet haec Civitas praerogativam Salis. Unde Cardinalis Ostiensis Dominus Bononiae & Romandiolae erat solitus dicere: *Plus habemus de Cervia parvula, quàm de tota Romandiola.*

La Terra, che se' già la lunga prova &c.

Hic Auctor describit aliam Civitatem Romandiolae, scilicet Forlivium. Quae est quodammodo situata in medio Romandiolae, major aliis; quae quia habet gentem bellantem, & iste Comes habuerat diu Principatum ibi, & bella magna fecerat ibi: ideo in descriptione ejus inserit singularem victoriam, quam hic Comes cum Forlivienisibus habuerat. Ad in-

telligentiam autem hujus literae est praesciendum, quod Anno Domini MCCLXXXII. Papa Martinus III. del Turfo de Regno Franciae, misit in Civitate Romandiolae quemdam Dominum Johannem de Apia, militem strenuissimum armorum, quo nullus erat bellicosior in Francia. Erat tamen impar sagacitatibus Romandiolorum, ut eriperet Romandiolam de unguibus Comitis Guidonis de Montefeltro, qui tunc erat ibi fortis & potens pro parte Gibellina. Hic ergo Johannes cum nobili exercitu Gallorum & Italicorum ingressus provinciam, primo recepit Faventiam datam sibi. Moras faciens, ibi faciebat acre bellum contra Forlivium, & credidit habere Civitatem per prodicionem, quam non poterat habere per obsidionem. Cujus tractatum ordinavit Comes Guido, qui astutissimus bene cognoscebat temeritatem Gallorum. Et ut breviter dicam, Johannes Kalendis Maji cum gente sua venit Forlivium de mane tempestive ante diem, credens habere ipsum. Et sicut erat ordinatum per Comitem Guidonem, fuit datus sibi introitus unius portae. Johannes igitur intravit cum parte gentis suae, & partem dimisit extra, dato ordine, quod si expediret, succurrerent ingressis. Quod si casus adversus accideret, mandavit, quod omnes glomerarentur in quodam campo sub umbra unius magnae quercus. Ordine dato, Johannes cum Francis percurrit Civitatem sine resistentia. Comes autem Guido, conscius facti, cum tota gente sua exivit Civitatem, & invalit animose istos, qui erant sub quercu, & faciliter fudit. Johannes, qui intraverat Forlivium, credens esse Dominus, diripiebat interim Civitatem, & milites diffun-

Tom. III.

A debant se per domicilia. Et continuo Comes Guido reintravit Forlivium, dimissâ sua parte militiae & gente pedestri sub quercu, turmatim glomerata eâ formâ, qua steterat prima gens Francorum. Tunc Comes Johannes, qui credebat libere habere Civitatem, visis hostibus, totus stupescit & territus. Et quicumque de gente Franca poterat recurrere ad equum, fugiebat extra Civitatem, & occurrebat ad quercum, credens ibi invenire suos, & incurrebat in manus hostium, a quibus erant caesi. Et capti sunt illi, qui remanserunt in Civitate, & trucidabantur omnes. Et sic magna sagacitate Comitis Guidonis pulcra & magna gens Gallica fuit destructa. Et multi nobiles & magnates Italici ceciderunt in conflictu. Inter alios fuit unus Comes de Montefeltro, consanguineus Comitis Guidonis. Sed erat infestus ei propter litem, quam habuerat secum super haereditate. Et Tebaldellus, qui aperuit Faventiam, quando dormiebant Cives, & plures alii. Johannes de Apia tamen cum paucis evasit. Et ita delusus & desertus reversus est Faventiam. Papa Martinus iratus misit novas gentes equestres & pedestres ad Comitem Johannem, qui recuperavit Forlivium Anno sequenti de mense Maji, & diruit omne fortilitium. Comes vero Guido recessit de Forlivo. Sic ergo patet, quod ingenium Comitis vicit vires fortissimi bellatoris, licet tandem succubuerit viribus Ecclesiae. Nunc ad literam. Auctor describit istam Terram ab ista magna strage, & dominatione ejus. Et vult breviter dicere, quod ista Terra erat tunc subdita Ordellasis de Forlivo, quorum familiam dat intelligi per signum, unde dicit: *La*

E e

Ter-

Terra, scilicet Forlivium, *che se già la lunga prova*, quia diu steterat in contumacia. Est enim gens Forliviensis magis prompta ad rebellionem, & tardior ad deditioem, quàm aliqua gens Romandiolae, ut probatum est in multis bellis. Et dicit;

E di Franceschi sanguinoso mucchio; Nam ut aliqui asserunt, Comes Johannes habuit in isto proelio circa DCCC. equites, de quibus facta est miseranda strages. Scio, quod aliqui dissimiliter scribunt istam pugnam. Sed ista, quam praemisi, videtur mihi verior, & magis consona viribus Comitis Guidonis.

Sotto le branche verdi si vitrova: Idest sub potestate Ordellafforum, qui habent pro Signo Leonem viridem a medio supra in campo aureo, cum quibusdam listis a medio infra, quarum tres sunt virides & tres aureae. Et tunc regebat Sinibaldus. Et heic nota, quod Auctor praeterit Forum Pompilium, quasi dicat, quod erat sub eodem dominio, quia erat Civitas parvula, & jam declinabat. Quam diebus istis Dominus Sabinensis, Legatus Ecclesiae, funditus evertit, & transtulit Bretenorium.

E 'l Mastin vecchio; ----- Heic Auctor describit aliam Civitatem nobilem, scilicet Ariminum, quam manifestat per Dominos suos. Et vult finaliter dicere, quod secundo Malatesta pater illius viri violentius teneat Civitatem Arimini. Ad quorum cognitionem est breviter sciendum, quod in provincia Romandiolae, in Comitatu Montisfeltri, est unum Castellum, quod vocatur Penna Billorum, ex quo olim traxerunt originem Malatestae. Quorum unus fuit Miles probus Malatesta, qui propter magna beneficia factus est Civis Arimini, factis ibi

A pulcris domibus & donationibus magnis. Et ex praedicto natus est Malatesta Miles audax, qui acquisivit dominium Arimini, quum esset XXII. annorum. Qui vicit Comitem Guidonem apud Montem Clarum, & ab eo victus est apud Pontem Sancti Proculi. Hic genuit Johannem Sargatam, vel Sciancatum, qui interfecit Paulum fratrem suum simul cum Francisca uxore. Item genuit Malatestinum, qui fuit monoculus, astutissimus Tyrannus, qui successit patri in dominio. Et ex eo natus est Ferrantinus. Alius filius fuit ex praefato Malatesta, nomine Pandulfus, qui regnavit post Malatestinum unacum Ferrantino nepote suo. Ex Pandulfo nati sunt Dominus Malatesta sagacissimus Tyrannus, & Dominus Galeottus strenuus armorum, qui diebus nostris fuerunt Domini magnae partis Marchiae Anconitanae. Dicit ergo: *Il Mastin vecchio*, idest Malatesta antiquus, qui fuit Avus istius Malatestae, viri sagacissimi, qui regnavit Arimini temporibus nostris.

D ----- *E 'l nuovo da Verrucchio*: Idest, Malatesta Juvenis, qui vocatus est Malatestinus. Quorum utrumque appellat Mastinum metaphoricè, quasi velit dicere magni magistri Tyrannidis. Mastinus enim fortis est & violentus & rapax, qui non de facili dimittit praedam, quam assumit: Et dicit: *da Verrucchio*, idest, Malatesta. Quod Verruchium est unum Castellum in Comitatu Arimini, a quo Malatestae denominantur, quod Ariminenfes dederant olim cuidam Malatestae antiquissimo, ob ejus magna merita in Rempubliam. Tamen de rei veritate Malatestae non fuerunt originaliter de Verruchio, immo de Montisfeltri, de quodam Castello, quod vocatur Penna Billo-

Billorum. Sed Auctor nominat eos a loco notiori, de quo denominantur vulgo & ipsimet se denominant. Et specificat utrumque Mastinum a quodam singulari actu tyrannico violentiae.

Che fecer di Montagna il mal governo.

Ad quod sciendum, quod Montagna est proprium viri nomen. Fuit enim Montagna nobilis Miles de Parcitatibus de Arimino, princeps partis Gibellinae. Quem captum cum quibusdam aliis Malatesta tradidit custodiendum Malatestino filio. Postea petiit ab eo, quid factum esset de Montagna. Cui iste respondit: *Domine, est sub fida custodia: Ita quod si vellet se suffocare, non potest, quamvis sit juxta mare.* Et dum iterum & iterum peteret & replicaret, dixit: *Certe dubito, quod nescies ipsum custodire.* Malatestinus notato verbo, fecit ipsum Montagnam mactari cum quibusdam aliis. Ita bene vocat Malatestinum Mastinum novum ab isto genere violentiae, & ab alia pejore, de qua dicitur in sequenti Cantu. Ubi etiam facit mentionem de Arimino. Ideo dicit:

Là dove foglion, san de' denti suschio.

Idest, fugunt & mergunt facultates hominum in Civitate Arimini, ubi solent fugere.

La Città di Lamone, e di Santerno.

Haec Auctor describit duas alias Civitates Romandiolae, scilicet Faventiam, & Imolam a Domino suo. Et vult finaliter dicere. Quod Maghinardus Paganus fuit nobilis Castellanus in montibus supra Imolam. Qui sua probitate & felicitate ex parvo Castellano factus est magnus Dominus in Romandiola, ita quod

habuit tres Civitates, scilicet Forlivium, Faventiam, & Imolam, sed non omnes simul. Unde est sciendum, quod in MCCXC. Stephanus de Ghinazzano Romanus, Comes Romandiolae pro Papa, fuit captus in Civitate Ravennae ab illis de Polenta die XII. Novembris. Propter quod Maghinardus Paganus cepit Civitatem Faventiae. Et Bononienfes continuò sub certo cursu ceperunt Civitatem Imolae, & rapuerunt stercata, & splnaverunt foveas. Post haec Papa misit Comitem Bandinum de Comitibus Guidis de Romena, Episcopum Aretinum, qui reduxit Terram ad obedientiam per pacem & concordiam. Anno verò sequenti die XXIII. Decembris, die Dominica, de nocte dictus Maghinardus cum quibusdam Nobilibus, furto cepit Civitatem Forlivii in qua cepit Comitem Aghinulphum de Romena, fratrem dicti Episcopi. Deinde obsedit Caelenam, ubi erat ipse Comes Romandiolae. Post haec Anno quinto, scilicet Anno Domini MCCXCVI. Maghinardus habens bellum cum Bononienfibus propter Forlivium, cujus dominium tunc tenebant Bononienfes, fecit confederationem cum Azone III. Marchione Estensi, qui similiter parabat bellum contra Bononienfes, de quo dicitur plenius Purgatorii Cant. V. Secundo Calendas Aprilis venit cum exercitu contra Imolam, quam tenebant Bononienfes, ut dictum est. Recepit Civitatem non sine magno damno & dedecore Bononienfium, quorum cepit magnam multitudinem, quae tunc erat ibi circa quatuor millium. Nunc ad propositum. Auctor describit ipsum Maghinardum a Signo suo, & duas Civitates, quas tenebat a fluminibus suis, dicens:

Conduce il Leoncel dal nido bianco,
Ideſt, Maghinardus de Suſinana, qui portabat Leonem azurum in campo albo.

La Città di Lamone ;

Ideſt, Faventia. Amon enim eſt flumen, qui labitur juxta Faventiam, cujus Vallis fertiliffima eſt.

----- *e di Santerno ;*

Ideſt, Imola. Santernus eſt flumen, quod oritur in Alpibus Apennini, qui olim vocabatur Santernus, ſicut ſcribit Plinius in Naturali Hiſtoria. Et heic nota, Lector, quod Imola olim vocata eſt Forum Cornelii. Unde Auguſtus in Coſmographia, quam fecit fieri de toto Orbe, numerat Forum Cornelii inter Civitates famoſas, ſicut ſcribit Albertus Magnus in ſuo Libello de Natura Loci. Ideo autem ſic dictum eſt, quia a Cornelio Romano de clariffima familia Corneliorum, de qua fuerunt illuſtriſſimi Scipiones, aedificatum eſt. Haec ſiquidem parva Civitas ſaepe magna & nobilia producit ingenia. Sed ne ſuſpectus teſtis videar in cauſa propria, audi breviter quod dicit Magiſter Legendarum: *Sunt, inquit, Cornelienses ingenio ſagaces, ſacundiis eloquentes, viribus fortes, animis audaces. Catholica Fide pollentes &c.* Et nota, quod Auſtor ponit iſtas duas Civitates ſimul, quia eo tempore erant ſub uno dominio Maghinardi. Et ſunt valde propinquae per parvam diſtantiam. Et ſubdit Auſtor unum, quod vulgò videtur credere, ad infamiam illius Maghinardi, ſcilicet quod erat Gibellinus in Romandiola, & Guelphus in Tuſcia; unde dicit:

Che muta parte da la State al Verno.

Hoc pro tanto dicit, quia Romandiola magis reſpicit Septemptrionem, ideo eſt magis frigida; Tuſcia vero magis reſpicit Meridiem, & per con-

A fequens magis calida. Et heic nota, lector, quod non miror, ſi unus de Calabria non intelligit iſtud Capitulum, quum ipſi habitatores provinciae ſaepe ignorant facta domeſtica, quae ſunt geſta in gremio patriae. Unde volo te ſcire, quod iſte Maghinardus Tyrannus fuit de natione Paganorum, Gibellinus in Romandiola, & ubique, Sed cum Florentinis erat Guelphus, & inimicus omnium inimicorum eorum, ſive eſſent Guelphi, ſive Gibellini. Et in omnibus bellis, donec vixit, fuit in obſequium & ſubſidium Florentinorum. Hoc autem non fecit Maghinardus ſine juſtiſſima cauſa, quoniam pater ejus, nomine Paganus, tempore mortis relinquens puerum pupillum cum multis & magnis inimicis vicinis, ſcilicet Ubaldinis, Comitibus Guidis, & aliis Dominis Romandiolae, dimiſit eum ſub cuſtodia & tutela Communis Florentiae, a quo fuit bene cuſtoditus & educatus. Ideo iſta de cauſa erat gratus & fidelis Comuni Florentiae. Quod bene probavit in conſpectu apud Riperiam, in quo ita acriter ſuperavit vires Partis Gibellinae.

E quella -----

Heic Auſtor deſcribit aliam Civitatem Romandiolae, ſcilicet Caefenam, quam ultimo reſervavit, quia ſola gaudens bono libertatis, ſub nullius tyrannide tunc erat. Deſcribit autem eam a flumine ſuo dicens:

E quella, cui il Savio bagna il fianco.

Scilicet Civitas Caefena. Sapis enim eſt flumen, quod labitur ad latus Caefenae.

Così, com' ella s' è tra il piano e 'l monte

Tra tirannia ſi vive, e ſtato franco.
ideſt,

ideft, libero; quia fcilicet ab una parte erant Malateftae, fcilicet ab Oriente in Arimino, in alia parte verfus Occidentem erant Ordelaſſi in Forlivio, a Septemtrione illi de Polenta in Ravenna. Ideo dicit: *Com' ella s' è &c.* Caefena enim eft plana praeter partem, quae vocatur *Murata*, ubi eft in monte pulchra Rocha. Et quum omnes Civitates Romandiolae ſint fertiles, iſta prae ceteris eft fertiliffima, & producit ficus optimos. Et finaliter Auctor, facta reſponſione plena ad quaefita Comitum Guidonis, quaerit ab eo, quis ſit, dicens:

Ora chi ſe', ti prego, che ne conte.
Quod perſuadet ſibi dupliciter. Primo a benevolentia, qua uſus eſt erga eum, dicit:

Non eſſer duro più, ch' altri ſia ſtato.
ſcilicet, ad reſpondendum mihi durior, quam ego fuerim ad reſpondendum tibi. Secundo adjurat ipſum per id, cujus viri illuſtres ſolent eſſe avidiffimi, ſcilicet per famam; unde dicit:

Se 'l nome tuo nel mondo tegna fronte.

Si vigeat diu fama tua in poſterum, quae nunc eſt ſatis magna.

Ad Verſ. 61.

*S' io credeſſi, che mia riſpoſta foſſe
A perſona, che mai tornaffe al mondo, &c.*

Heic nota, quod multi mirantur, quod iſte Comes renuit famam, quam quaſi ceteri videntur petere & appetere. Dicendum breviter, quod ratio hujus videtur eſſe, quod iſte erat relapſus, quia renuntiaverat mundo & pompis ejus, poſtea inciderat in poenas, redeundo ad fraudes antiquas. Unde ſicut veſtis ſumtuofa & apparens decuiſſet ipſum Comitem, quum erat magnus Dominus in mun-

A do; & tamen non decuiſſet eum, poſtquam factus eſt Frater Minor: ita aſtutia, quae debebat ſibi famam ante converſionem ejus, dum erat Tyrannus, poſtea cecidit ſibi ad infamiam. Unde ſubdit.

Senza tema d' infamia ti riſpondo.

Quia non poteris deferre nova de me ad Mundum,

B ----- per ciò che giamai di
queſto fondo

Non tornò vivo alcun -----

Quia ex iſto Inferno nulli eſt dare reſeſſum:

----- s' i' odo il vero.

C Et verum dicit, quia qui aſſueſcit & ſeneſcit in iſtis fraudibus, raro vel numquam ſcit recedere. Iſte Comes breviter narrat formam ſuae vitae praeteritae, dicens:

Io fui uom d' arme -----

Quia geſſi multa & magna bella, ut ſatis patuit ex jam dictis;

----- e poi fui Cordeliere,

D Ideſt, in fine ſui Frater Minor. Nam Fratres Minores in Lingua Gallica vocantur *Cordeliers*, *Cordellerii*, a chorda, quam cinctam portant. Et ecce quare ſe fecit Fratrem Minorem:

Credendomi sì cinto fare ammenda;

E Scilicet, ſperans me ſub tali habitu miſeriae & paupertatis facere emendationem peccatorum; ſed alii non crediderunt. Unde Dominus Malateſta, quum narraretur ſibi a quodam familiari, quod Dominus Guido erat factus Frater Minor, providit, ne fieret Guardianus Arimini. Et dicit Auctor:

Et certo il creder mio veniva intero;

Signanter dicit certe, quia videbatur ſine dubio emendatus. Nam de veſte aſſumſit Habitum, humiliter ſervavit Regulam, & patienter tulit Paupertatem. Unde ſaepe viſus eſt publi-

publice mendicando panem per Anconam, in qua mortuus est & sepultus. Et multa audivi de eo, per quae poterat satis sperare de sua salute.

Se non fosse il gran Prete,
scilicet Bonifacius VIII. Quamvis omnis Papa dicatur Summus Sacerdos, tamen Bonifacius, temporaliter loquendo, fuit non solum magnus, sed maximus, quia primus fuit, qui vixit Imperialiter & magnifice. Et dicit Auctor:

----- *a cui mal prenda;*
idest, cui malum accidat; nam mortuus est in anxietate & rabie, ut saepe tangitur in Libro toto:

Che mi rimise ne le prime colpe.
Idest, in pristinas fraudes & artes belli. Et reddit auditorem attentum ad audiendum, dicens:

E come & quare voglio, che m' intenda.

Scilicet, tu, quicumque sis, astute quâ formâ, & qua de causa, Bonifacius retraxit me in malas culpas.

Mentre ch' io forma fui d' ossa e di polpe;

Nunc Comes volens narrare causam, quare Bonifacius requisivit eum, ostendit se primo visum fuisse idoneum, qui perageret illud; & quod iste poterat, quia scilicet expertissimus fuerat armorum in Seculo; sed tamen nova vita prohibebat sibi, quia factus erat Frater Minor. Dicit ergo:

----- *L'opre mie*

Non furon Leonine, ma di volpe.

Quasi dicat, non tantum fui usus viribus in bellis, quantum fraudibus, ita quod non pugnabam aperte, sicut olim Galli, ut scribit Julius Caesar.

Gli accorgimenti e le coperte vie
Io seppi tutte -----

A Quia sui totus circumspectus, & oculatus. Unde Valerius Maximus dicit, quod vafrities magis petit laudem occulto tramite, quam aperta viâ.

----- *e si menai lor' arte,*
idest tam perite & caute,

Ch' al fine de la Terra il suono uscìe.
Idest, quod fama pervenit usque ad extremum Occidentis, quia fama fraudis Gallicas transcendit Alpes, & volavit per totam Galliam, ubi Johannes de Apia erat famosus, & sui strenui bellatores. Et ostensis, quae poterant movere Bonifacium ad requirendum eum, ostendit quae debebant remove eum, quia dimisso habitu militari induerat habitum Religionis, & paci maxime congruum. Unde tangit suam conversionem dicens; quod fecerat more periti nautae. Unde dicit clare;

---- *che pria mi piaceva, ----*
scilicet in aetate praedicta praeterita, & vita, quam duxerat in Seculo.

----- *allor m' increbbe,*
idest, displicuit;

D *Quando mi vidi giunto in quella parte*

Di mia età, -----
scilicet, in senectute,

----- *dove ciascum dovrebbe*
Calar le vele e raccoglièr le sartè.

E Idest, funes. Et heic nota, quod metaphora est pulcherrima & propriissima. Sicut enim homo, qui dum navigavit, debet sibi providere de portu, in quo postea requiescat; ita homo, qui diu laboravit in isto mari fortunoso, ut acquirat potentiam, gloriam & honorem, debet declinare velum gloriae mundanae, & colligere funes, idest fraudes, quibus navigavit, idest vitam suam duxit in isto mundo amaro & procelloso, & providere sibi de portu salutis aeternae,

nae, jactando anchoras suae spei in Deum, & spernendo mundum, dicens cum Sapiente: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*. Unde subdit:

E pentuto e confesso mi rendei;

Quia scilicet dedicavi me Deo. Et heic nota quod prima pars Confessionis est Contritio cordis, secunda est Confessio oris, tertia est Satisfactio operis. In qua tertia parte ipse asserit se impeditum a Bonifacio. Ideo conqueritur, & exclamat, dicens:

Abi miser, lasso! e giovato sarebbe.

Quasi dicat; dolenter refero: heu me miserum! nisi fuisset Bonifacius.

Lo Principe de' nuovi Farisei.

Heic Comes ostendit, quare Bonifacius requisivit eum, & ad quid. Et dicit, ad aggrediendum bellum contra Columnenses. Ad cujus rei intelligentiam oportet primo scire, quod Anno Domini MCCXCVII. gravis feditio orta est Romae. Nam Papa Bonifacius, qui conceperat implacabile odium contra illos de Columna, quia Jacobus & Petrus duo Cardinales de illa Familia fuerunt contrarii in electione ejus; & quia Sciarra de Columna robavit quasdam salmas sui thesauri: mandavit, ut illi Cardinales deponerent Capellos & insignia Cardinalatus. Quos, quum non parerent, & ceteros illius familiae privavit omnibus Beneficiis & honoribus. Eorum insuper in Urbe fecit dirui Palatia, & Castella oppugnari, & capta aequavit solo, vel tradidit Urfinis, ut redderet eos infestos Columnensibus. Et bannitâ Cruce obsedit aliquot alia eorum Castra, quae tandem habuit cum certis pactis. Deinde non valens capere Praeneste Civitatem inexpugnabilem, habito consilio audivit, quod Comes de Montefeltro, qui erat in Ordine Minorum, solus poterat ip-

A sum facere compotem voti sui. Misit ergo pro eo, rogans & suadens, ut esset dux belli contra Cardinales sibi adversos. Quod quum constanter negaret, dixit Bonifacius: *Saltem me instruas, quomodo eos subjicere possim*. Tunc ille: *Multa promitte. Pauca serva de promissis*. Bonifacius inventis mediatoribus dixit, se misericordiâ usurum, dummodo facerent id, quod deceret magnitudinem status sui. Cardinales continuo exhilarati, assumptâ veste nigra, miserabili vultu supplices, ad pedes ejus procubuerunt, suam culpam confitentes, & veniam implorantes. Bonifacius illis increpatis promisit impunitatem, & primo restitutionem in integrum. Petivit Praeneste & obtinuit. Quâ eversâ fecit fieri Civitatem in plano, quam vocavit Civitatem Papalem. Deinde nobilem & potentem virum Zannem de Ceccano, attinentem eorum, subito captum, duro carceri mancipavit. Quare Cardinales territi fugientes latuerunt per aliquot annos apud amicos eorum, ita ut nesciretur, utrum viverent, quia non audebant apparere aut se nominare. Papa istos tamquam iterum rebelles, relapsos, infra annum bannivit. Ceteri de familia Columnensium divisi sunt per regiones diversas, usque quo Bonifacius captus arte qua cepit alios, per Sciarram de Columna, finem vitae infeliciter terminavit. Nunc ad literam. Dicit Comes: *Lo Principe de' nuovi Farisei*, idest Papa, caput Praelatorum & Clericorum, quos Auctor vocat novos Phariseos metaphorice;

Avendo guerra presso a Laterano, idest, cum Columnensibus, quorum domus sunt juxta Lateranum. Et aggravat istud bellum, tamquam injustum: dicens:

E non

E non con Saracin, nè con Giudei,
 Quasi dicat, immo cum Christianis, cum quibus misericorditer erat agendum. Et declarat suum dictum, dicens:

Che ciascum suo nemico era Cristiano.
 Quasi dicat: nullus eorum fuerat infidelis, cum mercimoniis conferendo eis lucra vel commoda aliqua, in quibus casibus Praelati solent praecedere Christianos. Sed ne dimittam aliquid obscurum, debes scire ad claram intelligentiam hujus literae crudele excidium Civitatis Acon. Quod breviter fuit tale. Anno Domini MCCXC. Soldanus Babyloniae Aegypti, facto maximo apparatu, cum innumerabili exercitu transito deserto, venit in Syriam, & obsedit Civitatem Acon. Causa autem hujus obsidionis, sicut retulerunt multi & magni mercatores, qui fuerunt eo tempore ibi, dicitur fuisse talis. Satis constat, quod Saraceni ante istud tempus abstulerant Christianis Civitatem Antiochiae, Tripolim, & alias Terras, quas Christiani tenere solebant ad maritima. Quapropter Acon multum erat amplificata viris & mercibus, quia alia Terra non tenebatur in Syria per Christianos; ita quod Rex Hierusalem, Rex Cypri, Principes Antiochiae, Congregatio Templi, Hospitale Sancti Johannis, & aliae Aulae, Legatus Papae, & Praefides, qui remanserunt ibi pro Rege Franciae, & Angliae, omnes faciebant caput in Acri, ubi erant ibi forte decem & septem dominia. Et singula habebant jurisdictionem sanguinis. Quod pariebat magnam confusionem. Eo tempore fuerat treugua inter Christianos & Saracenos. Et in Acon erant plusquam decem & octo millia peregrinorum hominum signatorum Cruce.

A Qui deficientibus stipendiis Dominorum & Communium suorum, coeperunt violare viduas, praedando & jugulando Saracenos, qui veniebant Acon, sub securitate treuguae, cum eorum mercibus & victualibus. Similiter ibant in praedam per loca circumvicina. Propter quod Soldanus graviter offensus, misit Legatos ad res petendas, & puniendos violatores treuguae, sicut est de antiquo jure gentium. Sed negato jure, Soldanus cum maximo potentatu venit supra Civitatem. Unde ejus exercitus occupabat per duodecim milliaria. Et cum multitudine gentium replevit fossas profundas. Ex una parte receperunt primum ambitum murorum, & secundum fecerunt cadere cum curriculum & operibus. Et ceperunt magnam Turrim, quae vocabatur Maledicta. Sed cum toto hoc non poterat capi Civitas, quia illud quod faciebant Saraceni de nocte, Christiani reficiebant de die, & obstipabant caveas cum saccis lanuae & bambacis. Et Magister Generalis Templi, qui habebat custodiam, multâ prudentiâ & probitate defendebat Terram. Sed fato faciente vulneratus in brachio cum una sagitta toxicata, ex eo vulnere intra paucos dies exspiravit. Cujus morte Christiani territi, facti sunt inordinati & discordes in defensione & custodia Civitatis propter confusionem antedictam.

B

C

D

E Ex quo coeperunt omnes, qui poterant refugere ad mare, recedere. Ideo Saraceni sine intermissione insistentes intraverunt Civitatem cum furore, omnes trucidantes, omnia rapientes, & abduxerunt in servitutem viros & mulieres viventes. Et inter homines utriusque sexus LX. millia & ultra fuisse referuntur. Damnum rerum & personarum fuit infinitum.

Et

Et demum Civitate sic spoliata, prostraverunt moenia; igne & ferro vastaverunt Terram; ex quo Christianitas tota recepit magnum damnum. Nam propter exterminium unius non remansit aliqua Terra in Terra Sancta pro Christianis. Et omnes nobiles Urbis receperunt magnum praedictum propter bonum situm illius Civitatis, quia erat in fronte maris in medio Syriae quasi in centro mundi prope Hierusalem per LXX. miliaria; & erat frons & portus omnium mercantiarum tam Orientis quam Occidentis, & omnis generis hominis mundi omnium idiomatum, ita quod erat quasi quoddam alimentum mundi. Et nota Lector, quod istud non videtur accidisse sine iusto iudicio Dei, quia haec Civitas velut sentina erat repleta omni genere sordidorum vitiorum, plusquam alia, quae tunc esset in Orbe Christiano. Nota etiam, quod haec Civitas Acon, olim vocata est Joppe. Et olim capta & dirupta fuit a Cestio Duce Romanorum tempore Neronis, deinde a Vespasiano Duce ejusdem Neronis, sicut scribit Josephus in Libro de Bello Judaico. Ex dictis ergo videre potes, quod Comes Guido volens ostendere, quod Columnenfes non commiserunt tam acre delictum, ut tam durum supplicium paterentur, dicit, quod nullus ipsorum praesens fuerat excidio Acon. His visis nunc venio ad verbum principale:

Nè sommo officio, nè Ordini sacri

Guardò in se; - - - -

Quia erat Sacerdos & summus Sacerdos.

- - - - nè in me quel capestro,

supple, respexit, illum funem Beati Francisci,

Che solea far' i suoi cinti più macri.

Scilicet, Fratres Minores, qui sole-

Tom. III.

A bant esse macriores, quam sint. Sic vide, quod Comes tangit tria, quae non bene competebant rebus bellicis: scilicet Summus Pontificatus, & Ordo Sacerdotalis ex parte petentis, & Habitus Sancti Francisci ex parte ejus, a quo petebat.

Ma come Costantin chiese Silvestro &c.

B Nunc ostendit Comes, quomodo Bonifacius requisivit eum, per unam nobilem comparationem. Et dicit breviter & clare, quod sicut Constantinus summus Imperator petivit Silvestrum Papam, ut daret sibi consilium contra molestem morbum suum, ita Bonifacius summus Pontifex petivit Comitem ipsum, ut daret sibi consilium contra ardorem mentis ejus. Dicit ergo:

Così mi chiese questi per maestro,

scilicet, Bonifacius; quia fueram magnus practicus armorum longa experientia & exercitio bellorum:

A guarir de la sua superba febbre.

Appellat febrem metaphorice iram Bonifacii, quae inflammabat & incrudelibat animum ejus injuste sicut febris a simili in corpore, scilicet

- - - Come Costantin chiese Silvestro

Dentro Sciratti - - - -

Idest, Montem Soractem, qui mons olim Hirpinaorum, vel secundum alios Faliscorum, distat ab Urbe Romana per XL. miliaria; unde Constantinus revocavit Silvestrum

- - - - a guarir de la febbre.

E quia ejus caro erat infecta. Et Heic nota, quod Mons Soractes est valde silvestris & asper. Sic clarus habebatur apud Paganos, quia fuit olim consecratus Apollini, ut patet apud Vergilium; & apud Christianos, quia in eo latuit Pontifex Silvester re & nomine, quia solitarius ibi fuit. De quo loco Silvester tunc pauper recepit dotem, quae postea ministravit

F f

ali-

alimentum uberrimum vitis Praelatorum, quia fecit Bonifacium tam superbum. In hoc eodem monte latuit per biennium Carlomannus patruus Caroli Magni, relicto Regno Franciae Pippino fratri suo. Et ultimo nota, quod comparatio proprie servit proposito. Quia sicut Constantinus Imperator quaesivit Silvestrum Papam Romanum, qui latebat intra Montem ad agendam poenitentiam, ut liberaret ipsum a lepra, ita Bonifacius Papa Romanus quaesivit Comitem Guidonem Urbinatem, qui erat intra claustra ad agendam contemplationem, ut curaret ipsum a sua febre, idest superbia & ambitione. Et sicut Silvester timebat ire ad Constantinum timore mortis corporalis (timebat enim ne fieret Martyr, sicut quasi omnes praedecessores sui) ita Comes Guido recusat accedere ad Bonifacium timore mortis mentalis. Sed Silvester dedit sanum consilium, & utilius remedium Constantino, quam Comes Guido Bonifacio; quia ille docuit Constantinum assumere bonam fidem & veram; hic verò docuit Bonifacium fallere fidem datam. Et declarat, quomodo fuit requisitus, & quomodo denegavit, dicens:

Domandommi consilio, ed io tacetti,
Scilicet prima facie recusans:

Perchè le sue parole parver' ebbre.
Idest, ebriae irâ & malivolentiâ.

E poi mi disse: - - - - -
Heic Comes ostendit, quomodo Bonifacius excusserit suspicionem, quam habebat ortam in animo suo, quae videbatur impedire responsum ejus. Unde dicit: *e poi mi disse*, scilicet, quum nollem sibi dare consilium:

- - - - - Tuo cor non sospetti,
Idest, non dubites mihi respondere propter peccatum, quia

A *Fin' or t' assolvo, - - - - -*
Idest, jam nunc te absolvo, scilicet a peccato committendo.

- - - - - e tu m' insegna fare
Si come Penestrino in terra getti.
Quia jam conceperat destruere Praeneste, sicut postea fecit. Fuit autem Praeneste Civitas antiquissima prope Romam. De qua saepissime facit mentionem Titus Livius. Quae saepe rebellavit Romanis, & saepe capta est. Similiter & Civitas Nepefina, quae fuit in confinibus Tusciae de qua dictum est paulo supra. Sed subdit confirmans dictum suum ratione, se posse absolvere eum ante peccatum perpetratum, quia Papa potest omnia, & quaedam alia, unde dicit:

Lo Ciel poss' io ferrare e differrare,
Idest, aperire clausum propter peccatum,

Come tu sai: - - - - -
Idest, scire debes, quia es Christianus, & Frater Minor:

- - - - - Però son due le Chiavi,
Scilicet, scientia & auctoritas. Quasi dicat: Tu scis, quod sum Papa, & homo magnae scientiae. Et sic erat. Et dicit:

Che 'l mio antecessor non ebbe care.
Scilicet, Coelestinus. Quasi dicat per irrisionem, quod fuit unus ignarus. Ita dicebat Julius Caesar de Lucio Sylla, quod ignoraverat literas, quia renuntiaverat Dictaturae. Bonifacius autem numquam potuit compelli metu mortis renuntiare Papatui.

Allor - - - - -
Heic Comes narrat, quomodo fuerit persuasus verbis Bonifacii, dicens:

- - - mi pinser gli argomenti gravi:
Idest, fortes rationes istius gravissimi Sancti Patris, quae tamen erant inefficaces in hac parte, quia contra dictum Evangelii: nam *Quodcumque li-*

gaveris super terram, debet intelligi Clave non errante. Quia id possumus, quod de jure possumus.

La ve 'l tacer mi fu avviso il peggio. Scilicet, ad satisfaciendum voluntati, quia male videbatur mihi respondere: sed pejus tacere. Quasi dicat: Bonifacius astutissimus circumvenit me astutissimum verbis suis, quia non poteram ulterius honeste vel tute me excusare, quia nolebam negare potestatem Summi Pontificis, qui est Deus in terris, aut ejus scientiam & magnam prudentiam. Et sic Comes, dum nititur se excusare, accusat; quia voluit potius contra conscientiam complacere Bonifacio, quam displicere illi pro salute animae suae. Ideo dedit consilium placitum ei; unde dicit:

E dissi: Padre, da che tu mi lavi

Di quel peccato, ove nò cader deggio: Idest, o Pater, qui dicitur Pater Patrum, & vocatur Pater Sanctus;

Lunga promessa con l'attender corto, Idest, cum brevi & parva observatione;

Ti farà trionfar nell'alto seggio.

Idest, in Sede Papali, in Civitate Romana, qua nulla est altior inter Christianos. Sed certe nullus Dux Romanorum injustius umquam triumphavit de hostibus, quam iste de Civibus suis. Pro quibus devictis non dabatur olim triumphus a Romanis, ut patet plene apud Valerium de jure triumphi. Et dicit: *Da che tu mi lavi.* Tota aqua Tiberis non lavisset eum: *di quel peccato, ove nò cader deggio.* Bene cognoscebat se peccaturum. Et heic nota, quod aliqui volentes subtilizare in rebus grossis, dicunt, quod istud consilium potest trahi ad bonum sensum, ita ut litera exponat sic: *Promittas magna, & observa cito quae pro-*

miseris, & adimple. Sed quidquid dicant, totum est falsum, & ridiculum. Nam pervertunt penitus mentem Auctoris; quia, ut patet evidentissime ex ista litera, vult quod Comes per istud consilium sit damnatus. Unde dicit paulo infra:

Perchè diede 'l consiglio frodolente.

Ad Vers. 117.

Dal quale in quà stato gli sono a' crini. Ulterius debes scire, quod Comes Guido Anno Domini MCCLXXXVI. quum diu tenuisset Romandiolam ad obedientiam Ecclesiae & Papae, venit Honorius, qui tunc sedebat, & misit eum in confinia in Pedemontium ad Civitatem Astensem. Et misit pro Comite in Romandiola Guilielmum Durandum de Provincia, qui fuit magnus Jurisperitus. Fecit enim Librum, qui intitulatur *Speculum in Jure utroque*, unde & a Juristis ipsis vocatur *Speculator*. Sed post duos annos Comes Guido ruptis confinibus venit Pifas, factus Capitaneus Pifanorum. Qui cum ampla potestate fuit tempore acerbae mortis Comitis Ugolini.

Ad Cant. XXVIII. Vers. 13.

Con quella, che sentio di colpi doglie, Nunc Auctor tangit bellum magis modernum. Ad cujus intelligentiam oportet praescire, quod Anno Domini ML. Robertus Guiscardus, filius Ricardi Ducis Normandiae, non habuit dominium paternum, sed dimissa haereditate Ricardo fratri suo primogenito, secundum consuetudinem regionis, tamquam magnanimus voluit experiri virtutem & fortunam suam. Ideo pauper & egenus veniens in Italiam appulit Apuliam. Quo tempore quidam Robertus Apulus erat Dux Apuliae. Cujus Robertus Guiscardus primo factus est Scutifer. Postea probitate sua accinctus Militiâ;

tiâ; pro quo multa victorioso fecit, quum haberet bellum cum Principe Salerni. Guiscardus itaque magnifice remuneratus, rediit in Normanniam. Et ostentans divitias & delicias Apuliae, duxit equos fraenatos fraenis argenteis. Propter quod multi nobiles animati cupiditate lucri & gloriae, sequuti sunt eum. Ipse reversus in Apuliam, fideliter pugnabat pro dicto Duce Apuliae. Et non post multum temporis Robertus Dux Apuliae veniens ad mortem, de voluntate suorum Baronum reliquit Guiscardum successorem in Ducatu. Et sic Ducatum, quem dimiserat in Normannia, recuperavit in Italia. Robertus igitur acceptâ filiâ Roberti in uxorem, sicut promiserat, vi armorum subjugavit Apuliam, Calabriam, & totum Regnum. Deinde Regnum Siciliae, quod occupaverat Alexius Imperator Graecorum. Deinde succurrit Ecclesiae; veniens Romam in favorem Gregorii VII. contra Henricum III. Hujus successores regnaverunt in Sicilia usque ad Henricum patrem Friderici II. De Roberto Guiscardo plura dicentur Paradisi Cant. XVIII. Nunc ad literam; dicit:

*Con quella, che sentio di colpi doglie,
quia scilicet gens illa fuit trucidata,
Per contrastare a Roberto Guiscardo.*

Et heic nota, quod Robertus non habuit magnam resistantiam in acquirendo Apuliam, quia Apuli faciliter cesserunt sibi. Sed in acquirendo Siciliam plus laboravit.

*E l'altra, il cui offame ancor s'ac-
coglie.*

Heic Auctor tangit quartum bellum, quod gestum est contra Manfredum per Carolum I. Ad cujus praenotitiam est breviter sciendum, quod Carolus frater Ludovici Regis Fran-

ciae, Dux Andegaviae, & Comes Provinciae, de quo supra dictum est, & saepius dicitur, vocatus ab Ecclesia contra Regem Manfredum, qui post Friderici II. patris sui, & Conradi fratris mortem, occupaverat Siciliae Regnum & Apuliae, venit per mare Romam cum paucis, & ejus exercitum duxit per terram Comes Guido de Monforte Anno Domini MCCLXV. Qui susceptus honorifice a Romanis, exspectans gentem suam per totam aestatem, consultabat, quomodo intraret Regnum Manfredi. Et coronatus deinde a Papa, coepit ire versùs Apuliam per Campaniam. Manfredus dolens, gentem Caroli intrasse libere per Lombardiam, ubi habebat magnam gentem ad obviamdum, dedit operam ad custodiam Pontis Ceperani. Sed Carolus transito Ponte, per fraudem, cepit Aquinum sine resistantia, deinde Sanctum Germanum viribus. Manfredus audico excidio Sancti Germani, de consilio suorum Comitum venit Beneventum, quia ibi poterat melius eligere partitum pugnandi, & impedire Carolum, qui non poterat intrare Principatum, nec transire in Apuliam nisi per Beneventum. Carolus hoc sentiens recessit a Sancto Germano, & non tenuit iter versùs Capuam per Terram Laboris, quia non potuisset transire ad pontem fortissimum Capuae, quem fecerat fieri Fridericus II. sed transivit Vulturnum apud Tulivernum, ubi poterat vadari, & per aspera itinera montium Beneventanorum cum maximo labore & defectu victualium pervenit Beneventum prope per duo milliaria. Manfredus statim cepit consilium pugnandi, ne permitteret hostibus fessis tempus refocillandi. Sed certe electio fuit perniciofa sibi.

Quia

Quia si distulisset tantum uno vel duobus diebus, gens Caroli erat perditata sine caede, ex defectu victualium hominum & equorum. Nam de praecedenti vix potuerant milites vivere ex foliis caulium, & dare thyrsos equis suis. Et praeterea gens Manfredi erat valde dispersa. Unde si aliquantulum distulisset, multum crevissent vires ejus. *Sed quem Deus odit, infatuat.* Manfredus ergo egressus Beneventum, transivit per Pontem flumen, quod dicitur Calor. Et in plano, quod dicitur Sanctae Mariae *de la Granella*, in loco dicto Petra Aroseti, fecit tres acies. Prima ex Theotonicis mille ducentorum, quibus multum fidebat. Et huic aciei praefecit Comitem Gualvagnum. Secunda ex Normannis, Tuscis, & aliis Theotonicis mixtim, quam tradidit ducendam Comiti Jordano, qui erat sibi junctus affinitate, & fidelitate junctissimus. Tertia fuit ex Apulis & Saracenis Noceriae, quos pater suus Fridericus ex Sicilia posuerat ibi. Et hanc aciem ducebat ipse Manfredus. Quae erat ex mille trecentis militibus, absque arciferis, Saracenis, & peditibus cum magno numero. Carolus autem videns Manfredum paratum ad bellum, Consilium habuit suum. Plures persuadebant, quod differendum erat proelium in crastinum ad resumptionem militum, & equorum. Carolus avidus pugnae clamavit alte supra suos, dicens: *Venit dies, quam tamdiu desiderastis.* Et ipse tres acies contra praedictas ordinavit. Primam ex militibus Francis, numero mille, cujus fuit dux Philippus de Monforte. Secunda fuit ex nongentis militibus electis, quam Carolus retinuit sub suo ducatu, & Guidonis de Monforte. Tertia fuit acies, quam recepit

A Robertus Comes Flandriae, gener Caroli, & Aegidius Brunus Constabilis Franciae, Magister ejus, quia adolescentulus erat. Et ista acies constabat ex Flandrensibus, Brabantionibus, Picardis, & Italicis, nempe Romanis, Campanis, & Tuscis. Concursum est utrimque magno ardore animorum, & acris pugna inchoata inter primas acies duorum exercituum Theotonicorum & Francorum. Sed Theotonici fortiores Francis, fecerunt eos magno impetu resillire. Tunc Carolus videns Francos suos, in quibus spem posuerat, tam dure opprimi, non servato ordine succurrit sibi cum sua acie. Similiter Comes Flandriae cum Magistro suo & acie sua. Et diu fuit proelium dubium, quia Theotonici mirabiliter cum magnis ensibus suis trucidabant: Sed subito ortus est clamor inter Francos: *Cum mucronibus feriantur equi.* Quo facto, Germani coeperunt deficere vulneratis equis. Tunc Manfredus coepit hortari suam aciem Apulorum, ut sequerentur eum probiter in bello. Sed male fuit auditus, quia pro magna parte Barones Regni deseruerunt eum, aliqui ex vilitate, aliqui ex illegalitate. Manfredus remanens cum paucis equitibus, tamquam magnanimus, elegit potius mori in proelio, quam viliter fugere. Et ingerens se in magnam aciem densissimam hostium, fortissime dimicans, cecidit in proelio. Carolus victor adveniente nocte, persequens gentem victam fugientem, cepit Beneventum. Multi ex militibus Manfredi capti sunt: uxor, soror, & filii Manfredi, qui erant Nuceriae, redditi sunt Carolo, quos omnes fecit mori in carcere suo. De sepultura Manfredi dicitur plene Cant. III. Purgatorii. Nunc ad

ad literam. Dicit Auctor: *Et'altra, supple, & si congregaretur alia gens caesa in proelio, il' cui offamē ancor s' accoglie a Ceperano, idest ad Pontem Ceperani. Et heic nota, quod ista clades non fuit apud Ceperanum, sed apud Beneventum, ut clare patet ex jam dictis. Sed passus permiffus Carolo apud Ceperanum fuit Cauſa istius conflictus. Nam Carolus non poterat debellare Regem, nec obtinere Regnum, si fuisset sibi vetitus transitus Ceperani. Ideo ulterius debet scire, quod Manfredus deputaverat ad custodiam Ceperani Comitem Jordanum, & Comitem Casertae cum duobus millibus militum. Sed Comes Casertae fraudolenter consuluit Comiti Jordano, ut permitteret transire partem inimicorum, quia postea facilius & tutius debellarent caeteros. Et quum aliquot transissent, dicebat Comes Casertae. *Non est amplius tempus, quia nimis multi transierunt.* Et continuo cum sua acie divertens, rediit Casertam. Erat enim jam in conventionem cum hostibus. Comes Jordanus cognita proditione, non valens per se resistere, reversus est Beneventum. Et sic vide, quomodo Manfredus fuit derelictus apud Ceperanum, & apud Beneventum, sicut a comite Acerrae, qui sentiebat cum Comite Casertae. Et multi alii dimiserunt Manfredum; qui postea spoliati fuerunt eorum Terris & Castellis. Ideo bene dicit Auctor:*

- - - là dove fu bugiardo

Ciascum Pugliese: - - - - -

Quia nullus dixit sibi verum, nec servavit sibi promissam fidem. Ideo Manfredus forte cognoscens mores eorum, acceleravit proelium;

- - - - - e là da Tagliacozzo;

Heic tangit quintum proelium mœ-

A dernum, quod sequitur in ordine ad praecedens, quia gestum fuit per dictum Carolum contra Conradinum nepotem Manfredi. Et ad hujus proelii magni memorabilis cognitionem est praesciendum, quod Carolus praefatus post victoriam de Manfredo habitam obtinuit libere Regnum. Et vocatus est Rex, & elatus. Nam factus generalis Vicarius Imperii per Papam in Tuscia, coepit movere bellum contra Civitatem Pisarum. Pisani facta confederatione cum Senensibus, & cum Domino Henrico fratre Regis Hispaniae (hic tunc Senator Urbis erat inimicus Caroli, licet esset Consanguineus ejus) miserunt in Alemanniam pro Conradino. Et dederunt operam, quod multae Terrae rebellarent Carolo in Regno & Sicilia. Et miserunt Conradino centum millia Florenorum, qui erat juvenculus XVI. annorum. Qui recedens de Alemannia contra voluntatem matris, filiae Ducis Austriae, transivit in Italiam, & pervenit Veronam, sociatus decem millibus Germanorum. Ex quibus D elegit tria millia & quingentos, ceteris remissis in Germaniam. Deinde transiens per Papiam, & Januam, per Pisas, per Senas, pervenit Romam. Qui ubique receptus fuit magnifice tamquam Imperator. Idem postea Carolus recedens de Tuscia, pervenit in Apuliam, dimisso Marescalco suo in Tuscia ad obviandum Conradino. Qui procedens ab Urbe cum magno exercitu Germanorum & Itatorum, sociatus cum Domino Henrico, qui habebat octingentos fortes milites Hispanos, noluit facere viam per Campaniam, quia sensit quod passus Ceperani erat bene munitus. Sed fecit viam inter montes Apulitii, & Campaniae per Vallem Cel-

lae, & sine aliqua resistantia transiens pervenit in planum Sancti Valentini in Contrata, quae dicitur Tagliacozzo. Carolus sentiens adventum Conradini recessit a Luceria, ubi erat in obsidione, & magnis dietis pervenit Aquilam. Qua Civitate confirmata in fide sua per transversum montium pervenit prope exercitum Conradini in dicta planitie. Et habebat minus tria millia hominum & solum flumen erat in medio duorum exercituum. Tunc quidam Miles Francus senex, bonus, & prudens, vocatus Dominus Alardus, qui rediens de ultra mare a Terra Sancta illis diebus appulerat in Apuliam, videns parvam gentem Caroli, & parvos viros, dixit fideliter Carolo, quod si volebat esse victor, oportebat eum magis uti arte belli quam viribus. Carolus multum fidens prudentiam senis, commisit Alardo totum negotium illius belli. Alardus ergo ordinavit de gente Caroli tres acies. Et de prima fecit Capitaneum Dominum Henricum de Consentia Militem magnum corpore. Quem fecit armari armis & supersignis regalibus, loco Caroli, qui ducebat Provinciales, Lombardos, Tuscos, & Campanos. Secunda acies fuit ex Francis, cujus fecit ducem Guilielmum Ordandum, & posuit Provinciales ad custodiam dicti fluminis, ne exercitus Conradini posset transire impune. Et tertio mandavit, quod Rex Carolus cum flore totius Nobilitatis reponeret se in insidiis in uno vallabulo post unum colliculum. Et fuerunt DCCC. strenuissimi bellatores. Et ipse Alardus remansit cum ipso Carolo. Ex alia parte Conradinus similiter fecit tres acies; unam ex Germanis, cujus caput fuit ipse, & Dux Austriae cum multis Comi-

A tibus, & Baronibus. Secundam aciem fecit ex Italicis, cujus fuit dux Comes Galvagnus. Tertia acies fuit ex Hispanis, cujus fuit dux Dominus Henricus. Conradinus igitur suis ordinatis aciebus, plenus spe tentavit transire flumen, ut pugnaret cum Carolo. Habebat enim quinque millia militum. Et stante acie Provincialium, cujus erat dux Provincialium Henricus de Consentia ad custodiam pontis, & resistente Domino Henrico de Hispania, Hispani coeperunt transire flumen, & repellere aciem Provinciale. Conradinus & sui videntes, quod Hispani transiverant, coeperunt transire cum furore Theotonico, invadentes gentem Caroli. In brevi hora fuerunt omnes prostrati, ita quod acie Provincialium in fugam versa, & interfecto Domino Henrico de Consentia, qui mentiebatur personam Caroli, Dominus Henricus credens vicisse Regem, invasit aciem Francorum, & Italorum. Ex quo fugientibus omnibus ex parte Caroli, & deserentibus campum, Germani victores asperiter coeperunt currere per campum, & rapere praedam. Tunc Carolus, qui erat in colliculo cum Domino Alardo, & Guidone Comite de Monforte, videns utramque aciem suam: multis fugientibus ad eum, videbatur mori prae dolore & volebat omnino succurrere suis. Sed prudens Alardus cum magno moderamine retinebat eum, persuadens quod expectaret, donec gens Germana avida praedae spargeretur per Campum. Videns Germanos nihil sibi timentes dispersim intendere praedae, dixit: *Tempus est*. Tunc veniente acie Caroli, Conradinus cum suis putans, quod esset de gente sua, non occurrit illi. Quod videns Carolus cum

cum lua acie stricta irruit super aciem, ubi erat Conradinus, ubi fuit acre proelium, sed breve, quia gens Conradini erat pauca, & fatigata, ceteris sparsis ad praedam. Unde acies ejus continuo diminuebatur, & acies Caroli augebatur, quia multi, qui fugerant a primo conflictu, revertebantur ad eum, cognoscentes insignia Regalia. Et cito gens Conradini fuit fusa. Conradinus videns fortunam belli tam cito mutatam, de consilio Baronum suorum exposuit se fugae cum Duce Austriensi, & quibusdam Comitibus. Tunc circumspectus Alardus cernens fugam hostium clamabat altis vocibus, rogans Regem & Duces, ne recederent ab acie persequendo hostes, aut capiendo praedam, timens ne gens Conradini dispersa colligeretur, ac detegerentur insidiae. Et bene opus erat tam salubri admonitione, quia statim Dominus Henricus, qui cum suis Hispanis sequuti fuerant fugam Provincialium & Italicorum per unam Vallem, & nihil viderat de pugna Caroli & fuga Conradini, collecta gente sua revertebatur ad campum. Qui videns aciem Caroli, credens esse Conradini, tandem appropinquans, cognita fraude stupefactus, sed tamquam vis cordatus, non teritus in tanto discrimine, restrinxit se cum suis. Ita & gens Caroli fessa, non tentavit invadere aciem ejus, ne fortunam suam exponeret periculo. Unde acies stetit firma contra aciem forte per horam. Sed Alardus astutus apposuit cautelam contra eum, quia per similitudinem fugae cum paucis electissimis recessit ab acie. Hispani tracti vana spe digressi sunt ad persequutionem illorum. Carolus invasit Hispanos & Germanos jam dissolutos. Et Alar-

A dus cum suis recollectis, reconjunxit se aperte cum acie Caroli. Tunc reintegratum est ad terminum proelium. Jam Hispani bene armati non sternebantur ictibus ensium. Sed Franci coeperunt eos amplecti, quia velociore & expeditiores erant. Et retrahebant eos ab equis. Et obtinuerunt victoriam. Multi ex utraque acie ceciderunt. Dominus Henricus fugit cum paucis ad Montem Casinum, & captus est ab Abbate illius Terrae. Et Dominus Carolus cum suis de consilio Domini Alardi remansit in acie usque noctem, ut sui recolligerentur, & reportaretur plena victoria. Hic conflictus fuit in vigilia Sancti Bartholomaei die XXIV. Augusti, currentibus Annis Domini MCCLXVII. Et in loco distae victoriae Carolus fecit fieri unam nobilem Abbatiam pro anima mortuorum ibidem, vel ad memoriam sui & gloriam. Quae vocatur *Victoria*. Postea bellum solum remansit contra Pisanos. Sed Rex Franciae Ludovicus frater Caroli consiliavit Carolum, ut haberet iter securum, quia volebat facere passagium in Barbariam, ut posset habere victualia, & necessaria de Sardinia, quam tenebant tunc Pagani. Carolus inflatus tot victoriis, decrevit invadere Imperium Constantinopolitanum, sed infeliciter sibi cessit, sicut dicitur plene Cant. VIII. Paradisi. De morte vero Conradini dicitur plene Cant. XX. Purgatorii. Modò ad litteram. Dicit Auctor, quod si congregarentur adhuc totae istae acies, seu gens earum, quae fuit caesa;

- - - - e là da Tagliacozzo,

Ove senz' arme vinse il vecchio Alardo.

Qui bene ostendit prudentiam similem: *vinse senz' arme*. Et non intel-

ligas, quod Alardus inermis pugnaverit, sicut multi exponunt. Immo armatus intravit aciem, sicut & reliqui. Sed Auctor vult dicere, quod victoria parta extorta fuit de manibus hostium, non tam viribus armorum Caroli, quam consiliis Domini Alardi de Vallati, senis prudentissimi, ita quod laus illius victoriae fuit singulariter Domini Alardi.

Ad Vers. 55.

Or di a Fra Dulcin dunque, che s'armi.

Hic Auctor nominat alium spiritum modernum ejusdem speciei; & artificiose fingit, quod Mahomettus, maximus princeps Schismatis audiens quod erat Auctor vivus, & ad mundum reversurus, imponit sibi, quod praedicat uni amico suo, licet ignoto, quod provideat sibi de proximo viventi. Ad cognitionem autem istius Mahometti novi est sciendum, quod sedente Bonifacio VIII. in Sede Petri, circa tempora, in quibus Auctor incepit illud sacrum Poëma, ortum est in Lombardia pravum schisma, futurum perniciosum, nisi fuisset occursum. Cujus causa fuit *Frater Dulcinus Novariensis*. Hic siquidem Dulcinus, ut ab origine repetam vitam suam, fuit de Comitatu Novariae, de vico qui dicitur Pratum, quod subest Castro Romagnano juxta flumen Sicidae. Infantulus venit Vercellas, ubi nutritus est in Ecclesia Sanctae Agnetis juxta Portam Sarini fluvii, in quem intrat Sicida, sub Presbytero qui vocatus est Augustus, qui eum misit ad scholas sub Magistro Ston Professore Grammaticae. Erat enim acutissimi ingenii iste Dulcinus, ita quod in brevi factus est optimus Scholaris. Sed non diu occuitavit pravitatem, quae latebat sub egregia indole. Quum es-

Tom. III.

A set parvae staturae, facie laetus, & omnibus gratus. Nam surripit furto Sacerdoti praefato certam pecuniae sumam, quia nimis fidebat ei. Ideo, ut saepe accidit, Sacerdos imputabat hoc furtum cuidam familiari suo, cui nomen erat Patras. Qui moleste ferens injustam infamiam, clandestine Dulcinum captum compulit terrore privatae torturae ad confessionem furti, & iratus juste volebat ducere Dulcinum ad publicum supplicium. Sed Sacerdos Augustus prohibuit, ne fieret irregularis. Dulcinus autem territus recessit incio Sacerdote, & contulit se ad extrema Italiae ad Civitatem Tridenti. Ibi in montibus illis intergentes rudes & credulas coepit fundare novam Sectam in habitu Fratitelli sine Ordine, praedicans se verum Dei Apostolum, & quod omnia debebant communicari in caritate. Et quod licebat omnibus uti mulieribus indifferenter, ita quod nullus concubitus erat damnatus, nisi in matre & filia. Dicebat etiam & alia multum his similia. Episcopus Tridentinus sentiens errorem hunc pululare in sua Dioecesi, expulit eum de montibus, in quibus inveniuntur aliquae hujus Fratris Dulcini. Qui inde recedens transivit per montes multarum Civitatum Lombardiae, crescente omni die multitudine magna, quia semper ibat per loca tuta, in quibus non posset faciliter capi. Unde fecit aliquam moram in montibus Brixiae, Bergomi, Comi, ac Mediolani. Et tandem ex omnibus expulsus, reversus ad partes natalis, sedem suam posuit in monte alto inter Novariam & Vercellas. Ubi habuit ultra tria millia hominum robustae juventutis. Inter quos erant aliqui nobiles, & divi-

G g

tes.

tes. Nec mirum tamen; quia voluptates sectabantur, quarum erat ibidem officina plena, & quia Frater Dulcinus erat intelligens, & eloquentissimus, eo quod suavissimâ facundia suâ ita ligabat auditores, quod nullus accedens ad eum semel, poterat umquam recedere. Dulcinus igitur sentiens bellum parari contra se, munivit montem, qui usque in hodiernum diem denominatur ab eo Mons Gazari; & Villam vocatam Triverium ad radices montis juxta flumen Seferum, transportaverunt in Montem, & alias Villas circumstantes, & omnia victualia, & necessaria, quae tumultuarie poterant reperire. Tunc Populi Novariae & Vercellarum cinxerunt montem obsidione cum machinis & aliis instrumentis bellicis aptis ad oppugnationem arcium. Et multi Crucelignati venerunt non solum de Terris Lombardiae, quae olim vocabatur Gallia Cisalpina, sed etiam de Gallia Transalpina, sicut de Vienna, Sabaudia, Provincia, & Francia. Feminae porrexerunt manum huic bello. Nam viduae feminae miserunt D. balistarios. Et ut breviter dicam, oppugnationis fuit dura & diuturna. Nam inclusi se pertinaciter defendebant. Sed tandem fame, quae expugnat omnes terrores, urgente, non potuerunt ulterius pati arctissimam obsidionem. Nam habebant magnam copiam pecuniarum, sed inopiam victualium. Comederunt enim usque ad pellicias. Tunc quidam consulentes salutis suae redierunt ad veritatem, & dederunt se. Sed obsidio praedicta duravit per annum & diem. Et schisma duravit per biennium. Tandem Dulcinus captus cum uxore sua Margarita, quae erat Tridentina, & quibusdam aliis, & ductus Vercellas, & carcer-

A ri mancipatus, multum & diu persuasus a magnis Magistris, numquam potuit converti, ut vellet revocare errorem suum. Propter quod volente justitia cum tenaculis ignitis truncantibus carnes, & spoliantibus usque ad ossa, fuit crudeliter laceratus, & ductus vicatim per Civitatem. Et quod notatum fuit a videntibus, & est mirabile dictu, inter tot & tam varia tormenta, dicitur numquam mutavisse faciem, nisi semel in amputatione nasi, quia strinxit parum spatulas; & in amputatione virilis membri juxta Portam Civitatis, quae dicitur Picta, ubi traxit maximum suspirium cum contractione narium. Poterat Martyr dici, si poena faceret Martyrem, & non voluntas. Quum autem lacerabatur tormentis, continuo hortabatur suam Margaritam, licet absentem, ut esset constans. Illa vero imbuta doctrinâ ipsius Dulcini numquam deseruit mandata illius. Ideo pertinacius eo fuit firma in hoc errore, consideratâ sexus infirmitate.

D Nam quum multi Nobiles quaerent eam in uxorem, tum propter pulcritudinem illius immensam, tum propter ejus pecuniam magnam, numquam potuit flecti. Unde pari poena cum Dulcino suo dulcissimo, ferro, & igne lacerata, illum audacter sequuta est ad Inferos. Hujus Dulcini fuit Medicus Magister Raynaldus de Bergamo, cujus Nepos multa mihi narravit de homine isto. Nunc ad literam. Dicit Mahomettus Danti:

Tu, che forse vedrai il sol di breve,
 idest, qui cito redibis ad mundum viventium, ubi lucet Sol, qui nobis latet, nec splendet. Et dicit forte, dubitative, vel quia non credebat istum rediturum aliquo modo ad mundum; vel si credebat, nesciebat.

bat, si cito, an tarde; *Or di a Fra Dolcin dunque*. Nomen conveniens sibi, quia venena propinans, *che s' armi*; idest muniat, & fulciat.

Si di vivanda - - - - -

Ita victualibus, quia, ut patet ex narratis, fuit expugnatus fame;

- - - - - che stretta di neve,

Hoc dicit, quia adveniente hyeme, deficientibus omnino victualibus, in monte frigidus, non potuerunt ulterius tolerare molestiam famis, aliorumque incommodorum.

Non rechi la vittoria al Noavese:

Idest, non reddat eum victum, vel captum Novariensibus Civibus suis. Et assignat rationem:

Cb' altrimenti acquistat non savia leve.

Quasi dicat, quod si non fecerit de armamento se & providendo sibi; nam esset facile acquirere unde aleret & sustentaret se & gentem suam. Et dicit:

S' egli non vuol què tosto seguirarmi.

Quasi dicat, si non vult cito mori, & venire ad eam poenam, qua heic crucior tamquam bene meritis.

Ad Vers. 64.

Un' altro, che forato avea la gola,

Ista est tertia pars generalis hujus Capituli, in qua Auctor introducit unum spiritum modernum, qui seminavit schismata inter Dominos. Qui nominavit etiam alium Schismaticum, qui idem fecit. Ad cognitionem autem primi est sciendum, quod Petrus de Medicina, quem Auctor introducit heic ad loquendum, fuit pessimus feminator scandalum in tantum, quod se aliquandiu magnificavit, & ditavit dolose illa arte infami. Et ecce modum gratiam exempli. Si sensisset Petrus de Medicina, quod Dominus Malatesta de Arimino tractabat contrahere affinitatem vel societatem cum Domino Guidone de Ravenna, ivisset Petrus casu ad quem-

A dam familiarem Domini Malatestae, & petivisset affectuose: *Quomodo convalescit Dominus meus?* Et post longam confabulationem dixisset ei in fine. *Dicas ipsi Domino meo Domino Malatestae, quod mittat mihi fidum nuntium, cum quo loqui possim, sicut secum, aliqua non spargendo in vulgo.* Advenienti tali nuntio petito dicebat Petrus: *Vide, carissime; Male libenter dicam, quia de honore meo esset forte tacere. Sed sincera affectio, quam habeo ad Dominum meum Malatestam, non permittit me amplius dissimulare. Res sic se habet. Caveat sibi Dominus Malatesta ab illo de Ravenna, alioquin inveniet se deceptum.* Et statim remittebat dictum nuntium sic informatum. Et deinde illud idem falsi fingebat apud Dominum Guidonem de Ravenna, persuadens, ut caveret sibi ab illo de Arimino. Tunc ergo Dominus Malatesta concepta suspitione ex verbis Petri, incipiebat remissius agere cum Domino Guidone, & paulatim incipiebat revocare quod coeperat. De quo pendens Dominus Guido, dicebat: *Bene dicebat mihi verum Petrus de Medicina.* Et e contrario dicebat Dominus Malatesta. Et sic uterque deceptus mittebat ipsi Petro equos, jocalia, & munera magna. Et uterque habebat ipsum in amicum, qui erat familiaris inimicus: quo nulla pestis peior est ad nocendum, ut ait Beatus.

Ad Vers. 70.

E disse: Tu, cui colpa non condanna, Idest, o Dantes, qui non es damnatus ad poenam propter culpam, sicut ego & alii infelices:

E cui già vidi sù in Terra Latina,

Idest, in Medicina patria mea, quae est inter Bononiam & Imolam. Et dicit:

Se troppa somiglianza non m'inganna.
 Hoc dicit, quia nimia similitudo saepe decipit hominem. Quasi dicat: Si non fallor, videtur mihi, te vidisse in vita mea in patria mea. Et verum dicit, & non fallitur. Unde debes ulterius scire, quod Medicina est Villa grossa, & pinguis inter Bononiam, & Imolam. Et est territorium per se, & habebat olim Arcem fortem. Et ibi regnaverunt olim quidam Nobiles, & potentes, qui vocati sunt Capitanei de Medicina. quorum hodie nullus extat. Et de hac Domo fuit iste Petrus. Et ad Domum istorum pervenit saepe Dantes. Et interrogatus, quid sibi videretur de Curia illa, respondit, se non vidisse pulcriorem in Romandiola, si ibi esset modicum ordinis. Ideo Petrus nunc reducit se ad memoriam, sic sibi dicens:

Rimembrati di Pier da Medicina.

Utitur vocabulo regionis, & dicit:

Se mai torni a veder lo dolce piano,
 scilicet, Lombardiae & Romandiolae, quae est terra plana & suavis, ac dulcis. Et tangit confinia, dicens:

Che da Vercelli a Marchabò dichina.
 Hoc pro tanto dicit, quod Civitas Vercellarum est in extremo Lombardiae, & Marchabò quasi in fine fluminis Padi. Unde scias, quod Marchabò fuit unum castellum, quod aedificaverunt Veneti in agro Ravennate juxta fauces Padi, ut haberent illum passum in potestate sua, ut per manus eorum transirent omnia, quae devehuntur per mare in Padum. Istud autem Castellum Dominus Robertus de Polenta cepit, & evertit a fundamento post confictum, quem receperant Veneti apud Ferrariam in MCCCVIII. Vult ergo dicere Petrus Auctori: Si contingat umquam, te videre terram a Vercellis

A usque Ravennam. Et hoc dicit Petrus signanter, quia ipse erat solitus texere retia sua inter Dominos Lombardiae & Romandiolae.

E fa saper a i due miglior di Fano;
 Heic Petrus praedicat Auctori enorme facinus, quod committendum erat per unum Dominum Romandiolae contra Dominos nobiles suos vicinos. Hoc autem fingit Auctor, ut ostendat, quod iste erat sollicitus noscere secreta Dominorum, & revelare. Ideo heic detegit unum malum futurum. Ad cujus intelligentiam debes praescire, quod Malatestinus Tyrannus in Civitate Arimini, quem Auctor vocat Mastinum novum in Cant. praecedenti, ordinavit fallaciter unum parlamentum in Vico, qui dicitur Catholica. Ad quod invitavit duos praecipuos Cives de Civitate Fani. Qui quum venirent per mare in navi, & pervenissent ad plagiam juxta montem, qui vocatur Focaria, fuerunt praecipitati in mare, & suffocati ab iis, qui erant in navi, sicut praedictum erat per dictum Malatestinum. Dicit ergo Petrus Auctori: *E fa saper a i due miglior di Fano*, idest, duobus nobilibus de Civitate, quae dicitur Fanum, in litore Maris Adriatici, distans ab Arimino per XXX. miliaria: scilicet

A Messer Guido, & anco ad Angiolello,

E Guido erat nobilis Miles illo tempore in dicta Civitate, qui vocatus est Dominus Guido del Casaro. Angiolellus fuit alius Nobilis, qui vocatus est Agnolellus de Carignano: & hi ambo erant Principes dictae Civitatis.

Che, se l'antiveder qui non è vano,
Gittati saran fuor di lor vasello.

Idest,

Idest, de corpore, vel de navi. Utrumque enim verum est, quia fuerunt projecti de navi in aquam, & privati simul vitâ. Ideo dicit:

E macerati presso a la Catolica.

Catholica enim est Terra satis deserta hodie juxta mare inter Ariminum & Pensaurum. Et specificat Auctorem hujus mali, dicens:

Per tradimento d'un Tiranno fello.

Scilicet, Malatestini ferocis. Verè audax homo fuit, qui Tyrannum tam astutum, tam potentem, & sibi vicinum, non erubuit tam aperte infamare adhuc viventem. Et dicit: *Che, se l'antiveder qui non è vano: quasi dicat, si damnati in Inferno possunt praevidere futura.*

Ad Vers. 89.

Poi farà sè, ch' al vento di Focara

Non farà lor mestier veto, nè preco.

Ad intelligentiam hujus debes scire, quod Focaria est una alta montanea prope Catholicam supra mare, ubi solent esse magnae tempestates, & fieri mala naufragia. Unde navigantes solent facere magna vota, & preces. Unde convertum est in proverbium illud: *Deus custodiat te a vento Focariensi.* Vult ergo dicere Petrus in effectu, quod non casu fortuito, vel divino Judicio, submergerentur in undis vi ventorum, sed fraude hominum suffocabantur ibi. Et ideo Auctor nunc exquirat a praedicto Petro de illo magno Schismatico antiquo, de quo incidenter fecerat mentionem, dum vellet nominare Ariminum. Et primo Auctor adjurat Petrum, ut sibi dicat, quis est ille, qui numquam voluisset vidisse Ariminum. Unde adnectens partem sequentem praecedenti, dicit:

Et io a lui - - - - -

scilicet, dixi Petro:

A - - - - - *Dimostrami e dichiara,*
Chi è colui da la veduta amara.

Idest, qui amare vidit Ariminum, & malo suo.

Se vuoi, ch' io porti sè di te novella,

Scilicet, ad Mundum. Hoc enim petierat Petrus supra, quando dixit: *Rimembrati di Pier da Medicina.* Et nota quantâ arte utitur Auctor heic, qui fingit, quod Petrus de Medicina ita infamet, & accuset unum Tyrannum de Arimino, quia noverat eum, & ejus mala. Et deinde confirmat & accusat unum antiquum, qui seminavit discordiam perniciosam Arimini, ubi ipse aliquando idem fecerat ibi inter Dominos de Arimino & alios de Romandiola.

Ad Vers. 103.

Et un, ch' avea l' una, e l' altra man mozza;

Ista est secunda pars generalis, in qua Auctor describit duos Spiritus modernos, quorum alter seminavit magnum schisma in patria, alter inter parentes. Describit ergo primum a sua speciali poena. Ad cujus cognitionem est sciendum, quod iste fuit quidam Nobilis Miles de Lambertis de Florentia, nomine Musca, qui persuasit palam in Consilio Nobilium Gibellinorum de Florentia, ubi erant Uberti, Lamberti, Amidei. & multi alii, quod quidam egregius juvenis, vocatus Bondelmonte de Bondelmontibus trucidaretur, quia dimissâ temere unâ de Amideis, quae erat sibi promissa, duxerat aliam de Donatis in uxorem. Et quum quidam seniores in Consilio illud dissuadentes, dicerent, quod finis erat prospiciendus, Musca dixit illud vulgare proverbium: *Res fatta finem capit.* Deinde ipse cum quibusdam aliis de parte sua iverunt & tru-

& trucidarunt dictum Militem Bon-
dielmontem. Ex quo postea nata est
tanta lis, quod Magnates de parte
Gibellina sunt expulsi. Hæc Histo-
ria tangitur plenius Cant. XIV. Pa-
radisi; ideo breviter eam prætermisi.
Ad literam ergo dicit Auctor: *Et
un, ch' avea l' una, e l' altra man moz-
za*: Et heic nota quod Auctor dat
istî debitam poenam, quia ex con-
filio ejus deventum est ad sangui-
nem, ad mortem, ad vulnera; &
quia Musca non solum lingua, sed
cum manibus procuravit dictam di-
scordiam. Ideo bene ab Auctore po-
nitur sine manibus.

Ad Vers. 117.

Sotto lo sbergo del sentirsi pura.

Heic Auctor præmissa laudabili ex-
cusatione describit ipsam poenam no-
bilem. Ad cujus intelligentiam cla-
ram oportet præscire, quod iste
Schismaticus ultimus commisit pessimum
particulare schisma. Fuit igitur
quidam Nobilis Miles de Anglia,
vel ut aliqui dicunt, de Gua-
sconia, nomine Beltrandus del Bor-
nio, datus & deputatus ad curam
& custodiam Johannis filii Henrici
Regis Angliae, qui Johannes cogno-
minatus est Juvenis. Hic Juvenis,
quum puer educaretur in aula Regis
Franciae, accidit, quod quidam No-
bilis petivit quandam gratiam Regi
Franciae, cui Rex omnino denegavit.
Ex quo iste erubescens recedebat
confusus. De quo Rex perpendens,
convertens se ad circumstantes
dixit: *Est ne aliquid tam grave &
molestum, quantum est petere, & ne-
gare?* Tunc Juvenis reverenter re-
spondit: *Certe, inclyte Princeps. Ne-
gare est molestius egregio animo.* Rex
admiratus grave responsum, quod
prodierat ex ore Juvenis, commen-
davit magnifice puerum, asserens

A ipsum futurum verè magnanimum.
Quod cuncti audientes confirmave-
runt. Revocato itaque illo, qui pe-
tierat gratiam, fecit sibi libere, quod
petebat, contemplatione pueri. Bel-
trandus tunc captus amore pueri,
decrevit vivere & mori cum puero,
& numquam dimittere ipsum usque
ad mortem. Juvenis ergo pubescens
factus est liberalissimus & munifi-
centissimus omnium, & omnia effu-
sione erogabat, nemini aliquid denegando;
propter quod Henricus pater
assignavit sibi certam partem Regni,
secundum quam cito pauperavit sua
liberalitate immensa. Deinde pater
transulit eum ad aliam partem Regni.
Sed nulli reditus sufficiebant
largitati illius, immo continuè ac-
cipiebat mutuo ab aliis, & semper
erat debitor multis. Quum autem fa-
tigasset fere Regnum liberalitate
sua, Beltrando semper laudante &
confirmante, factus est odiosus Patri,
qui venit contra eum cum exercitu.
Et quum obsedisset eum in quadam
Terra, quae vocatur Altaforte, Rex
Juvenis die quadam egressus, valen-
ter pugnans, percussus est lethaliter
cum balista. Et relatus intra forti-
litiam cum suis, dixerunt ei, quod
disponeret de factis suis. Dicebat
Juvenis: *Quid habeo disponere, quum
nihil habeam?* Tunc quidam Factor
unius magnae Societatis de Floren-
tia, scilicet Bardorum, qui præsti-
terat sibi magnam summam, forte
centum millium Aureorum, lacryma-
bat dicens: *Et ego, bone Domine,
quid faciam?* Tunc Juvenis suspirans
dixit: *Tu solus cogis me facere testa-
mentum.* Et continuè vocato Nota-
rio condidit testamentum. Et inter
alia fecit mirabile legatum, dicens:
*Relinquo animam meam Diabolo, ni
Pater meus integre solverit omnia de-
bita*

bita mea. Rege Juvene mortuo, Castrum redditum est Regi Henrico Patri, & Beltrandus captus. Cui Rex fertur dixisse: Beltrande, audio te saepe inaniter jactasse, quod numquam fueris operatus medietatem tuae prudentiae. Nunc opus est, ut exerccas totum scire tuum. Cui Beltrandus sagacissime respondit: Inclyte Domine, mortuo Rege Juvene, mortua est omnis Prudentia mea, Ingenium, & cautela. Tunc Rex pietate motus libere pepercit sibi. Deinde quum Rex familiariter increparet Beltrandum, cur numquam reprehenderat & revocaverat Juvenem a vanis operibus suis, respondit Beltrandus prudenter: Numquam vidi ipsum errare in re minima. Tunc renovatus est ploratus Patris super mortem nobilissimi filii sui.

Ad Vers. 135.

Che diedi al Re Giovanni i mai consorti.

Haec nota, quod Juvenis fuit quasi alter Titus Vespasiani filius, qui teste Svetonio, dictus est *amor & deliciae generis humani*. Et fuit liberalissimus, ut ille, & placidissimus, pulcherrima schemata semper faciens. Et parum vixit, sicut & Titus, & mortuus est in bellis. Cui successit Ricardus strenuissimus bellorum, qui fecit magnalia in capiendo Civitatem Acon. Et dicit:

E perchè tu di me novella porti,

Idest, hoc dico, ut possis portare nova ad mundum, ad quem audio te rediturum. Et specificat formam suae culpae, dicens:

Io feci il Padre, e 'l figlio in se ribelli.

Idest, fecit Regem Juvenem, & Henricum veterem ejus Patrem hostes infestos inter se.

Ad Cant. XXIX. Vers. 27.

Et udil nominar Geri del Bello.

A Ad cognitionem istius nominati est sciendum, quod iste Gerius Vir nobilis fuit Frater Domini Cioni del Bello de Aldigheriis; qui homo molestus & Schismaticus fuit interfectus ab uno de Sacchettis nobilibus de Florentia, de quibus fit mentio Cant. XVI. Paradisi. Qui seminaverat discordiam inter quosdam. Cujus mors non fuit vindicata per spatium XXX. annorum. Finaliter filii Domini Cioni, & nepotes praefati Gerii, fecerunt vindictam, interficiendo unum de Sacchettis in ostio suo. Et respondit Vergilius quasi tacite. Quia enim Dantes dicere posset, quomodo ego non vidi ipsum? dicit Vergilius:

Tu eri allor sì del tutto impedito,

C Idest, penitus occupatus cum oculis defixis

Sovra colui, che già tenne Altaforte. Scilicet, Beltrandum del Bornio, qui unum Oppidum in Anglia olim tenuit. Et nominat istam Terram nunc incidenter, quia non nominaverat eam supra, ubi agebatur de principali materia;

D *Che non guardasti in là, si fu partito.*

Et bene dicit, quia de rei veritate Auctor debuit esse saltem abstractus in fictione profunda, quam superius fecit in descriptione illius poenae mirabilis. Ideo menti suae occupatae circa illam speculationem non occurrit Gerius del Bello, qui videbatur nominandus inter istos Schismaticos vulneratos & laceratos; qui in vita fuit truncatus ferro ob istam culpam. Et post mortem caeditur a Diabolo, sicut & alii.

Ad Vers. 36.

E ciò m' ha e' fatto a se più pio.

Quasi dicat: In hoc magis doleo & compatior, quia pulcrum & pium videtur facere vindictam de parentibus

bus

bus in isto mundo. Et heic volo te notare, quod quum omnes homines naturaliter tendant ad vindictam, Florentini ad hoc maxime sunt ardentissimi & publice & private. Quod bene ostenderunt iis temporibus Ecclesiae Romanae, cui fecerunt rebellare magnam partem Italiae, cum magna desolatione omnium Terrarum & excidio multorum. Unde eredo, quod signanter fecerit heic Auctor istam fictionem singulariter ista de causa, in qua ostendit, istum spiritum Florentinum adeo indignari de vindicta non facta de eo, & se absentare illi. Bene audiui, optimos Florentinos maxime damnantes genus Florentinorum animo & appetitu vindictae. Ideo Auctor bene introducit Vergilium sapientem virum, qui sibi hoc dissuadebat.

Ad Vers. 46.

*Qual dolor fora; se de gli spedali
Di Valdichiana - - - - -*

Ad hoc est sciendum, quod Chiana est quaedam Vallis palustris, mortua, & marcida in Tuscia, inter Clusium, Aretium, & Cortonam, in territorio Civitatis Senarum. Quae reddit aërem pestilentem in aestate, quando est intensus calor. De qua etiam fit mentio in Cant. Paradisi. Juxta autem Vallem istam erat illo tempore Hospitale de Altopassu, ubi solebant esse multi pauperes infirmantes, & per consequens magnus dolor;

- - - tra 'l Luglio, e 'l Settembre.
Idest de mense Augusti. Sicut enim locus est causa infirmitatis, ita & tempus maxime Augustus est infirmus mensis, etiam in locis sanis. Et dicit:

*E di Savdinia, e di Maremma i mali,
Idest, qualia mala exeunt de Maritima. In Maritima enim Romana*

A solent multi infirmari dicto tempore. Similiter multi infirmantur in Sardinia. Et heic nota, quod in praedictis locis causa infirmitatis est corruptio aëris & aquae propter ventos meridionales, & excessivum calorem. Unde Insula Sardiniae habet aërem pestilentem, maxime circa extrema litora sua. Non sic in mediterraneis montibus & locis. Et tamen Sardi magis habitant litora ad defensionem Insulae, quae est ex opposito Barbariae. Unde Medici & Mercatores de Italia in Sardiniam accedentes, cito infirmantur & moriuntur.

Ad Vers. 58. & seqq.

*Non credo, ch' a veder maggior tristizia
Fosse in Egina il Popol tutto infermo.*

C Haec est breviter fictio, quae pro magna parte continet historiam veram. Et primo quidem pestis ista fuit olim magna, quae spoliavit quasi totam Civitatem habitatoribus primis. Sicut simile vidimus diebus nostris in multis Terris. Et de aliquibus audivimus. Sicut in MCCCXLVIII. quae orta est in partibus Orientis, ita fatigavit humanum genus, quod multae Terrae destructae sunt etiam in Occidente nostro. Et praecipue Sicilia fuit vexata ista Epidemia, & Sardinia multo plus. Quia ex decem, novem periisse dicuntur. Postea in MCCCCLXII. fuit alia pestis magna; & pridie alia tertia. Haec autem pestis inguinum provenit ex multa corruptione aëris. Ideo bene fingitur, quod fuit causata ex ira Junonis, quia Juno dicitur Dea aëris a Poëtis.

Ad Vers. 81.

*Del pizzicor, che non ha più soccorso.
Sciendum, quod metalla sunt differentiatata inter se solum per accidentalem formam, & non per substantia-*

tialem, quoniam omnia metalla generantur ex argento vivo, & sulphure. Natura autem in suo principio intendit adducere perfectionem metalli, quia agit propter finem, ut dicitur Secundo Physicorum. Manifestum est ergo, quod adducit aliud quam perfectionem, hoc est praeter intentionem, & sic per accidens. Igitur in generatione Auri concurrunt sulphur rubeum mundum, & argentum vivum purificatum in putrida terrae. Unde inter omnia metalla duo sunt solummodo perfecta, scilicet aurum, & argentum. Et ista producantur secundum intentionem Naturae. Cetera propter corruptionem Naturae & suarum partium, insana & imperfecta. Quam malitiam si Alchimista intendit sanare, reducendo illam in suas primas partes, scilicet in sulphur, & in argentum vivum, cum calcinatione vel distillatione, non peccat. Et ista purgatio refrigeratur simul cum certis aquis vel herbarum succis. Verumtamen licet Ars ista forte sit vera, tamen non videtur possibilis apud modernos. Unde videmus de facto, quod omnes veniunt consumti. Et si reperitur aliquis Antiquorum, nullus tamen modernorum, quem adhuc scire potuerim, consequitur finem suum. Et heic loquendo de inferno morali, omnes Alchimistae sive licite, sive illicite operentur, habent poenam suam, quia semper frustra laborant, ut acquirant inopiam, & egestatem.

Ad Vers. 109.

Io sui d' Arezzo. Et Albero da Siena. Heic Auctor ostendit, quomodo unus illorum responderit, specificans se per nomen, & causam suae mortis, & aliam causam suae damnationis. Ad cuius cognitionem est breviter

Tom. III.

A scienda res jocosa. Fuit ergo in nobili Civitate Senarum circa tempora Auctoris Magister Griffolinus de Aretio, magnus Naturalis, & Alchimista. Qui astutissimus traxit magnam familiaritatem cum quodam filio Episcopi Senensis, cui nomen erat Albarus; a quo sagaciter emungebat pecuniam, & munera multa. B Quia ille cum lingua sua mirabili promittebat illi simplici & fatuo facere mirabilia magna. Inter alia, dum Albarus iste levissimus miraretur, & laudaret Griffolinum, dicens: *O quale est ingenium tuum!* dixit Griffolinus: *Certe ego scirem facere impossibilia per Naturam. Quid diceres, si me videres patenter volare more avis per aërem?* C Albarus pinguis & pecuniosus expensis Crucifixi, coepit rogare, ut doceret eum Artem volandi artificialiter, qui tamen erat per naturam levissimus ad volandum cum sua mente inanissima. Multa ergo dabat, & plura promittebat. Sed Griffolinus ludificabat eum, & dabat illi verba in solutum. Tandem Albarus videns se delusum & deceptum, conquestus est Episcopo patri suo. Qui accensus indignatione magnâ, fecit formari unam inquisitionem contra eum, qualiter exercebat Magicam, quam tamen ille ignorabat. Et sub isto colore fecit eum igne cremari. Nunc ad literam. Dicit Auctor:

E *Rispose l'un - - - - -*
scilicet, Griffolinus petitioni meae: *Io sui d' Arezzo.* Et est argumentum a loco. Quia Aretium communiter habet acuta ingenia. Et *Albero da Siena*, quae Civitas aliquando producit gentem vanam:

- - - - - mi se' metter' al fuoco.

Et hoc dicit, ad extenuandam suam infamiam, quae fuit causa, quia

H h

com-

combustus fuit in Mundo, alia qua
est damnatus tamen in Inferno: Un-
de dicit:

*Ma quel perch' io movè, què non mi
mena.*

Scilicet, culpa Artis Magicae non
me duxit ad istam poenam. Sed cer-
tè causa vera, quare fecit me mori,
fuit, quod

*Ver' è ch' io dissi a lui, parlando a
gioco,*

scilicet, illi Albaro, pro ludo, quia
habebam solatium de ejus fatuitate:

l' mi saprei levar per l' aere a volo.

Quasi dicat: Tantum scio, quod sci-
rem volare per aërem, si vellem, &
statim avis inescata est ad blandum
sonum Aucupis. Unde dicit:

*E quei che avea vaghezza, e senno
poco,*

Scilicet, Albarus, vere arbor magna
sine sensu; qui habebat multum la-
sciviae & nihil providentiae;

Volle, ch' io gli mostrassi l' arte,

scilicet, volandi,

----- e mi fece

Ardere a tal, che l' avea per figliuolo.

Idest, Episcopo Senensi, qui habebat
ipsum Albarum pro Filio, licèt for-
te non esset, quia genitus ex mere-
trice. Et si erat, non audebat dice-
re, quia saepe Sacerdotes consueve-
runt Filios suos dicere Nepotes.

Ad Vers. 121.

Et io dissi al Poeta. Or fu giamai

Gente sì vana, come la Sanese?

Auctor gratiâ praemissae vanitatis facit unam digressionem, hoc est unam invecitivam mordacem & irrisoriam contra Senenses, vanissimos hominum; Unde dicit. *Et io*, idest ego Poëta Dantes considerans dementiam illius Albari Senensis, & patris ejus, qui non erubuit tradere hominem flammis igneis pro una buffa de quâ debebat potius ridere, & dissimulare,

A si volebat consulere honori suo; ubi sic praecipitanter agendo, incurrit perpetuam infamiam, ne dicam poenam. *Dissi al Poeta* scilicet Vergilio. *Or fu giamai gente sì vana, come la Sanese?* Quasi dicat: Nulla gens fuit tam vana in aliquo tempore, vel in aliquo loco. Et continuo specificat vanitatem Senensium per comparationem ad gentem Gallorum. Et respondens sibi ipsi dicit sic:

Certo non la Francesca sì d' assai.

B Quasi dicat: licèt Gallici sint communiter vanissimi omnium Nationum, non tamen sunt vani, sicut Senenses. Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod Galli sunt genus vanissimum hominum ab antiquo. Sicut patet saepe apud Julium Caesarem, alias Celsum. Et hodie patet de facto. Videmus enim, quod omnidie adveniunt novos habitus, & novas formas vestium. Unde non est mirum in eis, quod non habeant suam fogiam. Portant enim catenam ad collum, circulum ad brachium, punctam ad calceum, pannos breves, ita quod ostendunt culum, & partem obscoenam corporis occultandam, & caputium ante faciem ad tegendam partem corporis honestam potius manifestandam. Et ita de multis vanitatibus. Unde miror, & indignor animo, quando video Italicos, & praecipue Nobiles, qui conantur imitari vestigia eorum, & discunt Linguam Gallicam, asserentes quod nulla est pulcrior Linguâ Gallica: quod nescio videre. Nam Linguâ est bastarda Linguae Latinae, sicut experientia docet. Nam quum possint bene proferre *Cavaliero*, dicunt *Chevalier* corrupto vocabulo. Similiter quum nesciant dicere *Signore*, dicunt *Sir*, & ita de ceteris. Hujus rei testimonium habemus, quod adhuc

quan-

quando volunt dicere: loquere vulgariter, dicunt loquere ratione; & eorum vulgaria appellant *Romancia*. Non ergo deberent Italici Nobiles subjicere suam nobilitatem ignobilioribus. Nota, quod aliqui dicunt, quod Auctor merito comparat Senenses Gallis, quia ab eis originem habuerunt. Scribit enim Johannes Anglicus in suo Policrato lib. VI. quod Senonenses Galli Urbem condiderunt Senarum ex senioribus & debilioribus suis. Et dicit, quod hoc arguit ad hanc similitudinem, quia Senenses in lineamentis membrorum, & formositate faciei, & gratiâ coloris, & moribus ipsis, videntur appropinquare ad Gallos, licet vetustas temporis, plaga Orbis, situs regionis, conversatio vicinorum, quibus sanguine & moribus permixti sunt, mutaverint eos ex magna parte. Verumtamen quidquid dicatur de Senensibus, non videtur verum, quia Civitas illa non est tam antiqua, nec est nominata apud Titum Livium, vel alium Historicum antiquum, quem noverim. Sed credo, quod Auctor iste fallatur sub aequivoco, sicut in aliquibus aliis. Nam Gualcones bene condiderunt Senogalliam in litore maris Adriatici, quae prius vocata est Sena, sicut clare scribit Titus Livius, quod Claudius Nero Consul Romanus veniens cum exercitu in subsidium Livii Salinatoris collegae sui contra Afrubalem, pervenit Senam, deinde vicit Afrubalem prope fluvium Metaurum. Qui Metaurus distat a Senogallia forte per XII. milliaria. Unde heic Auctor introducit secundum socium confirmantem dictum, sic dicens:

Onde l'altro lebbroso, che m'intese,
scilicet, Alchimista leprosus, quia

A habebat scabiem incrustatam ad modum leprae, qui intellexit me ita loquentem vera de vanitate Senensium. Iste autem spiritus Alchimista fuit quidam Magister Capochius Florentinus, vir ingeniosus ad omnia, maxime ad trasformandum metalla. Qui adhuc, ut quidam dicunt, fuit combustus in Civitate Senarum. Ideo Auctor dat bene ipsum in socium Magistro Grisfolino praedicto, quia fuit sibi par in Arte culpâ & poenâ.

Rispose al detto mio. - - - -

B Ad intelligendam istam literam obscuram, volo te scire, quod Auctor non contentatur narrasse unam singularem vanitatem unius Senensis. Fingit alium ex transverso narrare aliam magis memorabilem & dignam censura notâ, quae breviter est talis. In Civitate Senarum facta est per tempora moderna quaedam Societas vanissima, quae voluit appellari Nobilis, & Curialis, & vulgo appellata est *Spendaritia*. Fuerunt enim, ut audiui, duodecim juvenes omnes ditissimi, qui convenerunt concorditer inter se de faciendo rem, de qua omnium linguae loquerentur cum risu, ad quorum notitiam pervenirent. Posuerunt ergo singuli decem, & octo millia Florenorum, unde in summa posuerunt ducenta sexdecim millia Florenorum in cumulum. Et statuerunt, quod quicumque expenderet aliquid parte, statim tamquam indignissimus expelleretur de tam liberali sodalitia. Conduxerunt ergo datis legibus inter se pulcherrimum palatium, in quo quilibet habebat cameram commodissimam cum ordinatissimis arnesis & supellestilibus; ubi conveniebant omnes simul, bis in mense epulantes splendide & sumtuose. Et ut tangam breviter generales

rales observantias, ad omne convivium apponebantur tria mensalia. Primum quorum colligebatur per domicellos, discumbentibus convivis nobilibus, & cum omnibus jocalibus, vasis, cultellis aureis & argenteis, projiciebantur per fenestram. Secundum mensale, in quo comedebant epulas, servabatur; similiter & tertium, quo tergebant manus. Faciebant autem cibaria varia insolita & incognita humanis usibus; quomodo, & qualiter, nescio; quamvis audiverim narrari multa de eis, quae vel ficta sunt, vel aliorum dicta fuerunt. Explorabant autem diligenter, quando veniebat aliquis magnus Dominus, vel vir magnae nobilitatis. Et euntes illi in occursum, deducebant illum cum magna celebritate ad eorum palatium, cum magna pompa, & honorabant eum; donantes munera magna & cara. Et heic suum potissime posuerunt finem insanissimae vanitati, quae duravit solum per decem menses. Nam cito devenerunt ad inopiam, & facti sunt fabula vulgi, paritura semper risum ad memoriam audientium. Unde factae sunt duae Cantiones placibiles de eis; quarum altera continet delicias eorum, & delectationes eorum; altera verò calamitates & misérias, quas habituri erant. Nam de rei veritate aliqui eorum iverunt ad Hospitale. Ideo Auctor voluit dimittere memoriam aliis in exemplum, ut considerato fine, quem habuerunt, sibi caveant. Sponte hoc tetigi breviter heic de vanitate quorundam Senensium in particulari. Sed de vanitate eorum in communi dicetur Cant. XIII. Purgatorii. Nunc ad litteram. Dicit Auctor, quod Magister Capochius respondit sibi, adjurans eum contra Senenses:

A - - - - - *Tranne lo Stricca,*
Idest, excipe mihi, & excipere debes Stricca, quod nomen est unius Senensis:

Che seppe far le temperate spese.

Et loquitur ironice & irrisive, ac si dicat, qui fecit immensas & vanas expensas. Et nominat alium dicens:

E Niccolò; - - - - -

B Supple: & excipe mihi Nicolaum. Iste fuit unus de Bonignoribus de Senis, quem describit a nova inventione, mali moris, dicens:

- - - - - *che la costuma ricca*

Del Garofano prima discopersè.

C Qui primus id reperit. Et nota, quod aliqui dicunt, quod iste Nicolaus faciebat, famulum assistentem mundare sibi Garofanum. Sed istud est vanius dicere, quam fuerit facere. Alii dicunt, quod faciebat poni Garofolum in affatis; Sed ista non fuisset inventio nova, nec expensa magna. Alii dicunt, quod faciebat affari Phasianos, & Capones ad prunas factas ex Cariophyllis. Et hoc credo verum. Quia ista fuit expensa maxima, novissime vanissima adinventata. Sicut & aliae similes narrantur. Qui faciebant coqui Florensis in sapore, & illos apponentes ori fugebant, & abiciebant. Et dicit signanter.

Ne l'orto, dove tal seme s'appicca:

D In Civitate Senarum, ubi vana gulositas feminata cito pullulat & germenat. Et de rei veritate haec Civitas est velut hortus, florida & amoena. Et subdit Capochius. Et ut cito dicam:

E tranne la brigata - - - - -

E Quasi dicat: excipere non debes artificia vanitatis,

- - - - - *in che disperse*

Caccia d'Ascian la Vigna, e la granda fronda.

Idest;

Idest; in qua societate vana Caccia (nomen est proprium viri) de Asciano, (Ascianum est Nobile Castrum, unde fuit oriundus iste Caccia, qui ita expulit a se squammas suas more alchymistarum, sed vanius, & ridiculosius). Unde dicit: *Disperse la vigna, e la gran fronda*. Habebat enim iste pulcherrimam & praeclaram possessionem, quam vendidit, & consumpsit in ista brigata fatua. Ideo dicit:

E l'abbagliato il suo senno proferse. Idest, propalavit abbacinatus. Quia post istud factum apparuit ejus dementia, quum primo reputaretur prudens.

Ma, perchè sappi, chi s'è ti seconda

Contra Senesi, aguzza ver me l'occhio, Heic praedictus Capochius manifestat se ipsum a nomine, ab ingenio, a vitiis, dicens: *aguzza l'occhio*, scilicet speculationis tuae; *ver me*, ut cognoscas hominem valde acutum:

Sì, che la faccia mia ben ti risponda, Scilicet, ut possis melius cognoscere me. Hoc dicit, quia erat totus scabiosus, & fumigatus. Unde dicit:

Sì vedrai, ch'io son l'ombra di Capocchio;

Quem tu bene vidisti in vita,

Che falsai li metalli con l'Alchimia:

Et sic vide, quod iste fuit usus Alchimia illicite, quia dicit *falsai*. Et hoc dico, *perchè sappi chi s'è ti seconda*: idest, quia scias, quis est, qui te ita sequitur confirmando dictum tuum *Contra Senesi*. Hoc dicit, quia libenter male loquitur de eis, quia fuit ibi combustus. Et concludit tangens acumen ingenii.

E ti de' ricordar, se ben t'adocchio; Idest, si cum oculo bene te respicio, quasi dicat, si bene te recognosco, quia fui tibi notus in vita. Nam semel die quodam Veneris Sancti

quum staret solus abstractus in quodam Claustro, effugiabat sibi totum processum Passionis Domini in unguibus mira artificiositate. Et quum Dantes superveniens quaereret: *Quid est quod fecisti?* iste subito cum lingua delevit quidquid cum tanto labore ingenii fabricaverat. De quo Dantes multum arguit eum, quia istud opus videbatur sibi non minus mirabile, quam opus illius, qui totam Iliadem tam subtiliter descripsit, quod in testa nucis claudebatur. Et alius fecit formicas eburneas. Ideo breviter dicit:

Com'io fui di natura buona Scimia.

Scilicet, contrafaciendo omnia, sicut Scimia facit. Ultimo nota, Lector, quod Dantes appellat istum Scimiam. Verè mihi videtur fuisse nobilior Scimia, quam umquam aliquis alius, quum sciverit tam mirabiliter & subtiliter cognoscere naturas omnium hominum cujuscumque conditionis, professionis & fortunae, & eorum mores, actus, & proprietates, tam utiliter, quam delectabiliter repraesentare.

Ad Cant. XXX. Vers. 40.

Questa a peccar con esso così venne &c.

Heic Griffolinus comparat Myrrham furiosam Vanni Schicchi furioso, de quo jam fecerat mentionem. Et hoc facit magnâ arte, ut revertatur ad declarandum, quid fuerit praedictus Vannes, & quid fecerit, propter quod sit punitus furore simili cum Myrrha. Nam fuerant focii in una specie culpae, ideo ponit eos focios in eodem genere poenae, licet distantes per longissima temporum spatia. Igitur ad cognitionem istius Vannis est sciendum, quod Bosius de Donatis de Florentia, licet esset nobilis Miles, & de familia praeclara, fuit tamen ad tempus cum aliis nobili-

bilibus, sicut clare ostensum est supra Cant. XXV. Et ex furto fecerant magna lucra. Propter quod veniens ad mortem, poenitentia ductus, relinquebat ex testamento multa & magna legata multis. Ex quo Simon filius ejus sentiens se gravatum hereditate, subornavit Vannem Schicchi de Cavalcantibus, qui intravit lectum dicti Bosii, & fecit testamentum, quia habebat vocem & loquelam simillimam illi. Ille inter alia legata legavit sibi ipsi quamdam equam pulcherrimam, quâ nulla erat pulcrior in Tuscia, nec carior. Erat enim in pretio mille Florenorum. Reliquam formam testamenti fecit sicut praeordinatum erat cum praedicto Simone, quem reliquit universalem heredem.

Ad Vers. 64.

Li ruscelletti, che de' verdi colli

Del Casentin discendon giuso in Arno, Fluvium famosum Tusciae, de quo tam saepe dictum est & dicitur: *de' verdi colli del Casentin.* Est enim Casentinum contrata inter Florentiam & Aretium, quod territorium erat tunc temporis Comitum Guidonum, pro dote nobilis jugalis Gualdradae, sicut scripsi supra Cant. XVI. Arnus autem fluvius dividit Casentinum, & colligit omnes aquas cadentes hinc inde de montibus illis, quas claras & gelidas verè est delectabile bibere sitienti. Ideo dicit:

Facendo i lor canali freddi e molli.
Labendo per mundos lapides cum dulci murmure salientis aquae.

Ad Vers. 73.

Ivi è Romena, la dov' io falsai &c.

Heic Magister Adam manifestat locum specialem, ubi ipse deliquit, dicens *Romena*, quae est Terra pulchra in Casentino, ubi regnabant tunc Comites Guidones, estque sita juxta flumen Arni: *Ivi*, idest in Casenti-

no; *la aov' io falsai la lega suggellata*, idest informata *del Batista*, quod est dicere: ubi ego falsavi Florenos de Florentia, in quibus est sculpta imago Johannis Baptistae, qui est patronus Florentiae. Et heic nota, quod sicut scribit Philosophus Primo Politicorum, olim antequam esset usus pecuniae, fiebat commutatio rerum, sicut frumentum in vinum, & vinum in oleum, & ita de aliis. Et hic modus, sicut ipse dicit, adhuc servatur apud aliquos barbaros. Sed quia ista commutatio non erat commoda humano generi, quia homo non potest portare secum necessaria de longinquo, oportuit inveniri aliquod pulcrum portabile, quo haberentur omnia commoda. Tale autem est numisma, quod est mensura omnium rerum. Ideo factum est de auro vel argento, quae sunt perfecta metalla, sicut dictum est in praecedenti Cantu, ut esset carum, & parvi ponderis, & ut posset portari, in forma sphaerica, quae est perfecta. Sed quia difficile erat in omni emtione ponderare pecuniam, sculptum fuit aliquod signum, per quod sciretur, quanti ponderis & quanti pretii esset. Sicut Baptista in Italia sculptur in Floreno Florentinorum, & Sanctus Marcus in Ducatu Venetorum, & ita de aliis. Iste ergo falsavit Florenum in Romena: ideo dicit:

Perch' io il corpo su arso lasciai,
scilicet, in Mundo, in tua Civitate Florentiae:

Ma s' io vedessi - - - - -
Heic Adam ostenso, quod ubi peccavit, augetur poena ejus, nunc ostendit, quod maxime relevet sitim. Et dicit, quod poena Minorum ipsius loci visa ibi, maxime sedaret ejus sitim, unde dicit:

Per

Per Fonte Branda non darei la vista.

Idest, visionem ipsorum, pro fonte ubi desidero bibere. Est enim Fons amoenissimus in pulcherrima Civitate Senarum in Platea pulcherrima. Quasi dicat, si ego viderem heic Auctores meae poenae, magis sedaretur sitis mea ex tali visione, quàm si ego biberem aquam Fontis Brandi. Et sic vide, quod reddebat sibi in mentem aquam sedativam sitis. Quasi dicat: Non permutarem illam visionem pro ista bibitione, tantum esset mihi grata. Vel expone sic: *Non darei la vista*, idest, oculos meos non commutarem pro Fonte Brandi, quasi dicat, non desiderarem bibere ad dictum Fontem: ita visio eorum satiaret meam sitim & poenam ipsorum. Est tamen idem effectus. *Ma s'io vedessi quì*, scilicet in ista Bolgia,

----- *l'anima trista*

Di Guido, o d' Alessandro, o di lor frate.

Fuerunt enim tres fratres Comites Romanae, scilicet Guido, Alexander, & Aghinolphus. Hoc dicit, quia solatium est miseris socios habere poenarum. Et maxime quando sunt in poena cum illis, qui fuerunt causa impulsiva culpae, poenae, & infamiae eorum. Et subjungit Adam, quod licet audiverit, quod jam unus illorum fratrum mortuus est, & jam pervenit ad poenam, tamen parum profuit, ad relevandum sitim, quia non poterat accedere ad videndum eum. Unde dicit:

Dentro c'è l'una già -----

Scilicet, anima Alexandri in Inferno, quia est inter proditores consanguineorum, ut videbitur infra Cant. XXXII. ubi nominat Alexandrum. Sed certe non bene video, de quo loquatur. Quia ille Alexander, quem nunc Auctor reponit in glacie, non

A fuit de Comitibus Guidis de Romana, sed de Comitibus Albertis, ut potest patere intuenti.

Ad Cant. XXXI. Vers. 136.

Qual pare a riguardar la Garisenda.

Heic Auctor ostendit inclinationem Anthei per unam nobilem comparationem. Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod in nobili Civitate Bononiae, in loco qui dicitur Porta Ravignana, est una parva Platea, in qua sunt duae Turres, altera quarum altissima vocatur Turris Asinellorum, altera juxta ipsam vocatur Turris Garisendorum, valde plicata ad modum ruentis. Modò nubibus transeuntibus super Garisendam, si quis stans in opposito respiciat nubes, turris videtur cadere super eum. Ad propositum.

Tal parve Anteo a me, che stava a bada,

qui expectabam respiciens,

Di vederlo chinare -----

qualis videtur Garisenda Turris, quae sic nominatur a Garisendis nobilibus de Bononia:

Sotto'l chinato, -----

D idest sub curvatura,

----- *quando un nuvol vada*

Sovr' essa sì, che della incontro penda,

Idest, in contrarium. Et heic nota, quod comparatio bene facit ad factum. Quia sicut Garisenda curvata videtur cadere super respicientem, & tamen non cadit; ita Antheus, velut alta Turris, curvatus videbatur nunc cadere super Dantem respicientem eum, & tamen non cadebat. Nota etiam quod comparatio erat magis propria, quia Auctor heic scripsit, quia ista Turris curvata, erat tunc multo altior quàm modò sit. Nam pars magna ejus dirupta fuit per Johannem de Olegio de Vicecomitibus de Mediolano, qui gigas magnus & ferox crudelem tyranni-

nidem exercuit ibi. Nota etiam, quod Auctor notaverat istum actum, quum esset juvenis Bononiae in Studio.

Ad Cant. XXXII. Vers. 54.

Disse: Perché cotanto in noi ti specchi?

Ad cognitionem proditorum, quorum est heic magna copia, ideo dicam tibi citò de praedictis & aliis. Describit Auctor istos duos fratres a loco, a parentibus, & a parricidio. Ad cujus rei cognitionem est sciendum, quod isti fuerunt duo fratres, quorum unus vocatus est Neapoleon, & alter Alexander, ambo filii Comitis Alberti de Comitibus Albertis, qui venientes ad discordiam propter hereditatem, se invicem interfecerunt. Dicit ergo ille proditor.

Se vuoi saper chi son cotesti due:

Idest, isti duo fratres conjunctissimi, dicam tibi breviter.

La Valle, onde Bisentio si dechina; Bisentius est fluvius parvulus, qui oritur in montibus in Comitatu Florentino, qui labitur juxta Pratum, Castrum pulcherrimum inter Florentiam & Pistorium, & longe à Florentia per sex milliaria cadit in fluvium Arnum.

Del padre loro Alberto, e di lor fue.

Qui fuerunt heredes ejus. Et aggravat delictum istorum, dicens: Isti

D'un corpo uscìro. - - - - -

Quasi dicat: Fuerunt fratres uterque & consanguinei, ex eodem patre & ex eadem matre oriundi. Videmus enim communiter, quod fratres, qui sunt ex diversis matribus, non ita faciliter conveniunt inter se. Et ideo concludit, quod sunt dignissimi omnium standi in prima parte glaciei, quam * Tanam vocat.

Ad Vers. 63.

Non Focaccia - - - - -

Heic nominato spiritu pessimo, qui

A | commisit pessimam proditionem in patrem, nominat alium damnabilissimum proditorem, qui commisit perniciosam proditionem in patruum suum & stirpem suam; ex quo sequutum est magnum scandalum. Ad cujus rei cognitionem est sciendum, quod, sicut jam saepe dictum est, erat in MCCC. in Civitate Pistorii
B | Domus Cancellariorum florentissima, in qua inter alios erant tres fratres Milites, quorum unus habebat filium perditissimum, nomine Focacciam, ad omne nefas promptissimum. Accidit autem casu, quod pater Focacciae, tempore hyemis, quum luderetur ad nivem, verberavit unum puerum nepotem suum, filium unius fratrum, quia ille dicebatur percussisse inepte alium puerum. Ex quo
C | puer post aliquos dies simulans se velle loqui isti patruo suo, dedit illi alapam in vindictam. Pater pueri dolens de temerario excessu filii, misit ipsum ad fratrem, ut faceret correptionem de eo ad placitum. Et ille tamquam prudens risit, & remittebat filium patri, nec nisi solo osculo. Sed Focaccia sceleratus expectans puerum in limine domus, traxit ipsum ad stabulum patris, & amputavit illi manum impie cum ense super praesepe equi. Et non
D | contentus ista crudelitate indignissima, continuo accessit ad domum patris pueri, qui erat patruus suus, & illum crudelissime obruncavit. Ex quo tam detestabili parricidio nata est perniciosa discordia in Domo illa, in qua facta est tunc illa partialitas Alborum, & Nigrorum. Quae postea transivit Florentiam, sicut jam saepe dictum est, & dicitur alibi, quia Dantes fuit de parte Alba, & ob hoc factus est exul. Ideo noluit
E | praec-

* *Cainam* certe legendum; sic enim appellavit Dantes plagam istam eodem versu 58.
D'un corpo uscìro: e tutta la Caina Potrai cenare:

praeterire Focacciam, qui accendit tantum focum, magnâ sanguinis effusione extinguendum. Nunc ad litteram. Dicit ergo iste proditor. *Non Focaccia*, idest non invenies Focacciam magis dignum figi in geliditium, quamvis fecerit multa mala praeter praedictam proditionem, quae praetermitto, quia non faciunt ad propositum.

- - - - *Non questi, che m'ingombra
Col capo sì; - - - - -*

Heic spiritus iste transit a Pistorio Florentiam. Et nominat alium tristem proditorem. Ad cuius cognitionem est breviter sciendum, quod iste fuit quidam Civis Florentinus de Familia Tuscorum; qui ut haberet hereditatem unius fratris sui, fraude occidit unicum filium suum, propter quod fuit clavatus in una vegete, & ductus per totam Florentiae Civitatem, & postea fuit decapitatus. Dicit ergo: *Non questi*, idest, non invenies istum magis dignum figi in geliditium; *che m'ingombra*, idest impedit me, *col capo*, quia habebat caput ejus ante eum.

- - - - *ch'io non veggio oltre più.*
Idest videre non possum *più oltre*. Et specificat eum a nomine proprio, dicens:

E fu nomato Saffol Maschevoni.

Et verè saxeus fuit, abolens jura consanguineitatis. Quia si Mordettus prodidit, hoc fecit cupiditate domini. Si Focaccia, hoc fecit ex appetitu vindictae. Sed iste vilis, ut haberet vilem hereditatem. Et dicit:

Se Tosco se', ben sai omai, chi fu.
Quasi dicat: bene potes scire, quis fuit, quia fuit tuus Florentinus, & per consequens Tuscus, quia de provincia Tusciae fuit; & etiam Tuscus, quia de stirpe Tuscorum. Et nota, quod Auctor quum dicit, quod

Tom. III.

A isti tres proditores non sunt magis digni glacie, quàm praedicti duo fratres, loquitur hyperbolice, ad summe detestandum eorumdem fratricidium.

E perchè non mi metti in più sermoni;
Heic praedictus spiritus, qui nominavit tot proditores, nunc nominat se, & unum consanguineum suum. Et iste fuit quidam Miles de Pazzis nobilibus de Valle Arni, vocatus Dominus Ubertus Camifonus, qui occidit proditorie Dominum Ubertum consanguineum suum. Dicit ergo sic:

Sappi, ch'io fui il Camiscion de' Pazzi,
re & nomine. Et hoc ideo dico tibi, *perchè non mi metti in più sermoni.*
C Quasi dicat Camifonus: bene scio, quod tu petes a me: *tu? qui tot proditores non rogatus sponte nominasti:* ideo volui praevenire te. Et ad excusationem sui Camifonis accusat unum consortem suum, qui magis deliquit, prodendo consanguineitatem suam.

Et aspetto Carlin, che mi scagioni.
D Ad hujus literae brevis, sed obscurae, intelligentiam oportet scire, quod in MCCCII. quum Florentini cum Lucensibus essent in obsidione Pistorii, quod tunc tenebatur per partem Albam, quidam Carlinus de Pazzis praedictis tradidit unum Castellum, quod dicitur Castellum Plani inter vineas in Valle Arni, in cujus occupatione occisi sunt seu fuerunt unus frater patris, & unus consanguineus ejus. Et in dicto Castello cum praedicto Carlino incluserunt se aliqui ex melioribus Gibellinis exulibus, & aliqui ex Albis magnatibus & popularibus, qui faciebant magnam guerram in Valle Arni. Ob quam causam Florentini sunt compulsi recedere a Pistorio. Et continuo iverunt in Vallem Arni ad dictum Castellum de mense Junii, quod

I i

obse-

obfederunt XXVIII. diebus. Et in fine proditione dicti Carlini, corrupti pecunia Florentinorum, obtinuerunt Florentini dictum Castellum Plani. In quo multi, praecipue exules Florentini, & alii, fuerunt interfecti & capti. Hoc facto equitaverunt in Mughellum contra Ubaldinos, qui cum Gibellinis & Albis rebellaverant Communi Florentiae, & vastaverunt eorum bona citra & ultra Alpem. Et nota, Lector, quod Auctor poterat heic loco istius nominare aliquem alium antiquum proditorem, vel modernum, digniorem infamiâ; sed potius voluit nominare istum, qui offenderat suos, & Albos exules, de quorum parte erat ipse Dantes.

Ad Vers. 75.

Et io tremava ne l'eterno verzo.

Subdit querelam istius percussi, qui tangit proditionem perfidam, quae fuit causa suae damnationis & poenae. Et ad intelligentiam hujus litterae debes videre ea, quae jam scripti Cant. XIII. de terribili conflictu, quem receperunt Florentini a Senensibus & exulibus suis, quando iverunt sub colore succurrendi Monti Alcino, ubi facta est magna strages hominum, & maxima praeda rerum. Nam ultra ruinam hominum, sexaginta millium Salmariorum perdita sunt, qui portabant victualia & alia necessaria, causâ fulciendi Castellum, quod erat infestum Senensibus, & causâ alendi exercitum. Fuit autem ista pestis apud Montem Apertum operâ Domini Bocchae de Abbatis, qui incepto proelio amputavit cum ense proprio manum Militis Florentini, qui vocabatur Dominus Jacobus del Nachacha de Pazzis de Florentia, qui portabat Insignium Militum. Ideo dicit Auctor, unde in

A despectum percussit eum in caput; postea laceravit cum manu, & vituperavit cum lingua turpius.

Ad Vers. 113.

Ma non tacer, se tu di quà entro eschi.
Ad sciendum autem, quis fuerit iste proditor, est sciendum, quod iste fuit quidam Miles Cremonensis, vir prudens & potens tempore suo, vocatus Dominus Bosius de Dovaria, princeps partis Gibellinae in Cremona. Qui corruptus pecuniâ commisit patentem proditionem contra partem suam. Nam tempore, quo Carolus I. venit in Italiam contra Manfredum, Ubertus Palavicinus affinis Manfredi cum Cremonensibus, & auxilio aliorum Lombardorum, qui erant confederati cum Manfredo, paraverat se ad custodiam passus cum tribus millibus equitum Theonicorum & Lombardorum, ne Guido de Monforte, qui ducebat gentem Caroli per terram, & armatam turmatim, posset transire. Sed Bosius iste de Dovaria, non aliâ de causâ quàm solâ cupiditate avaritiae, dedit operam, quod exercitus Manfredi non impediret militiam Caroli. Ex quo postea Cremonenses destruxerunt domos illorum de Dovaria. Ad propositum ergo dicit Bocca de Bosio:

Ei piange què l'argento de' Franceschi.
Nam uxor Caroli veniens cum Guidone de Monforte, portabat secum magnam pecuniam, cum qua venavit magnam avaritiam & mentem Bosii. Sed si Bosius certe luit heic argentum Francorum, bene luerat ipsum prius in vita. Nam post modicum expulsus de Cremona, reduxit se ad unum suum Castellum, nomine Roterâ, ubi congregaverat magnas divitias. Ubi diu obsessus, finaliter recessit cum modica pecunia; & senex & exul & pauper finivit vitam suam, odio-

odiosus Guelphis, quorum erat hostis; & Gibellinis, quia fecerat recedere Marchionem Ubertum de Cremona, & fuerat ad exterminium Eccelini. Nam cum Marchione praedicto Palavicino adjuverat Azzonem Marchionem Estensem II. in debellatione Eccelini, ut dicitur Cant. IX. Paradisi. Et dicit iste Bocca Danti:

----- *Potrai dir* -----

Scilicet, quum fueris reversus ad Mundum, unde vivens venisti;

P' vidi (potrai dir) quel da Duera,

Scilicet, Dominum Bosium de Dovaria;

Là, dove i peccatori stanno freschi.

Idest, proditores in glacie, poena sibi convenienti.

Se fossi dimandato: altri chi v'era, Heic Bocca nominato proditore, nominat alium Lombardum similem. Ad cujus notitiam est sciendum, quod Anno Domini MCCLVIII. quum pulsi fuissent Uberti & Gibellini de Florentia, prima vice, de mense Julii, Populus Florentinus, de mense Septembris, fecit capi Abbatem Vallis Umbrosae, qui vocatus est Thesaurus, & erat magnus Nobilis de illis de Beccaria, qui erant Domini Papiae; objicientes sibi, quod tractabat proditorie reducere Gibellinos in Florentiam. Et multis cruciatibus fecerunt ipsum confessum decapitari publice in Platea Sancti Apollinaris: propter quod Florentia fuit excommunicata, & multi Florentini fuerunt destructi, quum transirent per Lombardiam ab eisdem Dominis de Papia. Ad literam ergo. Dicit Bocca iste Danti sic: *Se fossi dimandato; altri chi v'era?* idest, quis alius proditor erat ibi cum Bosio de Dovaria;

Tu hai dal lato quel di Becceria,

Di cui segò Fiorenza la gorgiera.

A Idest, cui Florentia amputavit guttur, quia fecit eum decollari, & nihil sibi valuit Clerica. Et heic nota, quod aliqui dixerunt, quod iste Abbas non fuerit conscius, & quod propter istud peccatum, intollerabilemque superbiam, Florentini habuerunt postea conflictum ad Montem Apertum, de quo dictum est paulo supra. Tamen Auctor numerat istum Papiensem inter proditores patriae. Et iste poterat dici Florentinus, ratione incolatus, quia erat ibi Beneficiatus.

Gianni del Soldanier, credo che sia. Heic Bocca praefatus nominat alium proditorem concivem suum. Et ad sciendum, quomodo iste prodidit, debes recordari, qualiter tempore, quo Fratres Gaudentes fuerunt Potestates Florentiae, Uberti, Lamberti, & alii Gibellini insurrexerunt contra Regentes tunc Populum. Ex quo tunc Populus fuit totus sub armis. Et reduxerunt se omnes in viam largam Sanctae Trinitatis. Et Dominus Johannes de Soldaneriis de Florentia, nobilis Miles, licet esset Gibellinus, & de Domo Gibellina, fecit se caput Populi, ut ascenderet ad magnum statum, non respiciens finem, qui fuit destructio Partis Gibellinae. Nam duce dicto Johanne, post longam pugnam, Gibellini coacti sunt exire Civitatem, ut jam dictum est alibi. Hunc proditorem partis suae Auctor tangit a nomine, & cognomine, dicens: *Gianni del Soldanier.* Ista fuit antiqua Familia Florentiae, de qua dicitur Parad. Cant. XVI.

----- *E Tribaldello,*

Cb' aprì Faenza, quando si dormia. Ultimo ipse Bocca nominat alium socium, qui similiter prodidit partem & patriam suam. Et ad cognoscen-

scendum istum, debes scire, quod iste nequam proditor Thebaldellus fuit de Zambranis nobilibus de Faventia, cujus tempore Gibellini Bononiae, vocati Lambertacii, expulsi de patria, reducerunt se Faventiam: in qua tunc vigeat & regnabat pars Gibellina. Accidit ergo, quod aliqui ex istis Lambertaciiis furati fuerunt duos porcos pulcherrimos isti Thebaldello. Iste saepe conquestus, quum nullam posset habere emendationem, juravit se ulturum. Ordinavit ergo tradere Faventiam Bononiensibus. Quod sagaciter adimplevit. Nam introduxit eos tempore nocturno, nullis advertentibus, aut sapientibus tale quid. Ex qua Lambertacii aufugerunt nudi de lectis pro magna parte cum uxoribus & filiis. Propter quod fuerunt per varias partes dispersi per Italiam. Et sic vide quomodo Thebaldellus ex minima offensa fecit tam odiosam vindictam. Ad propositum ergo Auctor describit ipsum a nomine & prodicione, dicens: *E Tribaldello*. Iste licet nobilis, tamen spurius erat: *Che aprè Faenza, quando si dormia*: Scilicet Bononiensibus antiquis hostibus suis. Unde adhuc dicitur in partibus meis, quando videtur unus, qui habeat malum aspectum. *Iste videtur ille, qui Faventiam prodidit*. Et nota, quod iste proditor in praemium suae prodicionis fuit factus Miles a Communi Bononiae. Sed non diu laetatus est ista victoriâ. Nam post modicum trucidatus fuit in strage Gallorum facta apud Forlivium per Comitem Guidonem de Montefeltro, ut alibi dictum est.

Noi eravam partiti già da ello;

Ista est quarta & ultima pars generalis hujus Cantus, in qua Auctor agit & tractat de duobus magnis pro-

A ditoribus in speciali. Quorum unus prodidit partem & patriam, & fuit proditus ab altero. Unus fuit Comes Ugolinus de Pisis. Alter Archiepiscopus Rogerius de Ubaldinis. Et fingit Auctor subtiliter, quod dictus Comes cum dentibus crudeliter rodatur cerebrum dicti Archiepiscopi a tergo, qui fecit eum crudeliter mori, sicut patet Cant. sequenti.

Ad Cant. XXXIII. Vers. 16.

Che per l'effetto de' suo' ma' pensieri &c.
 Est ergo sciendum, quod in MCCXCVIII. nata erat magna dissensio in Civitate Pisana. Nam unius Sectae Guelphorum erat princeps Judex Ninus de Gallura de Scottis; alterius vero Sectae Guelphorum erat princeps Comes Ugolinus de Gherardeschis; tertiae vero partis Gibellinae erat Dux Archiepiscopus Rogerius de Ubaldinis, cum Lanfranchis, Guallandis, & Sismondis. Comes vero Ugolinus, ut solus posset principari in Urbe illa, adhaesit Archiepiscopo Rogerio, & prodidit Ninum, filium sororis suae. Et ordinavit, quod pelleretur de Pisis. Quare Judex Ninus sentiens se impotentior, recessit cum sequacibus suis ad unum suum Castellum, & colligavit se cum Florentinis & Lucensibus. Comes igitur Ugolinus sic recesserat de Civitate, ut cederet expulsionem Judicis Nini. Quo expulso, cum magno gaudio rediit Pisas. Fertur etiam, quod fecit venenari Comitem Anselmum de Capraria consortem suum, ne eriperet sibi dominium. Comes igitur Ugolinus in totum Dominus Pifarum, in florenti statu ordinavit in die sui natalis celeberrimum festum & sumtuosum convivium cum magnis donis & pompis indumentis. Et quum inter festa dictus Comes Ugolinus duceret Ma-

Ma-

Marcum Lombardum virum curialem, prudentem, & circumspectum valde, ostentans sibi magnificentiam suam, petivit a Marco, quid sibi videretur? Qui statim respondit, sive divinitus, sive humanitus prophetans: *Vos estis recepturi pejorem amicitiam, quàm aliquis Dominus Italiae.* Et continuò Comite territo, petente: *quave?* respondit: *quia nihil deficit vobis, nisi ira Dei.* Quod in brevi verificatum fuit. Nam Archiepiscopus, cujus favore se fultum sperabat, statuit depellere ipsum de dominio. Et in furore Populi fecit ipsum invadi ad Palatium; dans intelligere Populo, qualiter ipse Comes Ugolinus volebat prodere Pisas, dando Castella Florentinis atque Lucanis. In tumultu autem fuit interfectus filius unus naturalis ejus, & unus nepos, verè felices, quia non reservati sunt ad illud crudele infortunium suorum. Comes vero dedit se captivum: Et cum duobus filiis & duobus nepotibus traditus est carceri. Et omnes ejus consortes & familiares pulsi sunt, & eorum sequaces, sicut Obriachi, Guatani, & aliae Familiae Guelphorum nobilium. Ex praedictis patet, quomodo Comes Ugolinus prodidit consanguineitatem, Civitatem, & partialitatem. Ideo proditor proditus est a proditore. Nam ex ista mutatione Pifarum, pars Guelpha in Tuscia fuit in magna declinatione propter vires Aretinorum, & potentiam Domini Jacobi de Aragonia cum Siculis & Catalanis contra heredem Caroli. Comes igitur infelix cum filiis & nepotibus positus est in Turri super Plateam juxta Palatium Antianorum, & clausâ portâ dejectae sunt claves in Arnem. Et denegatus est eis omnis victus, ita quod omnes in brevi mortui sunt fame.

A

B

C

D

E

Ad Vers. 28.

Questi pareva a me Maestro e Donno.
 Heic Comes narrat formam somnii. Ad cujus intelligentiam volo te scire, quod iste Comes, dum vivebat, ante ejus ruinam, videbatur videre in somnis, quod ipso florente & regnante, Archiepiscopus Rogerius tollebatur in dominium super alios Magnates Gibellinos de Pisis, qui ad montem prope Pisas venabatur unum lupum cum catulis suis, & post brevem fugam canes venantium attingebant lupum & lupulos, & crudeliter omnes necabant. Nunc ad litteram. Dicit Auctor sic. *Questi*, scilicet Archiepiscopus *pareva a me Maestro e Donno*, idest Major & Dominus in venatione. Nam Pisani fecerunt eum Capitaneum & Ducem eorum:

Cacciando 'l lupo,

idest Tyrannum, scilicet me ipsum Comitem Ugolinum. Nam lupus figurat Tyrannum, juxta illud;

----- „ *bi regnant qualibus*
Urbe Lupi.

----- e' *Lupicini al monte,*

idest filios Comitis Tyranni, tyrannunculos similes Patri. Ideo bene dicit ille, qui portabat lupos parvulos ad vendendum, rogatus ab uno emtore, ut daret sibi unum bonum, respondit: *Omnes sunt Lupi.* *Al monte*, idest juxta montem, qui est medius inter Lucam & Pisas, qui hodie appellatur Mons Sancti Juliani. Ideo dicit:

Perch' e' Pisan veder Lucca non ponno.

Quae tamen est eis vicina per decem milliaria, & saepe exspoliata, & subjugata, juxta illud vulgare proverbium:

„ *Buona Terra è Lucca;*

„ *Ma Pisa la pilucca.*

Et dicit:

Con cagne magre, studiose, e conte.
Istae canes figurativè erant fames, sitis, & alia incommoda, quae in brevi attigerunt & laceraverunt istos. Et nominat socios principales, quos habebat Archiepiscopus ipse in hac venatione, idest persequutione Comitum, dicens: Et ille Archiepiscopus,

Gualandi con Sismondi e con Lanfranchi

S' avea messi dinanzi da la fronte,
Hae sunt praecipuae Domus Gibelinae in Pisis, ad exsequutionem sui tamquam fautores & factores hujus rei ad sui defensionem.

Ad Vers. 43.

Già eran desti, e l'ora s' appressava;
scilicet, ipsi filii mei, horâ Tertiarum:

Che 'l cibo ne soleva essere addotto.
Quasi dicat: appropinquabat hora, qua eramus soliti prandere, antequam effemus capti. Vel dic: hora, qua solebat nobis afferri cibus, antequam poneremur in Turri. Quia non statim fuerunt adjudicati huic supplicio extremo, nisi post adventum Comitum Guidonis de Montefeltro, qui factus est Capitaneus Pifarum cum ampla potestate, ut alibi dictum est. Et dicit:

E per suo sogno ciascun dubitava.
Quia quilibet filiorum fecerat somnium simile Patri. Et subdit primam horam mali:

*Et io sentì chiavar l'uscio di sotto
A l'orribile Torre.*

Intellige cum clavis ferreis, ne amplius aperiretur. Quia jam clavatum fuerat cum clavibus, quas abjecerant in Arnum.

----- Ond' io guardai

Nel viso a' miei figliuoi, senza far motto.

Quasi dicat: tacite nos stabamus sic. Et dicit:

Io non piangeva -----

Idest, plorare non poteram:

----- sì dentro impetrai.

Idest, induravi ad modum petrae.

Piangevan' elli,

tamquam teneriores:

----- & Anselmuccio mio,

Qui erat unus ex filiis meis;

Disse: Tu guardi sì, padre: che hai?

Et dicit:

Però non lagrimai;

Immo magis induratus sum. Et non solum non potui emittere lacrymas, sed nec verbum. Unde dicit:

----- Nè rispos' io

Tutto quel giorno, nè la notte appresso.

Per unam diem naturalem:

Infin che l' altro Sol nel Mondo uscio.

Idest, usque ad alium ortum Solis.

Come un poco di raggio si fu messo, &c.

Heic Comes narrat, quomodo invalescente dolore, secunda die, factus est rabidus visis filiis suis. Unde dicit:

Ambo le mani per dolor mi morfi.

Scilicet, tunc quum

---- un poco di raggio si fu messo

Nel doloroso carcere -----

Scilicet, per fissuram, vel fenestram.

----- e io scorfi,

Idest respexi,

Per quattro visi il mio aspetto stesso.

Idest, in quatuor faciebus filiorum meorum. Filius enim & Pater una persona & eadem censentur; vel quia erant simillimi Patri. Et subdit, quomodo filii se habuerunt erga Patrem hoc viso, dicens:

E quei -----

Scilicet filii mei,

*----- pensando, ch' io 'l fessi
per voglia*

Di manicar, -----

Idest,

Idest, ex rabie famis potius, quam ex rabie doloris. Et tamen contrarium erat.

----- di subito levorsi,

E differ: Padre, -----

Magis tetigerunt animum suum, quam si dixissent: O Comes,

----- assai ci fia men doglia,

Se tu mangi di noi -----

Supple, quam si comedas de te.

----- Tu ne vestisti

Queste misere carni, e tu le spoglia.

Et heic nota, Lector, verba motura esse cor saxeam, quae sine lacrymis scribere non possum. Sed numquid isti juvenes dixerunt ea? hoc non credo. Sed Auctor, tamquam bonus Orator scivit ea bene dicere; & ponit effectum pietatis dictorum verborum, dicens:

Quetami allor, -----

Scilicet, cessando a rabie, ut non provocarem ipsos ad rabiem;

----- per non farli più tristi.

Et ideo dicit,

Quel di, e l'altro stemmo tutti muti,

Scilicet, indurati dolore. Ideo Comes prorumpit in exclamationem, dicens:

Abi duva terra! perchè non t'apristi?

Ut ostenderes, te sentire tam impiam crudelitatem, & clamare vindictam ad Deum. Et heic nota, quod non solum cibus corporis fuit istis denegatus, sed quod fuit crudelius, cibus spiritualis, quum saepius petiissent.

Poscia che summo -----

Nunc Comes narrat mortes filiorum, & sui, dicens:

----- al quarto di venuti,

Gaddo mi si gittò disteso a' piedi.

Qui erat unus ex filiis meis;

Dicendo: Padre mio, che non m'ajuti?

Scilicet, tu, qui paulo ante pascebas

A multa millia hominum pane tuo, cur modò permittis, me fame mori? Ac si dicat tacite: tu conduxisti te ipsum & nos ad tam miserabilem finem.

Quivi morì: -----

Scilicet, ante pedes meos, me vidente & audiente. Et ita alii. Unde dicit:

B Vid' io cascar li tre, -----

Idest, alios tres fratres Gaddi,

----- ad uno ad uno,

Scilicet, ad augmentum doloris sui:

Tra'l quinto di e 'l sesto, -----

----- come tu mi vedi.

Quasi dicat: sicut tu vides nunc me loquentem coram te, ita ego vidi illos coram me morientes. Infelix pater! qui si praemortuus fuisset, poterat videri felix in medio cunctarum felicitatum. Et subdit ultimo mortem suam, dicens:

----- Ond' io mi diedi

Già cieco -----

Scilicet, factus caecus:

----- a brancolar sopra ciascuno.

Idest, ad palpandum. Et continuo auget infelicitatem, dicens:

E tre di li chiamai, poi che sur morti.

Et sic videtur Comes Ugolinus vixisse octo diebus sine nutrimento cibali. Et concludit ipse Comes, dicens:

Poscia più che 'l dolor potè il digiuno,

E Idest fames; ac si dicat, quod fames prostravit eum, quem tantus dolor interficere non potuerat nec vincere.

Quando ebbe detto ciò -----

Heic Auctor facit finem huic materiae, ostendens quomodo Comes Ugolinus rediit ad primum suum officium. Unde dicit:

----- con gli occhi torti,

Idest,

Idest, torvis, & inflammatis ira.

Riprese -----

Idest, iterum cepit

---- 'l teschio misero co' denti,

Scilicet craneum capitis cum tanto furore,

Che fuo a l'osso, come d' un can forti.

Abi Pisa! -----

Auctor iratus de tanta impietate facit mordacem investivam contra Civitatem Pifarum dicens: *Abi!* idest dolenter refero.

---- vitupevio delle genti,

hoc est, dedecus & infamia aeterna gentium Italicarum. Unde dicit

Del bel paese là ----

Scilicet, Italiae, qua nulla est pulchrior regio toto orbe terrarum, ut aliàs dictum est, & dicitur

----- *dove' l' Si suona,*

Quia generaliter omnis gens Italica utitur isto vulgari, scilicet *Si*, ubi Germani dicunt *Ja*, & Gallici aliqui dicunt *Ouy*, & aliqui *Hoc*. Quidam autem Italici Pedemontani dicunt *Ol*. Vel dicas: *del bel paese*, scilicet Tusciae, quae est ornatissima pars Italiae, *là dove' l' si suona*, idest in qua res ista inepta resonat. Et heic nota, Lector, quod Auctor considerans tam impiam crudelitatem, & videns, quod nullus parabat se ad vindictam, invocat insensibilia nominata ad destructionem Pifanae Civitatis, dicens:

Muovasi la Capraja e la Gorgona.

Scilicet, de locis suis. Isti sunt duo scopuli in mari longe a Portu Pifano, versus Sardiniam.

E faccian siepe ad Arno in su la foce.

Idest, claudant ostium Arni, ubi Arnus intrat in mare, ita quod aqua redundet & effundatur,

Si ch' egli anneghi in te ogni persona,

A Idest, omnes in te habitantes, ut locus tam infaustus reddatur inhabitabilis. Et dicit:

Poich' e' vicini a te punir son lenti.

Sicut Florentini & Lucani, jam dudum inimici sui, pigri & tardi. Sed certe vindictam, quae videbatur tardari tempore Auctoris, videtur facta diebus nostris. Nam operâ Florentinorum ista Civitas antiquissima, & olim potentissima mari & terra, deducta est ad infimum, & infirmum statum, licet diu ante istud peccatum fuisset fracta insolentia Pifanorum, & libertas conculcata viribus Januensium, ut dicitur alibi. Et sic victrix facta est victa. Sic res hominum fortuna versat. Sic omnia faciunt cursum suum, & senio cuncta marcescunt. Haec enim Civitas erat florentissima, antequam Florentia adhuc fundata esset. Et heic nota, Lector, quod Auctor videtur indigne facere istam invocationem, quia iste proditor merebatur omnem poenam, ut ex dictis patet: Ergo iuste punitur. Ad quod dico breviter, quod Auctor non negat hoc de eo, sed de filiis, ut statim dicit.

Che se' l' Conte Ugolino aveva voce, Heic Auctor assignat causam iustae exclamationis factae, dicens:

Non dovei tu i figliuoi porre a tal croce.

Idest, non debes ponere filios Comitum ad talem cruciatum; *se' l' Conte Ugolino aveva voce*, idest, infamiam

D'aver tradita te de le Castella.

Ad hujus literae evidentiam est notandum, quod Comes Ugolinus de Comitibus Gherardeschis adeptus dominium Civitatis Pifarum, sicut dictum est supra, ad confirmandum statum suum, dedit unam suam filiam Comiti Guidoni de Battifolle Guelpho.

Et

Et ne ex hoc haberetur suspectus, dedit aliam Comiti Aldobrandino de Sanctafore, ut fertur. Et nomine dotium ipsarum filiarum, & ut melius fiderent de eo, dedit aliqua Castra Comitatus Pisarum, videlicet Comiti Guidoni Castrum Ripae Fractae sub custodia Lucanorum, & Domino Comiti Aldobrandino Castrum Siverrotti sub custodia Florentinorum. Propter quod Gibellini sumta suspicione, suggerente Archiepiscopo, fecerunt postea de ipso, sicut dictum est. Et probat, quod Civitas Pisarum non debebat ita desaeuire in filios propter peccatum paternum, dicens:

Innocenti i facea l'età novella,
Idest juvenilis aetas.

Novella Tebe, Uguiccion e'l Brigata,
Nomina sunt duorum filiorum Comitis istius Ugolini, quos nondum nominaverat. Ideo eos heic nominat.

E gli altri due, che 'l Canto suso appella.

Idest Gaddum & Anselmuccium, quos Capitulo superiori nominavit istos filios, licet supra dictum sit, quod duo erant filii & duo nepotes. Unde Lex Civilis appellat filios & nepotes liberos, vel forte fuerunt tantum filii, sicut alii scribunt.

Ad Vers. 118.

Rispose adunque: io son Frate Alberigo,

Ad sciendum ergo, quis fuerit iste spiritus, oportet scire, quod iste vocatus est Frater Albericus de Faventia Civitate de Manfredis Nobilibus & potentibus, qui saepe habuerunt dominium illius Civitatis. Et fuit iste de Fratibus Gaudentibus, de quibus alibi dictum est supra. Fuerunt autem in Domo praedicta tres consanguinei eodem tempore, scilicet Albericus iste praedictus, Alber-

Tom. III.

A gettus, & Manfredus. Accidit autem, quod in MCCLXXXVI. Manfredus iste, juvenis animosus, cupiditate regnandi, struxit insidias Fratri Alberico. Et quum devenisset ad graves verborum contentiones, Manfredus ductus impetu irae, dedit Fratri alapam magnam, scilicet Fratri Alberico. Sed ipse Frater Albericus sagacior illo rem hanc aliquamdiu dissimulavit & tulit. Et tandem quum iste credidit injuriam hanc excidisse a memoria illius, finxit velle reconciliari sibi. Deinde Manfredus ipse dixit, quod parcendum erat calori juvenili. Facta igitur pace, Albericus ipse fecit convivium, cui interfuerunt Manfredus & unus filius ejus. Finita coena cum magna alacritate dixit Albericus: *Veniant fructus.* Et subito erupuerunt famuli armati, qui latebant ibi post unam cortinam, qui crudeliter trucidaverunt patrem & filium, Alberico vidente & congaudente. Et heic nota, quod iste Frater Albericus in hoc sequutus est exemplum Absalonis, qui simili modo dissimulata injuria ad tempus fecit trucidari fratrem suum ad mensam. Ideo Frater Albericus debebat heic stare sub umbra ejus, licet Absalon pejus fecerit, quia reconciliatus patri, voluit eripere sibi regnum, & postea cum illo expulso bellum gessit, ut alibi scriptum est. Dicit ergo iste Albericus, tangens culpam suam:

Io son quel da le frutta del mal orto.

Appellat Faventiam malum hortum, quae produxit aliquando tam malos fructus in Nobilibus suis. Unde Auctor ponit duos nobiles proditores de Faventia in ista glacie, scilicet Thebaldellum de parte Gibellina, qui prodidit patriam & partem, & Albericum de parte Guelpha qui pro-

K k

di-

didit consanguineum ad mensam. Aliqui tamen dicunt, quod ista coena maledicta facta est in quodam horto.

Ad Vers. 137.

Egli è Ser Branca d'Oria.

Ad quod sciendum est, quod hic spiritus, de quo loquitur Albericus, fuit quidam Miles nobilis & strenuus de Janua, nomine Branca de domo illorum de Oria, qui fuit gener Domini Michaëlis Zanchae. Qui post mortem Regis Entii occupavit Judicatum Sardiniae, qui dicitur Logodoro, de quo dictum est supra, ubi tractatum est de Baratteriis. Iste ergo Branca fecit homicidium tale, quia interfecit ad mensam praedictum Michaëlem focerum suum, ut haberet ejus immensas divitias.

Ad Vers. 146.

Nel corpo suo, e d' un suo prossimano, Idest unius confortis sui de domo sua. Iste fuit unus Nepos ejus, qui simul secum interfecit dictum Michaëlem. Unde dicit:

Che'l tradimento insieme con lui fece.

A Et heic nota, quod Januenses generaliter & communiter & naturaliter sunt cupidissimi, & avaritia impellit eos ad omne malum. Tamen putantur valentissimi in mundo. Unde de ista eadem Familia fuit Lampa, vir magni animi, qui quum gereret bellum navale contra Venetos hostes, stans in puppi Galeae suae, filius suus strenue pugnans percussus in prora telo in pectore cecidit moribundus. Quo casu acerrimo concussi focii sunt, & territi sunt omnes. Tunc Lampa in medio ardore belli oblitus filii, memor patriae, & gloriae suae, subito cucurrit ad locum, & magnifice increpans omnes trepidantes, jussit filium abjici in mari, & exhortans ceteros, dixit: *Numquam habuisset tam pulcrum sepulcrum in terra.* Quare integrato acrius proelio factus est victor, imitatus quodammodo exemplum Torquati Romani, qui filium victorem vitâ privavit.



INCIPIT COMMENTUM
MAGISTRI BENEVENUTI
DE IMOLA
SUPER PURGATORIO
IN LIBRO
DANTIS ALDIGHERRII
POËTAE FLORENTINI CLARISSIMI.

*Ad Cant. II. Purgatorii Vers. 91.
Casella mio, per tornar' altra volta &c.*



D quod sciendum, quod iste spiritus, cum quo Auctor tam amicabiliter loquitur fuit quidam suus Florentinus nomine Casella, qui fuit fa-

mosus Cantor tempore suo, vir quidem curialis, & affabilis, ad quem Dantes saepe solebat accedere in vita ad recreandum spiritum cantu illius, quando erat fatigatus studio, vel stimulatus passione amoris. Ideo Poëta introducit eum heic; quod multum facit ad propositum suum, ut statim videbis. Nec dicas, sicut audivi ab aliquibus. Multi fuerunt excellentiores Cantores ante istum & post: de quibus Poëta justius poterat facere mentionem. Sed nihil ad rem.

A Quia Auctor potius voluit facere memoriam & famam de amico, cui tenebatur, & adducere se ipsum in exemplum in materia Cantus, quo fuit summe delectatus, ut statim videbis, Dicit ergo: *Diss'io*, illi Casellae:

- - - - *so io questo viaggio,*
Idest, Purgatorii,

B - - - - *per tornar' altra volta,*
Là dove son - - - - -

Quasi dicat: Ideo facio hoc in vita, ut merear in morte per Purgatorium pervenire ad Vitam aeternam.

Ad Vers. 110.

*L' Anima mia, che con la sua persona
Venendo quì, è affannata tanto.*

C Quum usus Musicae naturaliter sit amicus omnibus aetatibus, & omnibus moribus, maxime juvenes & melancholici indigent delectatione secundum Philosophum. Et heic Poëta fuit valde melancholicus a natura & studio, sicut communiter fuerunt

viri sapientes. Unde Aristoteles Libro Problematum, petit, quare quicumque fuerunt viri excellentes aut secundum Philosophiam, aut secundum politiam, aut poësim, aut artes, videntur esse melancholici. Qualis fuit Hercules &c.

Amor, che nella mente mi ragiona,
Heic Poëta ostendit formam & suavitatem cantus istius Casellae. Et breviter dicit, quod Casella benivolus non tardavit vel negavit cantare, sicut est commune vitium omnium Cantorum, quando sunt rogati, ut ait Horatius. Sed statim coepit canere. Unde dicit:

Comincid' egli allor sì dolcemente,
Scilicet Casella cantando: *Amor, che nella mente mi ragiona.* Et heic nota, quod Dantes fecit istam Cantionem de virtutibus & pulcritudine Beatricis. Ipse enim nimium delectatus ab ipsa juventute sonis & cantibus, musicus fuit, amicus omnibus optimis Musicis & Citharoedis sui temporis, & praesertim isti Casellae, qui intonavit multos sonos ejus. Et praedictam Cantilenam de amore Beatricis intonavit cum summa delectatione ipsius Dantis. Unde dicit.

----- *sì dolcemente,*

Che la dolcezza ancor dentro mi sona.
Quia impressio remansit in anima, quae mirabiliter delectatur Musicâ.

Ad Cant. III. Purgatorii, Vers. 26.

Lo corpo, dentro al qual'io facea ombra,

Heic nota, Lector, quod sicut Poëta noster fecit in Inferno Vergilium describere patriam, in qua natus est, scilicet Mantuam, in honorem & laudem Vergilii, quia Mantua est nobilissima Civitas: ita nunc in Purgatorio fingit Vergilium tangere patriam, qua maxime delectatus est in vita, & apud quam sepultus est, scilicet Neapolim.

A *Napoli l'ha, e da Branditio è tolto.*

Est enim Neapolis Civitas litorea nobilissima, non dicta ab Aenea, sicut dicit vulgus, immo potius ab hostibus Trojanorum, scilicet a Graecis. Est enim Graeca Civitas, quae olim vocabatur Parthenope, a Virgine conditrici, Civitas olim dilecta Vergilio, cujus ipse meminit in fine Libri Georgicorum, ubi dicit:

----- *„ illo me tempore dulcis amabat*
(alibi alebat)

„ Parthenope. -----

Ab una parte Neapolis, non longe a Puteolis est mons Falernus, celebratus carminibus Poëtarum propter praerogativam vini. Et inter Falernum & mare est quidam mons saxeus, manibus hominum excavatus, quem vocant Cryptam Neapolitanam, quem vulgus dicit a Vergilio magicis incantationibus perforatum, sicut & in ceteris, quae miranda videntur visui. Sic etiam dicunt, quod Castellum Ovi factum est ab eodem Vergilio. Unde novissimus Poëta Petrarcha scribit, quod interrogatus semel a Serenissimo Rege Roberto, quid de hoc sentiret, respondit rideret, se numquam legisse Vergilium fuisse marmorarium, aut lapicidam. Quod Rex approbans, ait, non vestigia Magicae, sed ferri illic esse. Est ergo via publica arcta longissima per medium hujus montis tenebrosa, & horribili nocte semper obscura. De qua etiam dicit vulgus aliud mirabile, scilicet, quod inviolata est tempore belli, & nullis latrociniis attentata. Cujus in Epistolis ad Lucillum Seneca facit mentionem. In fine vero hujus obscuri itineris, ubi primo incipit videri Coelum, in alto monte videtur Sepulcrum Vergilii, operis antiqui. Et ex hoc forte nata est opinio, quod

quod Vergilius fuerit auctor hujus Caveae. Vergilius enim peregre moriens, dum proficisceretur in Graeciam, infirmatus in via, inter extrema suspiria recordatus est suae Neapolis. Et obtinuit reduci ad eam, ut, quam vivus amaverat, defunctus coleret. Ab alia parte Neapolis est alius mons, olim dictus Vesaevus, hodie verò vulgo vocatur Summa. Hic mons biceps, imperante Nerone, factus est ardens, & per multa Secula ignem emisit. Ad quod spectaculum olim accessit Plinius Secundus Veronensis, causâ videndi & cognoscendi causas incendii. Sed vento cinerem & favillam excitante, oppressus est. Sicque illud ardens ingenium vivum sepultum est in cineribus illis. Sic Neapolis ex una parte custodit Vergilium Mantuanum, ex alia Plinium Veronensem, virum multiplicis scientiae & floridae eloquentiae. Est autem iste mons mirabilis fructu multarum rerum, sed praecipue ubertate vini, quod Graecum appellatur, quia illa pars Italiae olim a Graecis possessa Magna-Graecia vocabatur. Et nota, quod tota illa regio, quae hodie dicitur Terra Laboris, fuit olim pars Campaniae, & utraque appellatio ab Urbe facta est a camporum fertilitate & terrarum cultu, quoniam Ager Campanus non solum pulcherrimus Italiae, sed etiam orbis terrarum, ut ait Livius. Hoc ideo diffusius tetigi, ut videas, quod Poëta digne fecit memoriam de Terra fertilissima, in qua jacent ossa fructiferi ingenii, & alti eloquii, in montibus fructiferis & altis apud Neapolim. Nunc ad literam. Dicit Vergilius:

Napoli P'ha, e da Brandisio è tolto.
Scilicet illud corpus meum sepultum. Quia Vergilius mortuus est Brundu-

A
fii, & ejus ossa relata sunt Neapolim, ubi praeceperat sepeliri. Alii tamen scribunt, quod mortuus sit apud Tarentum. Haec omnia & ejus opera tanguntur in illius brevi epitaphio, quod tale est:

Mantua me genuit. Calabri rapuere.
Tenet nunc
B *Parthenope. Cecini Pasqua, Rura,*
Duces.

Ad Vers. 49.
Tra Lerici e Turbia, la più diserta
La più vomita via. - - - - -

C
Lerice est una Terra Januensium in Riperia versus Orientem. Turbia est unum Castellum fortissimum in fine Italiae in introitu Provinciae supra Monacum. Verè Turbia, quasi turbans viam volentibus intrare vel exire Italiam. Et verè qui fecit ista itinera alpestris Riperiae Januae, potest imaginari, quod Poëta non poterat plus exprimere asperitatem locorum, per quae habebant modò ire: Ideo dicit:

- - - - - è una scala
D *Verso di quella agevole e aperta.*
Idest, facilis & plana respectu ripae illius montis.

Ad Vers. 103.
Et un di loro incominciò. Chianque &c.
Poëta introducit unum spiritum modernum illustrem, qui fuit maxime infestus Ecclesiae. Et primò praemitit orationem illius ad se, dicens;
E *Et un di loro.* Hic erat Rex Manfredus, dux principalis hujus sectae animarum. *Incominciò*, supple, dicere mihi. *Chianque tu se'*: idest, quicumque tu sis, in quo tantum reluctet gratia Dei, quod vivus vadis velociter ad montem; *così andando*, scilicet, ne perdas tempus: *volgi 'l viso*: quia jam Poëta vertebat sibi tergum, recedens:

Pon mente, se di là mi vedesti unque. A
Scilicet, in Mundo viventium. Et
subdit, quomodo paruit illi, dicens:

I' mi volsi ver lui, e guardail viso.

Cum oculo speculationis, ut vide-
rem, si faceret ad propositum meum.
Ideo statim describit Manfredum ab
habitu corporis, dicens:

Biondo era, e bello, e di gentil' aspetto.

Ad quod nota, quod Manfredus iste B
fuit corpore pulcher, probus, &
prudens, & fuit pulsator, cantor,
amator, jocularior, & curialium &
pulcrarum puellarum amicus. Semper
vestiebatur vestibus viridibus: libera-
lis, curialis, & laetus; ideo multum
amabilis & gratiosus. Sed claritatem
harum virtutum dehonestabant tur-
pia vitia. Erat enim luxuriosus, E-
picureus, nihil spirituale sapiens, sed
solas voluptates sectans; ambitiosus
nimis, nullum scelus omittens cupi-
ditate regnandi, ut qui in ore sem-
per habet illud Caesaris: *Nam si
violandum est jus, regnandi gratiâ vio-
landum est. Ceteris rebus pietatem cole.*
Fuit ditissimus ex thesauro patris Fri-
derici, & Conradi fratris, & ex Re-
gno opulentissimo. Et in omnibus
bellis, quae habuit cum Ecclesia,
scivit laudabiliter gubernare Regnum
suum, & in bono statu conservare.
Propter quod multum exaltatus est
in potentia mari & terra. Manfre-
dus fecit Civitatem antiquam Sipo-
nti in Apulia, quae propter paludes
habebat aërem infirmum, & carebat
Portu. Et transtulit ipsam longe per
duo milliaria in ripa maris, quam a
suo nomine Manfredoniam vocavit.
Et fecit ibi Portum cum muro am-
plissimo intra mare, quem Molum
vocant. Et breviter potest dici de
Manfredo illud, quod dicit Livius
de Annibale. *Has tantas viri Virtutes
magna Vitia aequabant.* Hic Manfre-

us natus est ex nobili Domina de
Marchionibus in Lombardia, cum
qua Fridericus rem habuit. Et quia
Poëta tetigerat pulcritudinem Man-
fredi, statim ostendit, qualiter ista
pulcritudo & nobilis aspectus defor-
mata sunt in morte illius violenta,
unde dicit:

Ma l' un de' cigli un colpo avea diriso.
Idest, vulnus ensis, ita quod habe-
bat turpem cicatricem in facie.

Quand' io - - - - -

Hic Poëta ostendit, qualiter Man-
fredus manifestaverit se sibi, quia
ipse non cognoscebat eum. Unde
dicit:

- - - - - Ei disse - - - - -

Scilicet, ille Manfredus mihi:

- - - - - Or vedi,

*E mostremmi una piagga a sommo il
petto.*

Ita quod videtur habuisse mortalia
vulnera in proelio, unum supra ocu-
lum, aliud supra cor, ubi est fons
totius vitae.

Quand' io mi fui umilmente disdetto,
Dicendo; non vidi te unquam, &
reverenter, propter Regalem aspe-
ctum. Unde dicit:

D' averlo visto mai - - - - -

Idest, vidisse unquam ipsum vivum.
Et verum dicit Poëta, quia num-
quam viderat eum, neque vidisse po-
tuerat. Quoniam Dantes natus est
eo Anno, quo mortuus est Manfre-
dus. Et subdit, quomodo Manfredus
descripsit se a nomine, ab origine,
a vitio. Et dicit breviter, quod est
Manfredus, nepos Constantiae Impe-
ratrix. Ad cujus literae evidentiã
est sciendum, quod Fridericus II. na-
tus ex Constantia & Henrico filio
Barbarossae, ut dicitur plenius Cant.
III. Paradisi, fuit electus Imperator
contra Ottonem IV. & coronatus &
consecratus ab Honorio III. Anno

Domini nostri Jesu Christi MCCXX. Qui imperavit XXX. annis. Quo tempore semper fuit infestus Ecclesiae, tamquam filius ingratitude contra matrem, quae nutriverat ipsum pupillum, & exaltaverat ad Romanum Imperium. Quare tam ratione vitiorum suorum, de quibus alibi dictum est, quam avaritiae Praelatorum, qui omnia sibi volunt, quando possunt, & praesunt: numquam potuit habere bonam pacem cum Ecclesia, quae fecerat ipsum nasci fatalem sibi ex Monacha vetula contra legem naturae, & omnia jura humana & divina; non memor persecutionum patris ejus Henrici, & avi ejus Friderici I. Sic ergo videre potes, quare Manfredus heic subicit nomen patris, qui fuit semper flagellum Ecclesiae. Et ipse reconciliatus est Deo in morte; & quia fuit naturalis filius, & quia fuit conscius mortis ejus. Nunc ad literam. Dicit Poëta, quod iste

Poi disse sorridendo: - - - - -
quia salvus erat; quod Dantes non putabat.

- - - - - Io son Manfredi,

Nipote di Gostanza Imperadvice.

Potius denominat se ab ista sancta femina, quàm a patre peccatore. Et facit Manfredus, sicut Mulus, qui interrogatus a Leone, cujus filius esset, dicebat: *Sum nepos Equi*, quum ipse esset filius Asini. Simile est enim quod scribit Statius de Polinice. Qui interrogatus ab Adrasto Rege Argivorum, nolebat propalare nomen patris sui Oedipi, qui infamis genuerat eum ex matre propria. Unde dicit:

„ Sed mens sibi conscia facti

„ Cunctatur proferre patrem - - - -

„ Est genitrix Jocastra mihi. - - -

Sic ergo patet, quod Manfredus fuit nepos Constantiae, non filius vel

A privignus, ut quidam glossant: Hoc dicto, Manfredus facit suam petitionem Danti, dicens:

Onđ io ti priego, che quando tu viedi,
Idest, revertēris ad Mundum vivorum, quia vivus es;

Vadi a mia bella figlia - - - -

B Ista fuit alia Constantia Magna, quae fuit filia Manfredi, & uxor Domini Petri Regis Aragonum strenuissimi. Cui successerunt tres filii, scilicet Alphonfus, qui adolescentulus mortuus est; ideo non nominat eum, & Jacobum, & Fridericum. Ideo dicit;

- - - - - genitrice,

Idest, matrem,

Dell' onor di Sicilia e di Ragona,

C Idest, honorabilium Regum. Quia Domnus Fridericus fuit Rex Siciliae, & Domnus Jacobus Rex Aragoniae. De patre & filiis dicetur infra Cant. VII. & alibi saepe. Et dicit:

E dichì a lei il ver, s' altro si dice.
Scilicet, qualiter sum salvus, licet fortè contrarium credatur, quia mortuus sum excommunicatus indignatione Ecclesiae. Et assignat causam suae salvationis, dicens:

Poscia ch' i' ebbi rotta la persona,

Idest, corpus vulneratum,

Di due punte mortali; - - - - -

Altero ictu in facie, altero in petore, ut jam dictum est;

- - - - - i' mi vendei

Piangendo a quei, che volentier perdona.

E Scilicet, ex contritione cordis Deo clementissimo, *cujus est proprium misereri & semper parcere.*

Ovribil furon li peccati miei.

Nunc Manfredus ad confirmationem dicti sui, confitetur in genere peccata sua, ut ostendat infinitam misericordiam Dei. Ad sciendum autem plene horribilitatem peccatorum

Man-

Manfredi in particulari, est sciendum & memorandum, quod Manfredus peccavit in patrem, & fratrem, & nepotem, & matrem Ecclesiam. Solus enim praesens morti paternae, ut aliqui scribunt, praevenit horam. Quod si verum fuit, Fridericus II. recepit a filio naturali, quod crudeliter fecerat in filium legitimum. Conradus autem audita morte patris descendit ex Alemannia in Italiam, & venit Veronam cum favore Eccelini de Romano. Deinde transiens in Regnum, recuperavit Siciliam, & omnia praeter Neapolim. Quem Manfredus laete recepit, licet dolens animo, quia ipse volebat dominium. Conradus continuo obsedit Neapolim magnis viribus. Quam tandem obtenta, omnes rebelles sibi amicos Ecclesiae tam religiosos quam seculares contrivit. Ex quo si diutius supervivisset, videbatur futurus persequutor Ecclesiae non minus patre, avo, & proavo. Sed fatum suae viae & stirpis trahebat illum. Nam quum regnasset duobus annis, infirmatus est, & venenatus operâ Manfredi per unum Medicum in uno clysterio. Ex quo remansit parvulus filius Conradinus in Alemannia natus ex filia Ducis Bavariae, cui pater, licet excommunicatus, reliquit Ecclesiam tutricem anno IV. post mortem Friderici. Mortuo Conrado Manfredus remansit gubernator Regni; quo tempore Innocentius Papa IV. cum magno exercitu intravit Regnum. Sed non multo post mortuus est Neapoli & sepultus. Manfredus autem propter longam vacationem Ecclesiae, quae duravit plus duobus annis sine Pastore, occupavit omnia. Et magnopere studuit contrahere & confirmare amicitias fidelium Imperii in Tuscia & Lombardia. Volen-

A sique se facere Regem, conciliavit sibi animos Baronum Regni. Usus est ergo fraude honesta. Nam convocatis Magnatibus, finxit, se habuisse per literas, qualiter Conradinus nepos infirmabatur ad mortem. De quorum consilio misit legatos in Germaniam ad explorandam veritatem. Legati ergo profecti in Germaniam, invenerunt, quod mater Conradini sollicita de salute filii, tenebat eum cum aliis pueris coetaneis in eodem habitu. Quae videns magna munera missa a Manfredo, timens, ne filius biberet de eo poculo, quo pater, subornavit alium loco pupilli. Cui Ambasciatores dederunt venenum in confectioe quadam, ex qua puer mortuus est. Ipsi vero credentes vere interfecisse Conradinum, reversi Venetias, fecerunt fieri Galeae suae velum & cetera instrumenta nigra, & ipsi assumerunt vestimenta nigra. Post magnum planctum, cum favore amicorum, & magno consensu totius multitudinis, factus est Rex in Sicilia Manfredus apud Montem Realem, Anno Domini nostri Jesu Christi MCCCLV. Post mortem Innocentii, & longam vacationem, electus est Papa Alexander IV. de Anagnia, qui sedit annis VII. Et videns Manfredum Regni solio florentem absque auctoritate Apostolica, excommunicavit eum contumacem. Contra quem misit unum Legatum. Sed mortuo Alexandro creatus est Urbanus IV. de Civitate Turonensi in Francia. Qui vir ignobilis genere, sed nobilis animi virtute, videns Ecclesiam conculcatam viribus Manfredi quasi in tota Italia, qui posuerat exercitum Saracenorum in Patrimonio Petri, fecit praedicari Crucem contra eos, quos repulit in Apuliam. Et, ut cito dicam, celebravit Concilium,

in quo proposuit, quomodo Ecclesia erat subjugata a Manfredi, qui non degenerabat a majoribus suis, qui semper tribulaverant Ecclesiam. Ideo ad revocandam libertatem videbatur sibi mittere pro Carolo fratre boni Ludovici Regis Franciae, de quo facta est mentio supra. Et demum multis dictis in commendationem Caroli, cum magno assensu omnium Carolus vocatus est contra Manfredum. Qui veniens in Italiam, quasi feliciter habuit victoriam de Manfredi apud Beneventum. Postea de Conradino, ut scripti Cant. XXVIII. Inferni. Ex dictis ergo vides, si magna fuerunt peccata Manfredi. Sed major est misericordia Dei. Ideo ipse dicit:

*Ma la bontà infinita ha sì gran
braccia*

Che prende ciò, che si rivolge a lei.

Scilicet, per poenitentiam, quia recipit etiam illos, quibus Ecclesia claudit gremium.

Se 'l Pastor -----

Hic Manfredus tangit implacabile odium Praelatorum Ecclesiae contra se, quia etiam post mortem quaesiverunt vindictam de eo, faciendo ossa ejus abjici extra Regnum. Unde dicit.

Se 'l Pastor di Cosenza, ----

Idest, Archiepiscopus Consentinus
----- *ch' a la caccia*

Di me fu Messo per Clemente allora.

Idest legatus Papae ad inquisitionem & persecutionem corporis mei,

Avesse in Dio ben letta questa faccia.

Scilicet, misericordiae Dei. Idest si vidisset, me misericorditer receptum, & salvum, sicut tu me vides;

L' ossa del corpo mio sarien' ancora,

Scilicet, sepulta, quia non abjecta fuissent

In co' del Ponte. -----

Tom. III.

A Fluminis, quod dicitur Calor,
----- *presso a Benevento.*

Haec Civitas Samnii olim vocata est Maleventum. Sed postea per rationes mutato nomine dicta est Beneventum, ut dicit Livius. Et dicit:

Sotto la guardia de la grave mora.

In hoc tangit miseram sepulturam suam. Ad cujus intelligentiam, quia litera ista est male intellecta, est sciendum, quod Manfredus in ultimo proelio, quod gessit cum Carolo apud Beneventum, desertus & derelictus a suis, ingessit se in medium furorem belli, sicut scriptum est Cant. XXVIII. Inferni. Ubi pugnans pro-

B litera ista est male intellecta, est sciendum, quod Manfredus in ultimo proelio, quod gessit cum Carolo apud Beneventum, desertus & derelictus a suis, ingessit se in medium furorem belli, sicut scriptum est Cant. XXVIII. Inferni. Ubi pugnans pro-

C biter, prostratus fuit; quaesitus tribus diebus, nec poterat inveniri, quia intraverat aciem sine insigniis Regalibus. Nec poterat sciri, si esset mortuus vel captus, aut si eva-

D ferat. Tandem unus ribaldus de sua gente recognovit eum per multa signa corporis sui, in medio campi, ubi fuerat acrius proelium. Et ponens nobile corpus per transversum unius asini, veniebat clamando cum exultatione: *O ego inveni Manfredum.*

Sed unus Baro Caroli indignans, percussit eum fuste, & corpus praesentavit Carolo. Carolus continuo faciens vocari omnes Barones captos petivit, si illud erat corpus Manfredi. Qui omnes timide respondebant, quod sic. Sed potestas res est amor.

E Non timet conspectum Regis victoris, non arma militum victricia, non supplicium, non carcerem, non mortem. Nam Comes Jordanus videns corpus amati Regis factum fortunae ludibrium, manibus percussit sibi faciem, & clamans cum planctu dixit: *Heu mihi.*

Domine mi! Quid est, quod video? Ex quo fuit valde laudatus a Militibus Franciae. Hic Jordanus fuit vir Nobilis de Pedemontio in Lombardia,

affinis

L !

affinis Manfredi, acceptus & carus sibi ex sua probitate & fidelitate. Ideo Manfredus fecerat illum Comitem, & dederat illi Terras in Regno, ex quo fecerat illum magnum Dominum. Et tamen Carolus misit eum in Provinciam, & mori fecit in carcere duro. Carolus rogatus a Militibus suis, ut faceret honorem funeris tanto Regi: *Libenter*, respondit, *facerem, nisi esset excommunicatus*. Nec voluit quod sepeliretur in Sacrato. Sed sepultus est velut miles gregarius apud pedes montis Beneventi, sine ulla pompa exequiarum; & super fossam ejus singuli de exercitu Caroli jecerunt singulum lapidem, ex quo facta est ibi magna maceries lapidum. Et hoc est quod dicit:

Sotto la guardia de la grave mora,
pro mola sepulturae. Nec tamen ossa Manfredi diu quieverunt ibi. Immo remota a terra abjecta sunt in aquam. Dicit ergo:

Or le bagna la pioggia, e move 'l vento.

Quia sunt insepulta.

Di suor dal Regno, quasi lungo il Verde.

Et ecce locum. Prope flumen dictum Viride, quod inter Regnum & Campaniam descendit in mare Tyrrenum. Et dicit:

Dove le trasmusò a lume spento.

Scilicet, ille Pastor Consentiae, candelis extinctis, cum excommunicatione & maledictione. Et heic nota, quod Consentia fuit olim Civitas Lucaniae. Unde fuit Henricus Miles, qui pro Carolo praefato subornatus, gestavit regale diadema in proelio contra Conradinum. De ista Civitate frequenter facit mentionem Livius.

Ad Vers. 135.

Mentre che la speranza ha fior del verde.

Heic nota quod aliqui dicunt, quod Manfredus in extremo rediit ad Deum. Sed certe istud scire non potuit Poëta, quia Manfredus incognitus mortuus est in medio ardore belli. In vita tamen voluit aliquando concordare cum Ecclesia, & facere affinitatem cum Carolo. Sed Papa prohibuit, ut ego vidi in quibusdam epistolis ejus. Dico ergo, quod Dantes hoc fingit, quia sub ista fictione intendit hanc conclusionem, quod nullus est tam sceleratus, & tam excommunicatus, qui in extrema morte non possit redire ad Deum.

Ad Vers. 139.

Per ogni tempo, ch'egli è stato, trenta,

In sua presontion. - - - -

Et heic nota, quod Poëta ponit numerum pro numero. Ita enim poterat dicere decem, vel viginti, sicut dixit triginta. Manfredus enim duodecim annis, quibus regnavit, fuit in contumacia Ecclesiae. Ideo si ponas pro singulo anno XXX. habebis magnum numerum annorum. Et sic vult dicere, quod diutius differt poenitentiam, & tardius recipit gratiam, & multiplicantur peccata ejus, quia unum peccatum est causa alterius. Et verè, Lector, quicumque praesumit contra Ecclesiam, gravius punitur in isto mundo, etiam historice loquendo; sicut memorabile exemplum habemus in ista illustri stirpe Sueviae. Ne alia exempla quaeramus, potes videre manifestum iudicium Dei super eam. Primo namque Fridericus I. post multa adversa, transiens mare, suffocatus est in flumine Antiochiae Oronte, quod hodie

die dicitur Ferrum. Henricus filius post multas infelicitates infelicius debellatus est. Fridericus II. omnium priorum suorum & posteriorum potentissimus, a filio proprio dicitur suffocatus. Henricus primogenitus Friderici II. factus hostis patri, in illius carcere obiit, vel se occidit; & ejus duos filios Manfredus fecit in carcere mori. Conradus alter filius Friderici II. in Italia venenatus est per Manfredum. Manfredus victus a Carolo peremptus est in proelio. Cujus filios & filias Carolus fecit in carcere mori. Conradinus adolescentulus, Conradi praedicti filius, victus a Carolo, decapitatus fuit, infelix, qui evaserat ab insidiis Manfredi, lictoris gladio reservatus. Henricus mortuus est in longo carcere Bononiensium. Conradus de Antiochia, qui descenderat de stirpe Friderici, captus in Sicilia per Guidonem de Monforte, caecatus, castratus, & suspensus fuit. Hunc finem habuit Domus Sueviae, toto orbe incluta. Suevi ab olim fuerunt potentissimi omnium Germanorum, ut saepe patet apud Julium Celsum. Unde Julius Caesar, qui primus Romanorum Ducum transivit Rhenum in Germaniam, vicit Ariovistum Regem Suevorum superbissimum. Ex his ergo vide, quod Poëta noster in ista materia, in qua tractat de rebellibus Ecclesiae, de industria elegit sibi hanc Domum, qua nulla umquam fuit infestior Ecclesiae. De qua Domo potest dici illud, quod dicit Lucanus de Domo Pompejana:

O miseranda Domus &c.

Et subdit Manfredus, quod licet sic dixerit de longo tempore relegationis, potest breviori precibus justis. Unde dicit:

----- *se tal decreto,*

A Idest, judicium Dei,

Più corto per buon preghi non diventa.

Et ultimo concludit orationem suam dicens:

Vedi oggi mai, se tu mi puoi far lieto,

Revelando a la mia buona Gostanza,
B Scilicet, filiae suae, quae vivebat adhuc, & in qua sola sperabat in mundo, quae fuit clementissima Domina, de qua saepe adhuc dicitur in isto Libro. Et meritò vocat Constantiam bonam, quae noluit mori in indignatione Ecclesiae, sicut pater suus Manfredus. Unde venit Romam cum Rege Jacobo filio suo, & recommunicata est Ecclesiae.

C *Come m' hai visto ----*

idest, qualiter vidisti me salvum.

Ad Cant. IV. Vers. 25.

Vassi in San Leo, e discendesti in Noli.

Ad quod sciendum, quod Sanctus Leo est Civitas Romandiolae in Monte Feltro, jam satis deserta tempore nostri Poëtae, & hodie plus: in altissimo monte sita, montibus altissimis aggregatis circum circa, ita quod colligit intra fortilitium fructus, & omnia necessaria ad victum & sustentationem humanae vitae. Sicut & Santarinum Castrum, naturali situ munitissimum, optimum, distans a Sancto Leone per quatuor millia, & ab Arimino per decem, mirabile fortilitium. Et nota, quod comparatio est propriissima. Nam recte Civitas Purgatorii est similis Sancto Leoni, quia est in altissimo monte situata, & est deserta, habens raros habitatores, ubi Infernus est frequens gentibus. Et est fortissima, tuta ab insidiis & insultibus hostium, sicut Sanctus Leo. Et dicit: *E discendesti in Noli*. Noli est quaedam

L 1 2

Civi-

Civitas antiqua in Riperia Januae supra mare, subiecta monti altissimo scabroso, ad quam est difficillimum iter, ut Noli videatur recte dicere descendenti: *Noli ad me accedere*. Quasi dicat Poëta tacite: Ego descendendi cum pedibus usque in profundum abyssi, sed huc non poteram ascendere sine alis, quia difficilius est ascendere quam descendere, ut dicitur infra. Et dicit:

Montasi su Bismantova. - - - -

Et heic oportet scire, quod Bismantova est petra montanea in montibus Regii, tota saxea viva, altissima, ita quod superat omnes colles vicinos. Et habet unam solam viam in circuitu, quam pauci defenderent a toto mundo. In cuius summitate est planicies, quae colitur, quando est opportunum. Et loca circumvicina sunt silvestria & aspera. Unde inhabitantes in plano inferius, refugiunt ad istum locum tutissimum tempore belli. Accidit autem, quod tempore, quo Henricus VI. venit in Lombardiam, quum Gibertus de Corrigia Dominus Parmae convenisset cum eo, quem tamen postea deseruit, Nobiles Regini multum timentes sibi ab Henrico, deliberaverunt, relicta patriâ, sicut olim Athenienses fecerunt, reducere se ad dictam petram inexpugnabilem. Et ibi exspectare ad tempus ad evitandum impetum belli. Sed non fuit expediens, quia Dominus Gibertus recedens a campo Imperatoris, incitavit Bononienfes, Florentinos, & alios contra illum. Erat autem Civitas Regina in magno flore, frequens multitudine Populi, abundans multis nobilibus Domibus. Quae in tam brevi cursu devenit ad tantam desolationem, quod ejus Cives sunt dispersi per totam Italiam. Et heic nota, quod hic mons Bi-

A smantovae videtur habere similitudinem cum Monte Purgatorii; quia est altissimus mons, elatus ad sidera, fortissimus, ex vivo saxo, ad quem non ascenditur, nisi per unam viam tortuosam; & in summitate est fertilis, ubi homo stat tutus ab hostibus, circumsonantibus undique strepitibus bellorum. Et haec omnia invenies in isto Monte Purgatorii, si voles perspicaciter intueri. Unde homo stans in summitate hujus petrae, videtur omnia sub pedibus habere, ita quod terra inferior videtur esse Infernus infimus illi. Ita vir positus in summitate Montis Purgatorii, idest in perfectione virtutis, videt Infernum sub pedibus suis, qui est locus suppositus & oppositus illi. Et sic propinquus coelo speculatur alta & divina. Ergo bene dicit Poëta: *Montasi su Bismantova*, idest usque ad summitatem, quae plana est. Et addit:

- - - - - e in cacume.

Hoc dicit, quia in ista summitate est una pars in extremo eminens & altior. Modò vult dicere Auctor, quod non solum ab homine potest iri ad summitatem ipsius montis, sed etiam ad cacumen particulare. Non ergo dicas, sicut aliqui ignorant, quod *Cacume* sit alius locus distinctus ab isto, scilicet unum Castellum altissimum, nescio ubi: quod totum est vanum & praeter intentionem Poëtae. Et ut cito dicam, iste est singularis locus fortissimus in Lombardia, sicut Samarinum in Romandiola.

Ad Vers. 98.

Una voce da presso sonò. - - -

Heic est sciendum, quod ista fuit vox cujusdam pigri, qui vocatus est Biliqua. Iste fuit de Florentia, qui faciebat citharas, & alia instrumen-

ta musica. Unde cum magna cura sculpebat, & incidebat colla & capita cithararum, & aliquando etiam pulsabat. Ideo Dantes familiariter noverat eum, quia delectatus est in sono. Unde sicut superius in Cant. Secundo posuit unum amicum Cantorem, ita nunc ponit alium Sonatorem. Et quia noverat istum tam pigrum ad omnia, nec tamen pravum, sed satis purum, ideo cum bona conscientia fingit ipsum salvum.

Ad Cant. V. Vers. 64.

Et uno incominciò. Ciascun si fida &c.
Poëta agit & tractat de uno spiritu moderno in speciali, qui procuravit sibi mortem sua temeritate. Et ad intelligentiam hujus literae, quae est satis male intellecta apud externos, volo te scire, quod Azo III. Marchio Estensis magis famatus fuit apud modernos, quam Azo II. vel Azo I. non ratione majoris virtutis, sed potentiae & magnificentiae; fuit enim Dominus Ferrariae, Mutinae, & Regii, & cognatus Regis Roberti. Quo tempore coepit bellum grave contra Civitatem Parmae & Bononiae, quae tunc temporis erant florentes & potentes. Causa belli fertur fuisse, quod Marchio quaerebat dominium Parmae, sperans per hoc faciliter occupare Bononiam. Quapropter Bononienses cum Parmensibus fecerunt confederationem inter se, ut obviarent conatibus Azonis. Pars illorum de Sancto Vitali de Parma, quae favebat rebus Azonis, expulsa est cum Episcopo, qui erat de Domo illa. Et Marchio indignans conabatur reducere eam. Igitur Anno Domini MCCXCV. Marchio convertens totum impetum belli supra Bononiam, invasit eam a duobus lateribus. Nam ex una parte colligavit se cum Maghinardo Pagano Domino

A Faventiae, & aliis Gibellinis de Romandiola, scilicet cum Scarpetta de Ordelaiss de Forlivio, Uguiccione de Faxola, & Lambertatiis exulibus Bononiae. Maghinardus, contractis undique auxiliaribus cum subsidio equestri & pedestri Azonis, venit contra Imolam, quam tunc tenebant Bononienses, numero quatuor millia. Qui exiverunt obviam, ut impedirent transitum fluminis Santerni, quod tunc intumuerat valde, sicut est de more illius fluvii. Sed Maghinardus audax & intrepidus compresso impetu aquae, cum fortibus equis, sicut olim Caesar in transitu Rubiconis, transivit flumen, & Bononienses convertit in fugam, & Imolam cepit, capta magna parte Bononiensium. Ex altera parte Marchio faciebat reaedificari unum Castellum nomine Bazanum, quod ex antiquo pacto facto inter Bononienses & Mutinenses debebat stare destructum perpetuo. Sed Bononienses, qui iverant ad impediendam illius aedificationem, audito sinistro rumore Imolae, reversi sunt. Et sic eodem die Imola perditam est, & Bazanum reaedificatum contra Bononienses: unde dictum est:

Quam propriam novat, Imolam Bononia plorat.

Azo Bazanum relevat quod Marchio planum.

E Igitur Azo lacerans, & laceffitus bello, quum non videret posse consequi victoriam speratam procuravit sibi magnos amicos. Et facta magna parte in Bononia, breviter res eo deducta est, quod qui regebant rem publicam Bononiensium, coeperunt vocare Rectores & Officiales de parte Gibellina, quia Guelphi erant favorabiliores Marchioni. Sed postea in brevi fecit pacem cum Parmensibus primo, deinde cum Bononiensibus.

bus. Tempore igitur belli Bononien-
ses elegerunt in Potestatem eorum
ad jura reddenda nobilem Militem
Dominum Jacobum del Cafferio de
Civitate Fani. Qui vir temerarius,
& qui non bene didicerat regulam
Juris: *Potentioribus pares esse non pos-
sumus*; semper obloquebatur temere
de dicto Domino, semper vocans
eum proditorem Estensem, quia re-
liquerat Gibellinos Romandiolae.
Marchio saepe audiens haec & indi-
gnans dixit: *Certe iste agaso Marchia-
nus non impune feret imprudentiam suam
asininam, sed castigabitur fuste ferreo*.
Dedit ergo operam, quod certi fa-
mulus idonei ad hoc persequerentur
illum, quocumque pergeret, finito
officio Bononiae. Quum autem ille
iret de Venetiis Paduam, in confi-
nio territorii Veneti & Paduani,
invasus a famulis, qui latebant in
insidiis, nesciens, quo fugeret, igna-
rus viarum & locorum, trucidatus
est, ut aperte tangitur in litera ista.
Nunc ad literam. Dicit Poëta: *Et
uno*, scilicet, praedictorum spirituum,
qui erat Jacobus del Cafferio: *inco-
mmodè*, supple, dicere, captans beni-
volentiam: *Ciascum si fida*

*Del beneficio tuo, - - - - -
quod tu offers;*

- - - - - senza giurarlo.
Et heic nota, quod Juramentum non
debet fieri nisi urgente necessitate;
nec tunc debet quis jurare per Crea-
turam, sed per Creatorem, quia Ju-
ramentum est species Patriae, idest
divini cultus. Quum enim homo ju-
rat, invocat Deum in testem, scili-
cet, quod verum dicit; & in hoc
praestat reverentiam Deo.

*Ond' io, che solo innanzi a gli altri
parlo,*
tamquam avidior:

Ti prego: se mai vedi quel paese,

A Scilicet, Marchiam Anconitanam;

*Che siede tra Romagna, e quel di
Carlo,*

Quae situata est a parte Occidentis,
& Regni Caroli II. qui tunc re-
gnabat;

Che tu mi sia de' tuoi preghi cortese,
Idest, ut roges Deum pro me, ut
citius possim pervenire ad Purga-
torium.

B *In Fano, sì che ben per me s' adori.*

Et heic nota, quod Fanum est Ci-
vitas satis amoena in litore maris
Adriaci in introitu Marchiae Anco-
nae, fertilis vino, & oleo, sed non
hodie hominibus civilibus. Quae sic
denominata est, quia Fanum Grae-
ce, Latine dicitur Templum. Ibi
enim fuit olim Templum famosum
Fortunae, quae modicum favit isti
suo Civi nunc. Falsum ergo dicit
Gotifredus Viterbiensis, sicut & alia
multa, qui scribit in suo Libro,
qui dicitur Pantheon, quod apud
Fanum fuit olim Templum Dei Fau-
ni, ad quod visitandum veniebant
olim peregrini de partibus Galliarum.

C *Quindi fu' io - - - - -*

Heic dictus spiritus specificat locum
suae originis, & violentiae mortis,
dicens: *fui io*, idest de praedicta Ci-
vitate Fanensi;

- - - - - ma li profondi fori,
idest, foramina & vulnera multa fa-
cta mihi, penetrantia totum corpus,

Ond' uscì 'l sangue, - - - - -

E idest, ex quibus effluxit,

- - - - - in sul qual' io sedea.

Scilicet, sanguine vivebam, quia
sanguis est sedes animae, unde ali-
qui Philosophorum opinati sunt,
quod Anima esset Sanguis,

*Fatti mi furo in grembo a gli An-
tenori.*

Idest, in territorio Paduanorum, quos
sic denominat ab Antenore. Ad quod
no-

notandum, quod Civitas Paduana est nobilissima ratione antiquitatis & potentiae. Quoniam, sicut scribit Vergilius primo Aeneidos, Antenor post excidium Trojanae Urbis veniens in sinum maris Adriaci, subjugavit Euganeos Populos habitantes in montibus. Cujus rei indicium adhuc est opinio; quia Villa prope Paduam usque in hodiernam diem vocatur Burgogania, quia ex Burgensibus Euganeorum condita est. Primum ergo nomen hujus Urbis fuit Euganea. Deinde vocata est Patavium, demum Padua. Est etiam potentissima ab olim. Quam olim invasit Cleoninus Rex Illyrici, idest Rex Sclavoniae. Sed male sibi cessit, sicut scribit Titus Livius Paduanus, nobilissimus Historicorum. De hac dicetur alibi, Cant. IX. Paradisi. Et dicit:

Là dov' io più sicuro esser credea;
quia inter Venetias & Paduam, duas florentissimas Urbes, ubi solet iter esse tutissimum. Et subdit auctorem suae mortis, dicens:

Quel da Esti 'l sè far. - - - - -
Idest, Azo Marchio Estensis per famulos suos. Et qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. Et heic nota, quod Este est nobilissimum Castrum antiquum & fertile, distans a Padua per XXV. milliaria. Unde olim traxit originem, & denominationem clarissima Domus illustrium Marchionum Estensium, per multa secula florens, & ubique famosa, quae dignissime denominatur ab Est. Hoc enim solum verbum est: appellatur verbum substantivum, ubi cetera appellantur accidentalia. Immo, ut Theologi volunt, istud verbum est proprie praedicatum de solo Deo. Ista ergo Domus Estensis sola est in flore inter Domus antiquas istius

A partis Italiae, quales fuerunt Domus de Camino, & de Romano, & similes. Et dicit:

- - - - - che m'avea in ira.

Et meritò, quia ira est appetitus vindictae, maxime contra parvipendentem, ut vult Philosophus. Et dicit:

Affai più là, che 'l dritto non volea.

B Hoc exponunt aliqui, idest, ulterius quam jus exigebat, quia scilicet extra terminos suae jurisdictionis. Tu vero dic, ulterius quam ipse Marchio volebat, quia volebat, quod fieret Venetiis. Et subdit iste spiritus, quomodo poterat faciliter evadere, si recto cursu fugisset versùs Paduam; unde dicit:

C *Ma s'io fossi suggito in ver la Mira,*
quae est quaedam Villa ultra Oriacum per duo milliaria;

Quand' io fu' sovraggiunto ad Oriaco;
ubi erant insidiantes;

Ancor savei di là, dove si spira.

D Idest, in Mundo viventium. Et vult breviter dicere: si ego arripissem fugam per ripam fluminis Brentae, directè versùs Paduam, adhuc essem inter vivos, quia poteram faciliter evadere cum equo veloci a manibus illorum peditum, perveniendo citò ad locum habitationis, ubi fuisset tutus. Sed contrarium fecit. Unde dicit:

Corsti al Palude - - - - -
relictâ viâ rectâ per transversum,

E *e le cannuce e 'l braco, - - - - -*
ipsum Vallis,

M'impigliar si,
idest, me implicaverunt,

- - - - - ch'io caddi - - - - -
scilicet, ab equo, ubi habilis & tutius me trucidarunt. Unde dicit:

- - - - - E li vid' io

De le mie vene farsi in terra laco.
Quia sanguis meus totus effluxit ibi.

Ad

Ad Vers. 88.

Io fui di Montefeltro. - - - - -

Ad sciendum, quis fuerit iste spiritus, & unde, debes scire, quod Mons Feretus est quaedam Contrata in Romandiola, continens in se multas Terras, sicut Civitatem S. Leonis, de qua dictum est in Cant. praecedenti, Samarinum, & alia Castellata. Ex qua Contrata habuerunt olim originem Comites famosi, vocati usque in hodiernam diem Comites de Monte Feltro. De quorum primordio non habetur memoria. Sed de Domo ista multi fuerunt viri strenui; quorum unum antiquissimum reperio quemdam Dominum Montefeltranum, qui genuit Boncontem, & ex Bonconte natus est Montefeltranus Miles. Ex Montefeltrano natus est famosissimus Comes Guido, de quo tam multa dicta sunt Cant. XXVII. Inferni. Ex isto Guidone natus est Boncontes, de quo heic fit mentio, juvenis strenuissimus armorum, qui in conflictu Aretinorum apud Bibienam, missus a Guilhelmino Episcopo Aretino ad considerandum statum hostium, retulit, quod nullo modo erat pugnandum. Tunc Episcopus, velut nimium animosus, dixit: *Tu numquam fuisti de Domo illa.* Cui Boncontes respondit: *Si veneritis, quod ego, numquam reveremini.* Et sic fuit de facto, quia uterque probiter pugnans remansit in campo. Dicit ergo iste:

- - - - - Io son Buonconte.

Bonus bellator fuit manu, uti pater ingenio. Ex isto Bonconte non remansit aliqua stirps. Ideo dicit, quod nullus est, qui roget pro eo. Unde dicit:

Giovanna, - - - - -

quae erat uxor sua, quae poterat sibi invenire alium virum:

A - - - - - o altri non ha di me cura.

Quasi dicat: consortes mei parum curant de mortuis, quia sunt dediti dominiis & potentatibus temporalibus. Nam Comiti Guidoni successit Comes Fridericus, secundus genitus ejus, vir valentissimus, qui magis tyrannice tenuit Urbinum, quam aliquis praedecefforum vel successorum suorum. Unde fuit trucidatus ab Urbinatibus. Qui habuit multos filios, scilicet Comitem Galassium, Comitem Nolphum, & alios, de quibus non prosequor, ne elonger a proposito. Et dicit Boncontes:

Perch' io vo tra costor con bassa fronte. Scilicet, ex dolore & pudore. Quia nullus est in seculo, qui roget Deum pro me.

Et io a lui. - - - - -

Heic Poeta ostendit, quomodo inquisiverit a Bonconte de ejus sepultura, quae numquam fuit scita. Et ad declarationem hujus literae, quae non est bene intellecta, est praesciendum, quod Anno Domini MCCLXXXIX. Florentini sociato Carolo II. qui revertebatur Neapolim, veniens de Aragonia, ubi fuerat captivus, ut dicitur alibi, iverunt contra Aretium cum Duce, quem dederat eis dictus Carolus, qui Dux vocatus est Aimericus de Narbona, vir probus & prudens in proelio, contractis undique viribus Guelphorum de Senis, Luca, Pistorio, Vulterris, & de Bononia. Et inter alios venit in subsidium Florentinorum Maghinardus Paganus, vir peritus armorum, de quo dictum est paulo supra. Ex altera parte Episcopus Aretinus de Ubertinis, Boncomes de Montefeltro, & Comes Guido Novellus, tunc Potestas Aretii, cum exercitu venerunt Bibienam, & fidentes viris valentibus, quia habebant secum duodecim

excel-

excellentissimos, quos Palatinos vocabant, petiverunt pugnam cum Florentinis, non timentes numerum hostium, qui erant duo millia equorum, & duodecim millia peditum. Ipsi verò habebant solum octingentos equites, & octo millia peditum. Ex quo Aimericus de Narbona fertur dixisse: *Aut sumus proditi, aut isti sunt viri insani*. Et continuò mutavit totum ordinem belli. Aretini tamen parvi pendebant hostes, temere dicentes, quod Florentini molles erant, magis familiares Veneris, quàm Martis, licèt esset antiquus Patronus eorum. Quum autem quidam seniores suaderent, non esse bellandum, unus juvenis Aretinus, nimis calidus, dixit: *Qui timet, fugiat*. Tunc Miles antiquus Florentinus dixit: *Neri, Neri* (quia sic vocabatur) *tu habes rostrum citrinum, quia tu es nimis juvenis. Tu fugies, & ego remanebo*. Et ita fuit de facto. Et breviter ordinatis aciebus, hinc inde cum magna deliberatione concursus est cum tanto ardore animorum, quod primi percussores Florentinorum fuerunt finaliter debellati. Tunc Cursus de Donatis, strenuus Miles, licèt poena capitis esset moventi se ab acie, magnanimiter ingessit se in hostes transversaliter cum impetu tanto, quod fuit principium victoriæ suorum. Magnis viribus pugnatum est. Tandem Florentini victoriam obtinuerunt. Ex hostibus occisa sunt plusquam duo millia. Inter alios Guilielmus Episcopus, & alius Guilielmus de Paccis, vir strenuissimus, illo tempore nepos ipsius Episcopi, & Boncontes de Montefelero. Ex hac victoria non solum arrogancia Aretinorum, sed tota pars G. bellina fuit multum attenuata. Ad literam ergo dicit Poë-

Tom. III.

A ta: *Et io a lui*, supple; dixi illi Bonconti:

- - - - *Qual forza, o qual ventura
Ti travio sì fuor di Campaldino?*

Istud proelium factum est apud Poppiura & Bibienam in Contrata, quae dicitur Certus mundus, in planitie, quae appellatur planities Campaldini.

Che non si seppe mai tua sepoltura?

B Nam corpus ejus numquam potuit inveniri. Sed Poëta fictitie facit sibi sepulturam. Et subdit responsionem Boncontis narrantis formam suae mortis & sepulturae. Et primo ostendit, quid traxit eum de Campaldino, describens fluvium ibi vicinum. Unde dicit:

O, rispos' egli, - - - -

C Scilicet, ille Boncontes:

- - - - *a piè del Casentino.*

non longe a Bibiena,

Traversa un' acqua, - - - -

idest, fluvius,

- - - - *ch' ha nome l' Archiano.*

Et tangit originem illius aquae, dicens:

Che sovra l' Ermo nasce in Apennino.

D Ad quod nota, quod inter Aretium & Florentiam in Contrata Casentini est quaedam devotissima solitudo, ubi est Eremus Sancta Camaldulensis, quam fundavit ibi vir venerabilissimus Romualdus de Ravenna, Institutor illius Ordinis nobilis. De quo Viro & Ordine dicam plene Paradisi Cant. XXII. Ideò vide, quod Poëta noster volens magnificare istum parvum fluviolum, de industria fecit mentionem de ista nobili Eremo, quae verè locus est nobilissimus.

Là 've 'l vocabol suo diventa vano.

Heic Boncontes praemissa descriptione fluvii, explicat locum suae mortis, dicens:

Arriva' io forato ne la gola,

idest, vulneratus ad mortem,

M m

Fug-

Fuggendo a piede, e sanguinando 'l piano,

ideft, a confictu, perduto equo in proelio Campaldini, *arrivai là 've 'l vocabol fuo diventa vano*, ideft, ad faucem, qua Archianus intrat in Arnum, quia ibi perdit nomen fuum. Et dicit:

Quivi perdei la vifta e la parola.

Ideft, in fauce d'eti fluminis, vitam
Nel nome di Maria finì.

Ad Verf. 115.

*Indi la Valle, come 'l di fu spento,
Di Pratomagno.*

Heic debes fcire, quod Pratum Magnum eft una magna Montanea, quae recedit a recto colle Apennini a Meridie, & videtur tantae altitudinis, quantae Apenninus. Ideo Sol videtur tardius recedere ab illo Monte. Et in ifto Monte eft alia magna Eremus Vallis Umbrofae. Ideo Poëta libentius fecit mentionem de Pratomagno. Scias etiam, quod Pratum eft pulcherrimum Castrum inter Florentiam & Pistorium, de quo dictum eft Cant. XXVI. Inferni. Est & aliud Pratum, quod dicitur Vetus, in Cafentino juxta Arnum, non longe a Prato Magno.

Ad Verf. 133.

Ricordati di me, che fon la Pia.

Nunc ultimo Poëta subadnectit quemdam tertium spiritum de numero praedictorum. Et ut praefens litera fit clarior, eft primo sciendum, quod anima ifta fuit quaedam nobilis Domina Senenfis de Stirpe Ptolomaeorum, quae fuit uxor cujufdam Nobilis Militis, qui vocatus eft Dominus Nellus de Panofchis de Petra, qui erat potens in Maritima Senarum. Accidit ergo, quod dum femel coenaffet, & ifta Domina ftaret ad fenestram palatii in folatiis fuis, quidam domicellus de mandato Nelli cepit iftam Dominam per pedes

& praecipitavit eam per fenestram, quae continuo mortua eft, nescio qua fufpicionem. Ex cujus morte crudeliter natum eft magnum odium inter dictum Dominum Nellum, & Ptolomaeos confortes ipfius Dominae. Nunc ad propositum. Ifta Domina rogat Dantem, ut roget pro ea, fi umquam venerit in Tulciam ad Civitatem Senarum. Dicit ergo:

Seguitò 'l terzo spirito - - -

Scilicet, Dominae Piae, impie interfectae,

- - - - - al fecondo,

Ideft, loquutus eft fucceffive post spiritum Boncontis, qui fecondario loquutus fuerat post primum.

Ricordati di me: - - - -

Et ut poffit bene recordari ejus, continuo tangit fuum nomen, locum originis, locum mortis, & mortis auctorem: dicens,

- - - - - che fon la Pia.

Ifta Domina vocabatur Pia, quam impiè minifter necis occidit.

Siena mi fe. - - - -

Ideft, genuit me. Est enim patria principium generationis, quemadmodum eft pater. Quafi dicat: fui femina de Civitate Senarum, de principibus illius Civitatis.

- - - - - Difecemi Maremma.

Ideft, Maritima Senarum interfecit me. Et ecce quomodo.

Salfi colui; - - - - -

Ideft, vir meus bene fcit fibi hoc, & bene confcius eft meae mortis, licèt diceret, & dici faceret, quod ego cecideram casualiter de fenestra.

- - - - - che 'nmanellata pria,

Ideft, qui primo pofuerat mihi anulum,

Disposando m'avea con la fua gemma.

Sicut fit tempore matrimonii. Anulus enim facit ad matrimonium illud, quod circulus ad tabernam.

Ad

Ad Cant. VI. Purgatorii Vers. 13.
Quivi era l' Aretin, che da le braccia &c.

Heic Poëta describit quosdam spiritus modernos notabiles. Et primo nominat unum magnum Juris Consultum de Aretio, qui fuit tempore illo famosus, & acutus in Civili Sapientia, audax nimis. Unde semel interrogatus a Scholaribus suis Bononiae, de quodam puncto juris, non erubuit dicere: *Ite, ite ad Accursium, qui imbrattavit totum Corpus Juris.* Unde dicit: *Quivi era l' Aretin.* Hic vocatus est Dominus Benincasa; licet male cefferit sibi. Et fuit de uno Castello, quod dicitur Laterina. Et tangit occisorem ejus, virum omnium sui temporis violentissimum, quem notanter describit a ferocitate sua; dicens:

----- *che da le braccia*

Fiere di Ghin di Tacco ebbe la morte.

Ideo, Lector, volo, quod scias, quod iste Ghinus non fuit ita infamis, ut aliqui scribunt, quod fuerit magnus ficarius, & spoliator stratarum. Iste namque Ghinus Tacchi fuit vir mirabilis, magnus, membratus, niger pilo, & carne fortissimus, ut Scaeva laevissimus, ut Papirius Cursor prudens & largus. Fuit de Nobilibus de la Fratta, Comitatus Senarum. Qui expulsus viribus Comitum de Sancta Flora occupavit ⁶⁰Castrum nobile Radicofani contra Papam. Et cum suis famulis manipulariis faciebat multas & magnas praedas, ita quod nullus poterat ire tutus Romam vel aliò per partes illas. Sed ferè nullus incurrebat in manus ejus, qui non recederet contentus, & amaret & laudaret eum. Et audi morem laudabilem in tali arte latrocinandi. Si mercator erat captus, Ghinus explorabat placabili-

A ter, quantum ille poterat sibi dare. Et si ille dicebat quingentos Aureos, auferabat sibi trecentos, & reddebat ducentos, dicens: *Volo quod possis negotiari & lucrari.* Si erat unus Sacerdos dives & pinguis, auferabat sibi mulam pulcram, & dabat ei unum tristem roncinum. Et si erat unus Scholaris pauper vadens ad studium, donabat sibi aliquam pecuniam, & exhortabatur ipsum ad bene agendum & proficiendum in scientia. Et certe si iste nobilis Ghinus numquam fecisset aliud laudabile, nisi quod tam egregie medicavit Abbatem Cluniacensem delicatissimum & ditissimum, & curavit optime a morbo stomachi, pro quo ibat ad balnea cum superbo apparatu Gallico, ut pulcherrime scribit vir placidissimus Boccatus de Certaldo sermone materno in Libro suo, qui dicitur *Decameron*, satis esset laudandus. Sed ut cito veniam ad propositum, accidit semel, quod quidam frater Ghini captus, adjudicatus est suspendio per praedictum Judicem Benincasam, qui erat tunc Assessor in Civitate Senarum. Sed timens ferocitatem Ghini, finito officio, factus est Auditor Papae, ut sic tutior esset. Quum autem sederet semel pro tribunali ad bancum in Sala, in qua erant millia personarum, ecce Ghinus Tacchi incognitus, velut Scaevola, magis timendus, quam timens, invasit eum mirabiliter, aliàs ⁷⁰terribiliter, & gladio transoffum praecipitavit ab alto. Et fugiens evasit, transiens velut fulmen ardens per medium turbarum. Et hoc est, quod dicit Poëta nunc de Benincasa, *che da le braccia fiere di Ghin di Tacco ebbe la morte.* Et nota, quod ipse Ghinus habuit mortem violentam ab alio. Nam Papa Bonifacius

magnanimus, auditâ naturâ mirabili istius hominis, relatu & rogatu prae-fati Abbatis Cluniacensis misit pro eo, & petivit, quare tam nobilis animus sic se inhonestabat arte praedandi. Qui Ghinus respondit Papae Bonifacio, quod exercebat artem rapinae, ut posset uti virtute liberalitatis. Tunc Bonifacius videns, quod istud erat vitium fortunae, non animi, fecit eum Militem Sancti Johannis, & dedit ei magnum beneficium, quo posset facere magnificentias. Semel autem stans ad Asinam Longam in Comitatu Senarum inermis, invasus a multis armatis, probiter pugnans interfectus est. De quo audiavi illud mirabile, quod scriptum est de Caesare, scilicet, quod omnes percussores ejus in brevi mala morte obierunt. Ideo forte Dantes nominat eum heic, ut ponat eum salvum. De homine isto plura non dico, de quo posset fieri Tragoedia. Deinde Poëta addit alium Aretinum. Et ad sciendum, quis fuerit iste innominatus, debes scire, quod in Civitate Aretii ex nobilibus de Petra-Mala fuit unus Dominus Tarlatus antiquus, qui genuit Angelum primogenitum. Ex quo natus est Guido Episcopus Aretinus, famosus Dominus Aretii, vir magnanimus & magnificus, nihil habens Clericale. Qui Aretium patriam suam magnis honoribus & multis commodis decoravit. Ex dicto Tarlato natus est filius alius nomine Zutius (vel Cionius) patruus dicti Episcopi, juvenis strenuus armorum. Hic, quum Tarlati gererent bellum cum Bostolis Nobilibus de Aretio, qui exules recipiebant se in Castello, quod dicitur Rondine in Valle Arni, equitavit contra illos; & quum persequeretur quo-

A fdam, equus fortissimus transportavit ipsum in Arnem, & suffocatus est in quodam pelago. Cujus corpus inde extractum Bostoli ludibrio sagittasse dicuntur. Quapropter cerbum odium natum est inter partes. Dicit ergo bene:

E l'altro, che annegò, correndo in caccia.

B Idest, Aretinus, in flumine Arni, dum persequeretur hostes, vel illi eum.

Quivi pvegava - - - - -

Heic Poëta nominat alium juvenem nobilem, & strenuum. Iste, ut cito dicam, fuit filius Domini Guidonis Novelli de Comitibus Guidonibus de Casentino, quem occidit quidam Fumajolus, vel Fornariolus filius Domini Alberti de Bostolis praeditis. Dicit ergo:

- - - - - con le mani sporte

Federico Novello; - - - - -

inter alios rogantes expansis manibus, ut rogarem pro eo. Et non credas, quod Auctor nominaverit heic istum juvenem nisi quia, sicut & ille de Petra Mala, fuit multum probus.

- - - - - E quel da Pisa.

E Tangit quemdam alium spiritum Pisanum, non tantum ut faciat mentionem de eo, quantum ut faciat commendationem de patre ejus. Et heic volo, te notare, quod invenio communiter multos dicentes, quod iste fuit alter Fridericus, quem Marciuccus pater Domini Johannis Scornigiani terribili ictu interfecit, quia ille Pisanus occiderat filium ejus. Ego autem audiavi a bono Boccatio de Certaldo, cui plus credo, quod Marciuccus fuit quidam bonus vir in Civitate Pifarum, Fraticellus de domo, cujus filio Comes Ugolinus Tyrannus fecit truncari caput, & man-

mandavit, quod corpus relinquere-
tur insepultum. Sed iste Turricellus
de sero humiliter accessit ad Comi-
tem, & velut quidam externus, quem
negotium non tangeret, dixit sine
lacrimis, sine dolore & signo dolo-
ris aliquo: *Certe, Domine, esset de
honore vestro, quod pauper ille occisus
sepeliretur, ne esca canibus crudeliter
relinquatur*: Tunc Comes recogno-
scens eum, stupefactus dixit; *Vade,
quia patientia tua vincit duritiem meam*.
Et continuo Marciuccus ivit, &
tradidit filium sepulturae. Dicit er-
go: *E quel da Pisa*, supple, etiam
rogabat me;

Che se parer lo buon Marzucco forte,
in morte filii ejus occisi. Et loqui-
tur de fortitudine vera animi, non
corporis; quia verè hic pater fuit
fortis & constans, non minus quam
Anaxagoras Philosophus, qui obi-
tum filii animo patienti tulit.

Vidi Conte Orso - - - - -

Haec Poëta nominat alium nobilem
spiritum inter rogantes. Iste Co-
mes Ursus fuit filius Comitis Nea-
pulsionis de Acerbaja, qui acerbe
fuit interfectus velut ursus tractatu
Comitis Alberti de Mangona conso-
brini. Qui Ursus, quia vir valens,
ponitur a Poëta in Purgatorio; &
ille proditor dicitur esse in Inferno
in Caina. Et nominatis istis Tuscis
de Italia, Poëta ultimo subnectit
quemdam nobilem spiritum de Gal-
lia, indigne infamatum & occisum.
Ad cujus cognitionem debes scire,
quod spiritus iste fuit quidam Gall-
icus vocatus Petrus de la Broccia,
intimus Consiliarius & Secretarius
Philippi Pulcri Regis Franciae; qui
quia omnia poterat apud Regem
suum, sicut Petrus de Vineis apud
Fridericum II. Imperatorem Roma-
norum, incurrit odium Curialium

A ex invidia. Et ipsa Regina conce-
pit grave odium contra eum, quem
vir suus tantum diligebat. Unde fal-
so accusavit ipsum Regi, quod scri-
pserat sibi literas venereas. Propter
quod Rex nimis credulus, subito ac-
census ira & furore, fecit innocen-
tem injuste suspendi. Sicut legitur
de Ottone Imperatore, qui fecit de-
capitari Militem suum optimum fal-
sa accusatione uxoris suae, quam
tamen postea cremari fecit, veritate
aperta. Dicit ergo Poëta;

- - - - - *e l'anima divisa*

*Dal corpo suo per astio, e per in-
veggia;*

Scilicet, violenter separatam in-
vidiâ,

C *Come dicea, non per colpa commisa.*
Idest, non quia de rei veritate esset
in culpa, cujus accusatus fuerat. Et
dicit; *Come dicea*; idest, sicut ipse
referebat mihi. Tamen infamiâ la-
borabat contra eum vulgo. Sed Dan-
tes, qui fuit Parisius, post exilium
suum, exploratâ diligenter veritate
hujus rei, dignum duxit, ipsum po-
nere salvum in Purgatorio, & red-
dere sibi bonam famam, sicut fece-
rat Petro de Vineis in Inferno. Et
quia Poëta erat lautus nimis, clause
declarat se, dicens:

Pier de la Broccia, dico, - - - - -

& quia ipse nunc describit Purgato-
rium, & tendit ad poenitentiam; ideo
invitat ipsam Reginam ad poeniten-
tiam hujus peccati in vita, dicens;

- - - - - *la Donna di Brabante,*

idest, Regina Franciae, quae erat
filia Ducis Brabantiae,

- - - - - *qui proveggia,*

scilicet, ut poenitentiam agat in
mundo de morte innocentis, quem
falso accusavit per invidiam,

Mentre è di quà, - - - - -

Scilicet, in hac vita;

Si che però non sia ài peggior greggia.
Quasi dicat; ne sit de grege damnatorum in Inferno.

Ad Versf. 58.

Ma vedi là un' anima - - - - -

Nunc Poëta describit virum singularem, compatriotam Vergilii. Ad cuius intellectum debes prius scire, quod hic novus spiritus fuit quidam Civis Mantuanus nomine Sordellus, Nobilis & prudens Miles, & Curialis, & ut aliqui volunt, tempore Eccelini de Romano; de quo audi- vi (non tamen affirmo) satis joco- sum novum, quod breviter est talis formae. Habebat Eccelinus quamdam sororem suam valde veneream, de qua fit longus sermo Paradisi Cant. IX. Quae accensa amore Sordelli, ordinavit caute, quod ille intraret ad eam tempore noctis per unum ostiolum posterius juxta coquinam Pa- latii in Civitate Veronae, & quia in strata erat turpe volutabrum por- corum, sive pozzia brodiorum, ita ut locus nullo modo videretur suspe- ctus, faciebat se portari per quem- dam servum suum usque ad ostiolum, ubi Cunitia parata recipiebat eum. Eccelinus autem hoc scito, uno sero ornatus sub specie servi, transporta- vit Sordellum, deinde reportavit. Quo factò, manifestavit se Sordello, & dixit: *Sufficit. De cetero abstineas accedere ad opus tam sordidum per lo- cum tam sordidum.* Sordellus terrefa- ctus suppliciter petivit veniam, promittens nunquam amplius redire ad sororem. Tamen Cunitia maledicta traxit eum in primum fallum. Qua- re ipse timens Eccelinum formida- bilissimum hominum sui temporis, recessit ab eo, quem Eccelinus, ut quidam ferunt, fecit postea trucidari. Nunc ad literam. Dicit Vergi- lius Danti: *Ma vedi là, scilicet, teorsum,*

- - - - un' anima, ch' a posta

Sola soletta - - - - -

Et heic nota, quod Poëta ponit Sor- dellum separatum a multitudine ma- gna ceterarum animarum, ratione excellentiae. Quia fuit vir singularis virtutis in mundo, licet impenitens in vita. Ergo ponit Sordellum so- lum, sicut Saladinum in Inferno. Vel ponit hanc animam solam, idest solitariam; unde audio, quod fecit Librum, qui intitulatur *Thesaurus Thesaurorum*, quem numquam vidi. Et dicit:

- - - - verso noi riguarda,

Et non currit ad videndum nos, si- cut alii fecerunt, quia non videbat umbram, vel quia magnanimus erat. Et dicit:

Quella ne 'nsegnerà la via più tosta. idest, leviolem ascensum. Et osten- dit, quomodo venerunt ad eam, di- cens:

Veninimo a lei. O anima Lombarda, quia de Mantua erat, Civitate Lom- bardiae. Quasi dicat: o anima admi- rabilis inter Lombardas!

Come ti stavi altera e disdegnosa.

Quia Sordellus fuit indignantis na- turae, & alti animi, quando vide- bat vel audiebat turpia & inhonc- sta. Unde dicit:

E nel muover degli occhi onesta e tarda. Quia erat vir bene compositus, & bene moratus.

Ad Versf. 76.

Abi serva Italia, di dolor' ostello!

Poëta facit unam digressionem, per quam invehit contra Italiam, & principales auctores desolationis ejus. Primo ergo sumta occasione ab actu duorum proborum Civium, qui o- stenderunt habere tantam caritatem ad patriam, considerans discordias civiles Italicorum in generali, ex amara indignatione exclamat: *Abi*

adver-

adverbium dolentis, quasi dicat: dolenter dicam: *Serva Italia*, quae solebat esse libera, & liberrima, & donare libertatem gentibus, ut dixi Cant. I. hujus Libri. *Di dolore ostello*, idest, hospitium, & domicilium.

Nave senza Nocchiero - - - - -
idest, carens Principe gubernatore,
- - - - - *in gran tempesta.*

Non Donna di Provincie - - - - -
Quae solebas esse Regina Regnorum,
- - - - - *ma bordello!*

Et nota metaphoram pulcram. Sicut enim in lupanari venditur caro humana pretio sine pudore, ita *meretrix magna*, idest Curia Romana, & Curia Imperialis vendunt libertatem Italicam. Sicut etiam ad postribulum vadunt indifferenter omnes volentes cum delectatione, ita ad Italiam concurrunt omnes barbarae nationes cum aviditate ad ipsam conculcandam tamquam meretricem prostitutam. Et assignat Poëta causam suae exclamationis dolorosae, dicens:

Quell' anima gentil - - - - -
idest, Sordellus, verè nobilis virtute animi, ut audisti;

- - - - - *fu così presta*
Sol per lo dolce suon de la sua Terra,
scilicet, Mantuae,

Di fare al Cittadin suo quivi festa.
scilicet, Vergilio. Et tamen uterque erat mortuus, & unus numquam noverat alterum, quum Vergilius fuerit per tot secula ante Sordellum.

Et ora in te non stanno senza guerra
Li vivi tuoi - - - - -

Scilicet, moderno tempore, qui nunc vivunt in te, Italia. Et quod pejus est. non sine civili bello & plusquam civili. Bene dicit:

- - - - - *e l'un l'altro si rode,*
tamquam canes,
Di quei, ch' un muro & una fossa serra.

A idest, qui habitant in eadem Civitate, vel Terra, & eadem domo, & eadem arcâ. Quia multi in morte sepeliuntur simul, qui non possunt stare simul in vita.

Cerca, misera, - - - - -
Heic Poëta revertitur ad exclamandum contra Italiam, & confirmans quod dixit, dicit, *misera*, scilicet, Italia, cujus nullus miseretur.

B - - - - - *intorno da le prole,*
idest, ripas,
Le tue marine - - - - -
idest, Terras marinas,

- - - - - *e poi ti guarda in seno,*
idest, in medio, scilicet, Terras mediterraneas;

C *S' alcuna parte in te di pace gode.*
Et heic, Lector, me excusabis, qui antequam ulterius procedam, cogor facere invektivam contra Dantem. O utinam, Poëta mirifice, revivisces modo; Ubi pax, ubi tranquillitas in Italia? Faciliter videbis, o Dantes, quod aliqua particularia mala tuo tempore premebant Italiam. Et illa quidem parva & pauca. Numeras enim inter damna Italiae carentiam Principis, & discordiam quarundam Familiarum. Nunc autem pejora facta nos premunt, ita ut dicere possim de tota Italia, quod Vergilius tuus de una Urbe dixit:

Crudelis ubique
Lutus, ubique pavor, & plurima
mortis imago.

E Pro certo Italia non est passa talia tempore tuo, non tempore Annibalis, non tempore Pyrrhi, non tempore Gothorum aut Langobardorum. Atila enim non legitur transisse Apenninum, nec Totila Padum, sed solum vastavit Regnum & Romam. Quanto ergo excusabilius, si fas esset, possem exclamare ad Omnipotentem, quam tu, qui in tempora feli-

felicia incidisti, quibus nos omnes nunc viventes in misera Italia possumus invidere? Ipse ergo, qui potest, mittat amodo Veltrum, quem tu vidisti in somno, si tamen umquam venturus est.

Che val - - - - -

Hei Poëta aggravat miseriam Italiae. Quia si Italia olim fuit oppressa a Barbaris post Imperium translatum in Graeciam, tamen habuit aliquando relevantem & reformantem eam. Dicit ergo: *che val?* quasi dicat, nihil.

- - - - *perchè ti racconciasse il freno*

Giustiniano - - - - -

Iustus Imperator gubernaculum & regimen Legibus fecit, quae constringunt hominum vitas; & armis, quia liberavit Italiam de manibus Gothorum, ut pulcre scribitur Paradisi Cant. VI.

- - - - *se la sella è vota?*

Scilicet, sessor, idest, si Sedes Imperii caret Imperatore, qui stat in Germania, ut statim patebit. Et dicit:

Senz' esso fora la vergogna meno.

Idest, verecundia foret minor sine ipso fraeno. Simile dicit Bachonus de Romanis, quod si fuissent semper servi, ut multi barbari, minus moleste ferendum esset. Et continuo invehit contra Pastores Ecclesiae, qui non permittunt Imperatorem regnare in Italia. Dicit ergo:

Abi, gente - - - - -

Idest, dolenter refero, gens Sacerdotalis. Et non dicas, gens Italica, sicut quidam exponunt, & non bene:

- - - - *che dovești esser divota,*

Scilicet, Deo, & vacare spiritualibus, & temporalia dimittere Imperatori. Unde dicit:

E lasciar seder Cesare in la sella.

quae est vacua sessor. Nota, quum dixit Christus: *Reddite quae sunt Cae-*

A *saris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo,* quasi dicat: si non vis aliter intelligere & exponere illud dictum Domini Jesu Christi. Et heic nota, ut videas, quod Poëta iuste increpat prohibentes Imperatorem esse in Italia. Quod in MCCXCVIII. Albertus Dux Austriae, Rodulphi Caesaris primogenitus, peremto Adulpho electo, in proelio, successit illi in Regno. Qui anno sequenti misit Legatos ad Bonifacium, significans se velle venire ad Sedem Apostolicam, suscepturus de more Coronam. Quibus Papa respondit, quod Albertus non erat electus legitime, & quod erat indignus Imperio, quia adversus Regem Dominum suum bellum iniuste moverat, & proditorie illum occiderat. Et sedens armatus in folio, & ense cinctus, & habens in capite Imperiale Diadema, tenensque manum ad capulum ensis cincti, dixit: *Nonne ego possum Imperii jura tueri? Ego sum Caesar.* Postea orta discordia inter eum & Philippum Regem Franciae, Bonifacius fecit foedus cum Alberto, & ipsum vocaverat. Eo tempore captus est in sua Civitate Anagninae.

Guarda com' esta fiava è fatta sella &c. Heic Poëta invehit contra Albertum praedictum, qui neglexit venire, quum posset, ad liberandum Italiam. Ordina sic literam, & descende infra, & dicas:

E *O Alberto Tedesco* - - - - -

Electe Imperator,

- - - - *ch' abbandoni*

Costei, - - - - -

Idest, Italiam,

- - - - *ch' è fatta indomita e selvaggia,*

Idest, rebellis, & inobediens Imperio, quia non venisti ad illam domandam;

E douvesti inforçar li suoi arcioni.

Idest, equitare eam :

Guarda com' esta fiera - - - -

Scilicet, Italia,

- - - - è fatta fella.

Idest, prava,

Per non esser corretta da gli spioni.

Idest, Imperialibus;

Poi che ponesti mano a la predella.

Idest, postquam assumpsisti regimen istius ferae belluae & fraenum. Scio tamen, quod communiter alii trahunt istam literam ad *ly gentem*, non ad *Albertum*. Et exponunt sic: Tu Papa respice, quomodo Italia facta est fellea, quia tu non permisisti Imperatorem venire, & assumpsisti in te regimen.

Giusto giudicio, - - - - -

Heic Poëta imprecatur Alberto malum ob dictam culpam, dicens:

- - - - - da le Stelle caggia,

Sovra 'l tuo sangue.

Scilicet, iudicium divinum veniat super te. Et heic nota, quod istud evenit de facto. Nam in MCCC-VIII. Calendis Maji Albertus praedictus fuit gladius ab uno suo nepote proditionaliter in transitu unius fluminis, descendens de navi. Causa fuit, quod dictus Albertus occupabat sibi partem hereditatis Ducatus Austriae. Ponit ergo hoc factum tamquam futurum, quia habet respectum ad tempus suae visionis, non ad tempus, quo scripsit, sicut saepe idem ostendi in Inferno in multis dictis, quae videntur prophetica, quum tamen non sint. Et ideo dicit:

- - - - e sia nuovo & aperto,

quia bene fuit iudicium satis extraneum & manifestum; & dicit:

Tal che 'l tuo Successor remenza n'aggia.

Idest, territus exemplo tui, descendat in Italiam. Et certe Henricus

Tom. III.

A

de Lucimborgo bene studuit reformare Italiam; licet non potuerit, morte praeventus, ut scribitur Paradisi Cant. XXX. Et assignat causam imprecationis factae, dicens:

Ch' avete, tu - - - -

Idest, o Alberte, qui debebas magis accendi ad veniendum per mortem Bonifacii, quia promiseras sibi, & in odium Regis Franciae;

B

- - - - e 'l tuo Padre, sofferto,

Scilicet Rodulphus, qui fuit potentissimus & valentissimus, de quo dicitur plene Cant. sequenti. Et ostendit se venire, & omnes Italici fuerunt valde territi, & Florentini deliberabant parere mandatis. Ideo Dantes vult dicere tacite: Si Rodulphus venisset Florentiam, non evenissent illa scandala, & ego non essem exul. Vos, dico,

C

Per cupidigia di costà distretti,

Scilicet, in Alemannia. Quasi dicat: Tu & pater tuus, capti & reventi cupiditate ampliandi Regnum & potentiam in Alemannia, avete sofferto, idest sustinuisistis, quod Italia destrueretur, quum tamen ceteris curis postpositis debuistis potius totis viribus intendere ad reformandam Italiam, quae sola poterat vobis dare Imperium orbis terrarum. Ideo dicit:

D

Ch' 'l giardin dell' Impero sia deserto.

Idest, Italia. Et heic nota bene, quod Italia est pulchrior domus mundi, cujus arx, sive caput est Roma, cujus gloriae totus orbis terrarum angustus fuit, Tuscia est ejus Camera, quia est pars ornatissima & ordinatissima hujus mundi, vel domus, in qua morantur pulchrae puellae, sicut in camera. Et ubi fiunt secreta consilia, sicut in camera. Lombardia est Sala, quia ibi sunt magnae Potentiae. Ibi fiunt magnifica convivia. Amplae enim sunt gulae Lom-

E

N n

bar-

bardorum communiter. Romandiola est Hortus Romanus, tota virens, tota fertilis & amoena. Marchia Anconitana est Cellarium, quia ibi sunt vina suavissima omnium, olea, mela, ficus. Apulia est stabulum, quia ibi sunt nobilissimi equi: ibi paleae, foena, stramina, camporum planities: & ibi facta sunt magna bella campestria, ut Auctor jam dixit Cant. XXVIII. Inferni. Marchia Trivisana est Viridarium hujus nobilissimae domus, habens arbores altas floridas, Venetias, Veronam, & Paduam. Habet etiam ista domus multas alias pulcras & accommodas mansiones, de quibus esset longum profequi. Sed principaliora tetigi: Sed haec Italia fuit semper magnis bellis sonans. Bene scribit Vergilius, quod Anchises pater Aeneae, veniens in conspectum Italiae, viso equo a longe, clamavit:

---- „ bellum Terra hospita portas!

Vieni a veder ----

Haec Poëta improperat quaedam particularia damna Urbium Italiae, quorum ipse videtur causa, & qui poterat faciliter medicari. Dicit ergo:

---- Montecchi e Cappelletti.

Istae fuerunt duae clarae Familiae Veronae, quae habuerunt diu bellum cum alia Familia nobilissima, scilicet cum Comitibus de Sancto Bonifacio. Nam Monticuli Comites cum favore Eccelini de Romano ejecerunt Azonem II. Marchionem Estensem Rectorem illius Civitatis. Sed ipse in manu forti cum Comite Umberto Sancti Bonifacii, Monticulis acie debellatis, reintravit Veronam, ubi finem vitae feliciter terminavit. Et dicit:

Monaldi e Filippeschi; ----

Istae fuerunt duae nobilissimae Domus de Urbe veteri.

---- nom senza cura.

A Quia tota die inter se rixantur, nec est qui curet. Et dicit:

Color già tristi ----

Scilicet Monticulos, quia jam exules & dispersos.

---- e costor con sospetti.

B Scilicet, Monaldi & Filippeschi, quia timent sibi de eorum ruina. Et ex indignatione ingeminat exclamationem, & dicit:

Vien crudel, vieni. ----

Crudelis, quia negligens curam tot Nobilium privilegiorum ab antiquis Imperatoribus Romanis. Unde dicit;

---- E vedi la pressura

De' tuoi gentili. ----

C Idest, oppressionem tuorum Nobilium.

---- e cura lor magagne.

Quia sunt sine cura. Et inter ceteros,

E vedrai Santafior, come si cura.

D Isti Comites de Sancta Flora fuerunt olim potentissimi in Maritima Senarum. Et jam tunc Senenses distribuiebant eos. De qua materia dicitur infra Cant. XI.

Vien' a veder ----

Haec ultimo objicit Alberto aliud majus malum, quod praeponderat ceteris, scilicet, desolationem almae Urbis, quae est caput Orbis. Unde dicit:

---- la tua Roma,

Quia diceris Rex Romanorum.

Che piagne,

E idest, deplorat suam desolationem.

Vedova sola ----

Sine Principe, Sponso & Protectore ejus. Sicut olim primi Principes Alamanni, sicut Ottones, consolati sunt eam, ideo invocat auxilium tuum. Unde dicit:

---- e di e notte chiama,

Cesare mia ----

idest,

idest, Imperator,

---- perchè non m'accompagne?

Ne fiam praeda omnium. Et ut cito dicam:

Vieni a veder la gente ----

scilicet, Italicam,

---- quanto s'ama.

Et quia Albertus posset dicere ad sui excusationem: Non amo vos, ex quo non amatis vos invicem, B respondet:

E se nulla di noi pietà ti move,
hoc est, si aliqua compassio nostrarum miseriarum,

A vergognar ti vien della tua fama.
Quia reputaris pius, & non es; & quia pressura servi cedit in dedecus domino. Sed certe praedicti duo Caesares minus male fecerunt in non veniendo in Italiam, quàm hic modernus Imperator Carolus de Lucimburgo, nepos boni Henrici VI. de quo dictum est. Qui bis venit in Italiam, maxime secundâ vice, tempore Urbani V. cum terribili exercitu, ab omnibus expectatus, & servitricibus Harpyas praeferebat loco triumphalium Aquilarum, ab omnibus pecunias accepit, & omnium libertates, quas potuit, vendidit. Vivet ergo infamia semper ejus.

E se licito m'è.

Nunc Poëta iratus & turbatus ex praedictis, quae videntur contingere sine ullo ordine divinae Providentiae, quae non videtur curare jacturas naufragantis Italiae, exclamat ad Deum dicens: *E se licito m'è*, supple, dicere. Et facit colorem, qui dicitur Licentia, quia non licet:

---- o sommo Giove:

idest, Omnipotens Aeterne Deus. Et loquitur poëtica. Nam Poëtae gentiles capiunt Jovem pro summo Deo:

Che fosti in terra per noi crocifisso,
& ideo non deberes ita avertere oculos tuos a nobis. Unde petit:

A *Son li giusti occhi tuoi rivolti altrove?*

quàm ad Italiam? Quasi dicat: An videris removisse oculos tuae pietatis ab Italia, & benigne respicere aliam partem? An est verum, quod tu facis hoc in tuo secreto consilio, quia permittis aliqua mala fieri, ut inde elicias aliquem bonum effectum occultum & incognitum nobis? Unde dicit:

O è preparation, ----

idest, praeordinatio,

---- che ne l'abisso,

idest, in profunditate, quia Judicia Dei abyssus multa,

Del tuo consiglio, ----

idest, Providentiae tuae. Et ecce quare;

---- fai per alcun bene

In tutto da l'accorger nostro scisso.

Idest, totaliter divisum & alienum a cognitione nostra, quia oculus noster infirmus non valet cernere. Alia tamen litera habet:

In tutto per corregger nostro scisso.

idest, ut omnino corrigas nostram divisionem. Sed prima litera est melior, & magis de intentione Poëtae. Et assignat Poëta causam exclamationis factae in Deum, ne videatur nimis temerarius. Unde dicit:

Che le Città d'Italia, ----

non aliarum provinciarum communiter,

---- tutte piene

Son di Tiranni ----

E Immo etiam Tyrannulis. Unde dicit, & quod multo pejus est,

---- *Et un Marcel diventa*

Ogni Villan, che parteggiando viene.

Vult Poëta dicere tacite, quod sicut olim Marcellus ex magna affectione praesumpsit & insurrexit contra Caesarem primum Imperatorem, ita hodie omnis Castellanus & Villanus

N n 2

prae-

praesumit & insurgit contra Imperatorem. Et bene iudicium venit supra dictum Marcellum, nam quum Caesar clementissime donasset sibi vitam, quidam servus ejus crudelissime gladio eripuit.

Fiorenza mia - - - - -

Poëta noster, ne videatur oblitus suae Florentiae, de qua nihil dixerat adhuc in isto Purgatorio, facit specialem invektivam contra eam, quam inter Civitates Italiae praefens negotium tangit. Et alloquitur eam pulcris scommatibus, continuo ironizans; unde dicit:

Fiorenza mia, ben puoi esser contenta &c.

Ad Vers. 142.

Verso di te, che fai tanto sottili

Provedimenti, ch' a mezzo Novembre

Non giunge quel, che tu d' Ottobre fili.

Quasi dicat, quod aliquando Statuta & Ordinamenta tua non servantur per mensem cum dimidio. Et non videatur tibi irridenda metaphora, quia est propria. Vult enim dicere: Opera tua sunt feminea, & parum durant, & cito rumpuntur, ut filum mulieris, licet videantur subtilia. Et hoc declarat petens:

Quante volte - - - - -

idest, multoties,

- - - - - *Del tempo, che rimembre,*

idest, tempore nostro recordaris,

Hai tu mutato

Legge, - - - - -

Quia omni die fiunt ibi novae Reformationes; quod est pessimum, quoniam, ut dicit Philosophus, *assuescere mutare Leges, est assuescere non obedire Legibus*; ideo Leges etiam minus bonae sunt servandae.

- - - - - *Moneta,* - - - - -

Quia novas pecunias fecerunt,

- - - - - *& Officio* - - -

Quia nunc Consules, nunc Antianos, nunc Priores habuerunt.

A - - - - - *e Costume.*

Quia mores mutantur ibi de die in diem, quia Florentini discurrentes per mundum, reportant varios mores alienigenarum in partibus suis, scilicet in patriam suam, ut potes videre in mulieribus eorum.

Ad Cant. 7. Vers. 89.

Da questo balzo meglio gli atti e' volti

Conoscerete voi di tutti quanti,

Che ne la lama giù tra essi accolti.

Idest, quàm si essetis aggregati cum eis intra illam planitiem cavatam, ad denotandum, quod fama istorum interdum magis sonat a longe, quàm a prope, juxta illud Claudiani.

„ - - - - *minuit praesentia famam.*

Colui, che più siede alto, - - - -

Heic Sordellus nominat spiritus electiores, & primo principalem Principem, scilicet unum Imperatorem. Ad cujus cognitionem est primo sciendum, quod Rodolphus genere Germanus, Comes, pater Alberti, sua probitate factus est Dux potentissimus. Nam acquisivit Austriam, quae vacabat morte Ducis, qui fuerat decapitatus similiter cum Conradino. Cujus fecit Ducem Albertum filium suum. Et regnavit Rodolphus annis XX. Et electus Imperator habuit grave bellum cum Rege Bohemiae potentissimo Anno Domini MCC-LXXVII. Qui potentiâ & opulentiâ suâ indignabatur parem sibi. Propter quod Rodolphus cum magno & forti exercitu ivit contra eum. Cui Rex potenter occurrit, & commisso acerrimo proelio inter tam fortes gentes, Rex Bohemiae acie peremptus est cum magna strage bellatorum. Et sic Regnum Bohemiae venit sub jugum Rodulphi. Sed postea fecit pacem cum filio Regis mortui, & fecit ipsum venire ad se sedentem in sede per
mc-

B

C

D

E

medium luti. Et illum stantem genibus flexis in luto conciliavit sibi, praesentibus omnibus Baronibus. Et dedit sibi filiam in uxorem, & Regnum restituit. Et sic superbum humiliavit. & humiliatum exaltavit die XXVI. Augusti. Et sic vide, quare Poëta ponit ipsum salvum. Nam Rodolphus iste fuit magnanimus, magnificus, justus, sine dolo, timens Deum, victor in bello, multum formidatus ab Alamannis & Italicis. Et certe si voluisset venire in Italiam, sine resistentia erat Dominus. Ideo Auctor arguit eum negligentiae heic & in praecedenti Cantu. Ad literam igitur. Poëta praemittit Rodolphum cunctis, quia habuit Principatum Romanum, quo nullus est altior in Orbe Christiano: sed arguit eum negligentiae, dicens: *Colui, che più siede alto, supereminens omnibus, quia Imperator,*

----- e fa sembianti,

ideft, ostendit in apparentia,

D'aver negletto cid, che far dovea.

Nam debebat venire Romam, ut reciperet Coronam Imperii, & visitare & corrigere Italiam, deinde facere transitum ad recuperandam Terram Sanctam; immo principaliter ad istum finem Papa Gregorius X. de Placentia fecerat ipsum eligi in Imperatorem. Quae omnia facere neglexit cupiditate potentiae in Germania, ut Auctor tetigit Cap. praecedenti; immo visus est diminuere jura Imperii in Italia, quia resignavit Bononiam, & Romandiolam Ecclesiae & Papae Nicolao de Urfinis. Ideo dicit:

E che non muove bocca a gli altrui canti.

Quia dolet & erubescit de negligentia sua;

Ridolfo Imperator fu -----
electus,

A ----- *che potea*

Sanar le piaghe, -----

ideft, partialitates & divisiones,

----- cb' hanno Italia monta;

ita quod forte numquam revivifcet.

Si che tardi per altro si vivea.

Idest, reformatur per Henricum Imperatorem de Lucimborgo, qui licet descenderet cum bono animo, non potuit erigere Italiam, ut tactum est in praecedenti Capitulo, & tangeretur plenius Cant. XXX. Paradisi.

L' altro -----

Heic Sordellus nominat alium, scilicet Regem Bohemiae, qui fuit gener dicti Rodulphi, & eodem tempore, satis magnae virtutis.

----- che ne la vista lui conforta;

C sicut confortaverat eum in vita, ut perficeret dicta sua debita;

Resse la Terra, -----

scilicet, Bohemiam, quam describit a fluminibus suis, dicens:

----- dove l'acqua nasce,

scilicet, fluvius Melottus, (vel Moldava)

Che monta in Albia. -----

D Idest, expressa inferius. Albia est flumen, quod derivatur ab Alamannia, de quo Lucanus in Secundo. Vel secundum aliam literam *Molta* a mulgeo, sicut *Monta* a mungo. Vel est ipsum nomen fluvii.

----- & Albia in mar ne porta.

Melottus est fluvius magnus, qui labitur per medium Pragae Urbis, ubi Imperator habet hodie sedem. Et exprimit nomen & virtutem ejus, dicens:

Ottachero ebbe nome; -----

Et dicit, quod pater fuit melior filio multum, unde dicit:

----- e ne le fasce

Fu meglio assai, -----

ideft, in regalibus honoribus,

I I

----- *che*

----- *che Vincislao suo figlio.*

Barbuto, -----

qui tunc regebat, & habebat barbam
valde magnam juxta illud:

*Est bene barbatus, sub Mercurio
generatus.*

Vel dic, & verius, quod pater fuit
melior in infantia, quando ligatus
in fasciis vagiebat in cunabulis,
quam filius, postquam fuit juvenis
jam barbatus. Loquitur hyperbolice.
Quod optime probat, dicens;

----- *Cui* -----

ideft, quem Vinceslaum;

----- *luffuria & otio pafce.*

Quia adhuc vivebat. Quae duo vi-
tia sunt valde detestabilia in uno
vulgari, nedum in Rege. Nam otio-
fitas & voluptas arma sunt hostis an-
tiqui. ad miseris animas captivandas.

E quel Nafetto, -----

Heic Sordellus nominat alios duos
Reges simul. Ad cognitionem primi
oportet heic scire, quod multi di-
cunt, quod iste, qui mortuus est,
desflorando Liliū, fuit bonus Lu-
dovicus Franciae Rex, qui fecit pas-
fagium primo contra Soldanum in
Aegyptum, ubi fuit captus & dimif-
sus; secundo in Barbariam contra
Tunitium, ubi amisit magnam par-
tem exercitus pestilentia, & ipse in-
firmatus, mortuus est etiam in itine-
re. Sed nullo modo potest intelligi
de praedicto, tum quia non est mor-
tuus desflorando Liliū, fugiens,
tum quia iste fuit vir Sanctus, &
est positus in Catalogo Sanctorum.
Ideo non debet poni heic in numero
negligentium. Dicendum ergo est,
quod potius Poëta loquitur de filio
ejus, qui vocatus est Philippus Na-
fellus. Ideo ulterius debes scire, quod
iste Philippus fuit cognatus Donni
Petri Regis Aragonum, quia habuit
sororem ejus in uxorem. Qui audita

A rebellione Siciliae, quam dictus Pe-
trus eripuerat Carolo I. patruo ejus
Philippi, juravit facere vindictam
de proditione, quam fecerat Domui,
scilicet Franciae. Igitur Anno Do-
mini MCCLXXXIV. Philippus, San-
cti Ludovici filius, facto maximo
apparatu, cum numerofo exercitu
viginti millium equitum & octua-
ginta millium peditum Crucesigna-
torum Francorum, Provincialium,
B & Theotonicorum, cum maximo the-
sauro recessit de Francia cum Phi-
lippo, & Carolo suo filio, & cum
uno Cardinali Legato Papae, & ivit
Narbonam, causâ subjugandi Arago-
niam. De qua Carolus filius ejus
erat privilegiatus ab Ecclesia Roma-
C na. Et per mare armavit in Provin-
cia centum viginti inter Galeas &
alia ligna. Et conjunxit se cum Do-
mino Jacobo fratre Petri & inimi-
co, quia abstulerat sibi Insulam Ma-
joricae, de qua coronaverat Alphon-
sum primogenitum suum. Anno se-
quenti recessit a Narbona, & post
multos labores perveniens in Catalo-
niam, obsedit Civitatem Girundae,
D quam tandem cepit per famem. Pe-
trus prudenter considerans vires Re-
gis Franciae, quibus se imparem sen-
tiebat, noluit committere se proelio
campestri. Sed tantum intendebat ad
impediendum victualia. Et quum se-
mel posuisset se in insidiis, occur-
rente sibi acie electissimorum equi-
tum Francorum, Rex Petrus victus
E est, & vulneratus in facie cum una
lancea, & equo ejus capto per ha-
benas, ipse probus & providus, non
obstante vulnere faciei incidit habe-
nas cum ense, & urgens equum cal-
caribus, exivit de pressura, & eva-
sit a captura. Sed non gerens bo-
nam curam de vulnere, reversus est
ad Villamfrancam, ubi post modi-
cum

cum mortuus est VIII. die Novembris Anno Domini MCCLXXXV., & sepultus honorifice in Barcellona. Philippus amisit classem suam, quam Rogerius de Loria, valentissimus Admiraglius Donni Petri veniens de Sicilia, cum classe invasit, & incendit. Quapropter Philippus videns fortunam sibi adversam, cremato navigio, quo victualia portabantur, concepit tantum dolorem, quod infirmatus est ad mortem. Ex quo Franci compulsi sunt recedere, portantes Regem eorum infirmantem. Magna pars exercitus periit fame, & peste. Et Rex Petrus ante mortem rehaebuit Gerundam. Exercitus Philippi fugiens venit Perpignanum, ubi Rex expiravit die II. Octobris. Et sepultus est apud Sanctum Dionysium. Deinde factus est Rex Philippus filius ejus, qui agnominatus est Pulcher, cum Regina Johanna de Navarra uxore sua. Nunc ad literam. Dicit Sordellus: *E quel Nasetto*, idest Philippus Nasellus. Aliqui tamen textus habent: *Nasuto*; sed male;

- - - - *che stretto a consilio*

Par con colui,

idest loquitur cum illo, in sensu opposito, vel *parla*, idest, videtur ibi in sensu diviso. Est tamen eadem sententia.

- - - - *ch' ha sì benigno aspetto.*

Iste erat Guilielmus Rex Navarrae, filius boni Regis Thebaldi.

Morì fuggendo, e disfiorando il Giglio. Signum Regum Franciae, idest minorando, quia Philippus iste fecerat majorem apparatus contra Aragoniam, quam umquam aliquis praedecessorum suorum. Et istud bellum fuit cum majori amissione hominum & equorum, & impensa pecuniarum, quam umquam per aliqua tempora in Regno Franciae. Nam Rex se-

A | quens & plures Barones fuerunt semper postea in debitis. Ideo notanter Poëta dixit: *e disfiorando il Giglio*. Dicit ergo:

Guardate là, come si batte il petto,
dolens de suo infortunio, & filio vitioso simul cum praedicto Guilielmo. Unde dicit:

L'altro vedete, che ha fatto a la guancia

De la sua palma sospirando letto.

B | Scilicet, Guilielmum praedictum, quia scilicet in gena reclinabat, & pausabat in palma, sicut in lecto, quia ipse etiam dolebat de Philippo genero suo vitioso, licet non tantum. Et declarat, qui fuerunt isti duo Reges, dicens:

C | *Padre - - - -*

scilicet, Philippus Nasellus.

- - - - *e Suocero*

scilicet Guilielmus Rex Navarrae, socer Philippi Pulcri tunc viventis;

- - - - *son del mal di Francia.*

idest, Philippi Pulcri mali, immo pessimi omnium Regum Francorum. Ideo dicit:

D | *Sanno la vita sua - - - -*

idest, illius mali Regis.

- - - - *viziata e lorda.*

Multa & enormia crimina istius Philippi tanguntur infra Cant. XX. Ideo dicit:

E quindi viene 'l duol, che si gli lancia.

idest, dolor ferit ad vivum.

E | *Quel, che par - - - -*

Heic Sordellus nominat simul duos alios Reges modernos Occidentis contemporaneos. Quorum uterque fuit valentissimus, & fuerunt in vita hostes acerrimi. Scilicet Donnus Petrus Rex Aragonum, & Carolus I. cui eripuit Siciliam, pro qua mortuus est ipse Petrus, & Philippus Nasellus, ut patet ex jam dictis; & ipse

ipse Carolus etiam mortuus quasi in uno anno dicta de causa. Unde debes scire, quod Carolus revertebatur de Provincia cum magno apparatu, & cum magna classe, ut iret in Siciliam, & obsideret Messanam. Sed in brevi omnibus sibi adverse cedentibus, concepit tantum dolorem, qui, ut creditur, fuit causa accelerandae mortis. Nam postea mortuus est VII. Januarii die sequenti post Epiphaniam Anno Domini MCCLXXXV. cum vera poenitentia & contritione, & sepultus est Neapoli. Nunc ad litteram: Sordellus describit Petrum praedictum ab habitu corporis & animi, scilicet a virtute, & dat sibi in socium Carolum praedictum, quem describit ab habitu corporis. Dicit ergo:

Quel che par sì membruto, - - - -
scilicet, Petrus Rex Aragonum. Et heic nota, quod hic Petrus fuit valorosissimus Regum Occidentalium suo tempore, strenuissimus in armis, formidatus plusquam aliquis Regum a Christianis & a Saracenis, considerato paupere & parvo Regno suo. Et dat sibi socium valentissimum dicens:

- - - - e che s' accorda,
licet in vita discordasset, quia modò sunt in loco poenitentiae: ideo remiserunt sibi injurias.

Cantando con colui dal maschio naso.
Idest, cum Carolo I. virili valde. Et heic nota, quod iste Carolus fuit magnus & membrutus, colore oleagino, & magno naso, ferocis aspectus, rigidus in justitia, multum vigilans, parum dormiens, solitus dicere, quod dormiendo perdebat tantum temporis; cupidus regni & pecuniae; probus, alti cordis, audax, & constans; verax in promissis, tardiloquus, numquam nimium ridens, honestus & Catholicus, magnus pu-

A gil Ecclesiae. Qui majora fecisset, si non habuisset fortunam adversam in fine, ut dicitur plene Paradisi Cant. VIII.

D' ogni valor portò cinta la corda.
Idest, quia ille Petrus fuit cingulo Militiae decoratus, armatus omni scientia belli, & disciplina militari.
E se Re dopo lui - - - -

B Heic Sordellus nominat post Petrum filium ejus primogenitum, commendans eum, & vituperans fratrem ejus. Unde dicit:

Ben' andava il valor di vaso in vaso.
Idest, bene transfundebatur virtus de patre in filium, si

Lo giovinetto, che retro a lui siede.
scilicet, Alphonfus,

C *- - - - Re dopo lui fosse rimasto:*
idest, supervixisset diutius in Regno. Unde nota, quod tempore mortis, Petrus reliquit in testamento Alphonsum primogenitum Regem Aragoniae, & Jacobum II. Regem Siciliae. Sed Alphonfus parum vixit post mortem patris. Ex quo Jacobus II. frater successit in Regno Aragoniae, & Fridericus tertius frater habuit Regnum Siciliae. Ideo Poëta dicit improperium istorum duorum.

Che non si puote dir de l' altre vede;
quod probat, quia

Jacomo e Federigo hanno i Reami.

Quod hereditarium est fortuitum. Sed

Del retaggio miglior nessun possiede.

E Quia neuter istorum duorum possidet de hereditate paterna virtutem; sed Alphonfus virtuosus fuit patri similis, & nobilis. Sordellus ex hoc subjungit nobilem sententiam dicens:

Rade volte risurge per li rami

L' umana probitate. - - - -

idest, virtus a radice, sicut a patre in filios. Et est ratio, quia anima non est a trunco, sed a Deo. Ideo assignans causam, dicit:

- - - - E

---- E questo vole

Quici, che la dà; perchè da lui si chiami.

idest, recognoscatur a Deo, non ab alio.

Anco al Nasuto ----

Heic Sordellus, quia vituperat utrumque successorem Petri, degenerantem a paterna probitate, nunc refledit sermonem suum ad socium ejus Carolum, & dicit:

Anco al Nasuto vanno mie parole.

idest mordentia ad Carolum praefatum, quem superius describit a mafculo naso, quia habuit magnum nasum, & virilem animum.

Non men ch' a l'altro Pier ----

Regem Aragonum,

---- che con lui canta:

quum tamen contenderit secum in vita de Regno Siciliae occupato ab eo, & vocaverit eum proditorem, & provocaverit ad singulare certamen. Sed assignato loco & tempore, Petrus non comparuit, allegans locum suspectum. Hoc autem creditur fecisse sagaci fraude, ut interponeretur tempus, quo firmaret statum suum in Sicilia, sicut fecit. Vult ergo dicere Sordellus: Idem dico de uno herede Caroli, quod jam dixi de duobus heredibus Petri. Ideo dicit:

Onde ----

a quo Carolo,

---- *Puglia e Proenza già si dolo.*

Propter mortem ejus, quia heres debilis, scilicet Carolus Claudus, successit sibi in Regno Apuliae & Provinciae, quorum primum Carolus vindicaverat a Rege Manfredi, secundum habuerat ex dote uxoris, quae fuerat filia Raymundi Beringerii Comitis Provinciae, ut dicitur plene VI. Cant. Paradisi. Et declarat Sordellus vilitatem heredis Caroli per unam comparationem sub litera satis

Tom. III.

A intricatam. Et vult sententia dicere, quod Carolus Claudus est tantò vilior patre, quantò Petrus Aragonum est melior filiis suis. Dicit ergo:

Tanto è del seme suo minor la pianta.
idest, filius ejus, qui velut planta descendit ex semine patris, tantò minor est probitate, & virtute, quantò

B *Costanza, ----*

quae fuerat filia Regis Manfredi, de qua plene dictum est Cant. III. hujus Libri,

---- *di marito ancor si vanta.*

Idest, gloriatur de meliore marito, scilicet Donno Petro valentissimo.

Quanto più che Beatrice e Margarita.

C Istaе duae erant Nurus dictae Constantiae, altera uxor Donni Jacobi, altera Donni Friderici, quarum neutra poterat gloriari de probi viro, quia ut patet ex dictis, isti duo degenerabant a virtute paterna. Alii tamen dicunt, quod istae duae fuerunt sorores Constantiae: quod non credo.

D *Vedete il Re ----*

Heic Sordellus nominat alium spiritum, illustrem Regem Angliae. Iste fuit Henricus, filius Ricardi valentissimi, qui mirabilia fecit strenue contra Saladinum. Qui Henricus fuit vir bonus, & bonae fidei possessor, sed habuit heredem meliorem, scilicet per contrarium Petri & Caroli, scilicet Adoardum virum valentissimum. Dicit ergo:

---- *il Re della semplice vita*

simplex, & purus, sed non strenuus, sicut pater & filius, scilicet

Seder là solo, Arrigo d'Inghilterra.

Ponit ipsum solum, quia solus fuit simplex in numero Regum Angliae, qui fuerunt communiter astuti valde; vel quia solitarius non gaudebat

O o

bat

bat conversatione hominum, vel quia Anglicus. Anglia enim angulus terrae est reposita in Oceano Occidentali. Unde Vergilius:

„ Et penitus toto divisos Orbe Britannos.

Questi ha ne' rami suoi miglior' uscita.

Scilicet, Rex Henricus Sicilia, & aliis Insulis meliorem filium, scilicet Eduardum, qui tunc vivebat.

Quel, che più basso----

Heic ultimo Sordellus nominat ultimum spiritum minoris gradus. Ad cuius cognitionem est sciendum, quod iste fuit Guilielmus Marchio Montisferrati, vir ferox & crudus, tamen potens & valens. Qui fuit aliquando Capitaneus Mediolani contra Papiam. Iste Anno Domini MCCXC. quum ivisset cum paucis ad Civitatem Alexandriae, Alexandrini ad instantiam Astensium, quibus Marchio erat inimicus, ceperunt eum proditorie, acceptis magnis pecuniis ab Astensibus, qui sunt pecuniosiores omnibus Italicis, ceteris peribus, quia sunt maximi Usurarii. Et mortuus est in carcere praedictorum captivus. Immo unus Civis saltavit crudeliter super corpus defuncti, & cepit caput ejus cum manibus, & percussit ad terram. Alexandrini reputantur homines nimis temerarii in Lombardia, quia interfecerunt Episcopum suum. Ego credo, quod Civitas facta sit ex colluvione multarum gentium, ut dicitur infra Cant. XVIII. Ad literam ergo dicit Sordellus:

Quel, che più basso tra costor s'atterra,

Ponit eum bassioem, quia non fuit tantae dignitatis & potestatis, sicut praedicti. Et si fuit superbus, bene humiliatus est in vita & in morte.

A

Guardando in suso----
scilicet, ad Coelum ex devotione,
---- & *Guiglielmo Mārobese.*

Iste cognominatus est Spata-Longa.
Per cui----

idest, propter cujus capturam,
---- & *Alessandria*----

scilicet, *Alessandria della Paglia* in Lombardia, Civitas valde nova,

B

---- & *la sua guerra*

idest, ipsius Alexandriae,

Fa pianger Monserrato;

Quia spoliatus est Domino suo, qui mortuus est sine herede masculino, & hereditas pervenit ad Imperatorem Constantinopolitanum, qui habuit unam filiam Guilielmi. Est autem Monserratus in finibus Lombardiae Contrata amoena, habens infinita Castella in collibus fertilibus.

C

---- & *Canarvese.*

Contrata est contermina Montisferrato, quae clauditur a duobus brachiis fluminis, quod dicitur Dura, a tertia parte clauditur Pado, a quarta ab Alpibus, & habet fortè CC. Castella. Quae est etiam valde fertilis. Et ipsa similiter plorat mortem Domini sui.

D

Ad Cant. VIII. Vers. 43.

*E Sordello anco. Or' avalliamo omai
Tra le grand' ombre, e parlesemo
ad esse.*

Idest, loquemur aliquibus ex nostris Italicis, ut patebit. Et assignat causam, quia

E

Gratzioso fia lor vederti assai.

Idest, quia erit satis gratum, immo gratissimum istis, videre duos tantos Poetas, qui possint facere de eis memoriam & famam, sicut sapientissimus Rex Robertus honoravit & laureavit novissimum Poetam Petrarcham, qui ubique facit altas commendationes de eo.

Ad Vers. 52.

*Ver me si fece, & io ver lui mi
fei.*

Et manifestat nomen ejus gratulans suae salvationis. Ad cujus cognitionem debes scire, quod iste Ninus fuit nobilis genere & potens, Pifanus origine, qui fuit de Scottis de Pifis. Et fuit Judex Gallurae in Sardinia. De quo dictum est Inferni Cant. XXII. Et expulsus de Civitate Pifarum proditione Comitis Ugolini, ut dictum est Inferni Cant. XXXIII. confoederavit se cum Florentinis & Lucanis, & magnum bellum fecit, tamquam strenuus, contra Pifas, scilicet in MCCC., sed paulo post mortuus est in Castro Sancti Miniati. Ideo Poëta, qui noverrat benignam naturam hominis in vita, & ejus bonam dispositionem in morte, ponit ipsum salvum. Dicit ergo:

Giudice Nin gentil. ----

Ad Vers. 64.

*L' uno a Virgilio, e l' altro ad un
si volve,*

Che sedea li ----

Scilicet, Conrado Marchioni Malespinae, qui erat sibi socius & familiaris, sedens cum aliis in loco basso, quia iste erat Italicus, & vicinus suus, & magis par, quam illi Principes & Magnates. Ideo statim Ninus convertit se ad illum, ex admiratione.

----- gridando: Su Currado &c.

Ad Vers. 72.

Là dove a gl' innocenti si risponde.

Quia Deus exaudit preces innocentum justas. Et ista erat virgo puella puera. Unde ad intelligentiam claram istius literae & sequentis, debes scire, quod iste nobilis Ninus habuit in uxorem illustrem Dominam Beatricem, sororem Domini Mar-

A chionis Estensis Azonis III. famosi, de quo jam supra facta est mentio Cant. V. hujus Libri, & alibi saepe. Ex qua genuit filiam, quae vocata est Johanna. Ipse verò mortuus est sine masculina prole. Post cujus mortem uxor ejus nupsit Domino Galeatio Vicecomiti, Capitaneo Mediolani, & filia ejus nupsit Domino Ricardo de Camino, Domino Tarvisii. Ideo Ninus rogat Dantem, ut dicat filiae suae, quod roget pro eo, quia uxor sua non videtur amplius curare de eo.

Non credo ----

C Heic Ninus ostendit, quare non commendat se uxori, quia non credit, quod amplius curet de eo, sicut simile dixit supra Boncontes de Montefeltro de Johanna uxore sua. Dicit ergo: Et dico de filia, quia non credo,

---- che la sua madre ----

D idest, Beatrix uxor mea, quae sic vocata est a Beatrice quondam Aldrovandini Marchionis filia, quae nupsit Andreasio Regi Hungariae, mulier magnanima valde,

----- più m'ami.

Sicut prius amabat in vita;

E *Poscia che trasmutò le bianche vende,* quas portabat in viduitate; idest postquam transvolavit ad secundas nuptias Domini Galeatii. Per hoc nota, quod Poëta tacite tangit vanam curam quorundam, qui ex nimio amore, quem habent ad uxores, a quibus videntur diligi in vita, non credunt, quod post mortem servetur par debitum, aequalis amor, & mutua fides conjugii: ideo iste divinat sibi malum, dicens:

Le quai ----

scilicet, bindas albas,

--- convien, che misera ancor brami.

Quia scilicet deveniet ad talem statum, quod vellet libenter esse in primo statu viduitatis. Et sic fuit de facto. Quia vir suus secundus expulsum de Mediolano, factus est stipendiarius Castrucci in Tuscia, ubi mortuus est. Et ex hoc Ninus arguit ab uxore sua ad alias instabilem amorem mulierum, dicens:

Per lei assai di lieve si comprende.
Id est, per unam faciliter cognoscitur de aliis.

Ad Vers. 79.

Non le farà sì bella sepoltura.

Heic Ninus probat, quod ista non bene fecerit nubendo secundo viro, quia non erit sibi tam honorabile post mortem dici uxor Galeatii, sicut si diceretur uxor Nini. Dicit ergo:

La Vipera - - - -

Insignium Vicecomitum de Mediolano:

- - - - che i Milanesi accampa;

id est, quam Mediolanenses portant in campo, quia Galeatius erat tunc Dominus Mediolani;

Non le farà sì bella sepoltura,
hoc est tam honorabilem,

Com' avia fatto il Gallo di Gallura.

Nam Gallus est insignium Judicum Gallurae. Quasi dicat: Pulcrius fuisset sibi, quod in epitaphio sui in titulo sepulturae legeretur: *Heic jacet Beatrix, uxor Judicis Nini de Gallura*, quam quod legatur, *Uxor Domini Galeatii de Mediolano*. Et dicunt communiter Exponentes, quod Ninus erat nobilior & melior illo. Sed de hoc non facio curam heic; sed dico, quod loquitur subtilius, & vult dicere: Major honor erat huic illustri mulieri, dici uxor unius viri tantum, scilicet primi, quam secundi; ita quod tacite tangit eam, quod nupsit secundo. Sed

A ulterius non erit superfluum considerare heic, quod Poëta noster non sine quare descripsit heic incidenter istam Domum Mediolanensem ab Insignio; quia Armatura ista terribilis, & Domus fuit nimis potens diu in Lombardia. Circa potentem Domum est sciendum, quod primus promotor Domus Vicecomitum, fuit Cardinalis Octavianus de Ubaldinis, qui fecit fieri Ottonem Vicecomitem, Capellanum suum, Archiepiscopum Mediolani. Qui vir astutissimus rogavit eundem, ut faceret fieri Raymundum de la Turre Patriarcham Aquilejae, ut illi de domo sua sequerentur cum. Et sic factum est. Qui Raymundus tenuit Patriarchatum XXVI. annis. Et fuit frater Domini Alamanni, qui primus fuit Capitaneus Mediolani. Qui diu fuerant potentissimi. Otto cum suis intravit Mediolanum cum isto modo & pacto, quod plures ex nobilioribus Domus eligerentur Capitanei, qui regerent Civitatem successive, quorum primus fuit Dominus Massaeus nepos ejus, ob reverentiam ejus. Quum autem Massaeus diceret in fine anni patruo suo, officium finiri, Otto extraxit gladium de vagina nepoti, & dixit: *Eripe a me, si potes, hunc gladium*. Ille notavit dictum, & continuavit regimen. Ille Massaeus fuit prudentissimus Tyrannus. Et suâ solertiâ fecit multa magnalia, & vixit ultra XC. annos, & usque ad mortem vixit magno intellectu. Quum autem Massaeus vellet omnia sibi, & non participaret Consortibus suis & aliis, expulsus fuit de Mediolano: Et illi de la Turre cum viribus Patriarchae venerunt super Mediolanum cum magno exercitu & magnis Potentibus Lombardiae. Et breviter operâ Alberti

berti Scotti de Placentia, Guidottus de la Turre intravit Mediolanum. Et paulo post factus Capitaneus duxit asperum dominium valde. Et multum persequutus fuit Massaeum & filios, ita quod eos quasi reduxit ad nihilum. Unde fugientes pauper-cule de Terra in Terram, tandem reduxerunt se ad unum parvum Castellum in Comitatu Ferrariae, propter affinitatem Beatricis, de qua dictum est. Guidottus non contentus persequutione, illudens fortunae Massaei, de sui industria misit hominem curialem sagacem ad eum, qui fecit Massaeo duas petitiones: scilicet quomodo stabat, & quando sperabat redire Mediolanum. Massaeus prudens lepide respondit ad primum. Et subito dixit: *Videtur mihi bene stare, quia scio vivere secundum tempus.* Ad secundum dixit: *Quando peccata Domini tui praeponderabunt meis, tunc revertar Mediolanum.* Guidottus facta sibi relatione per virum curialem dixit: *Bene lucrifecisti Palafredum & Robam.* Et ista bene sunt verba prudentissimi Massaei. Et sic fuit in brevi. Nam Massaeus reintravit Mediolanum, quando minus sperabat, reductus per Henricum VI. Iste Massaeus habuit quinque filios, quorum primus fuit Galeatius, qui successit patri in dominio, & Azo filius ejus tenuit dominium post eum. Secundus fuit Johannes Archiepiscopus Mediolani, vir satis simplex, sed multum regebatur consilio suorum Consiliariorum. Et fuit Dominus cum Luchino tertio genito, & defuncto Luchino (qui fuit iustissimus Tyrannus) Johannes solus regnavit. Hic fuit potentissimus. Nam ultra Terras Lombardiae, quas tenuerat Luchinus, habuit Bononiam & Januam cum omni jurisdictione sua.

A Quartus fuit Marcus Miles strenuissimus armorum. Quintus Stephanus, qui dum propinaret poculum Bavaro, & vellet illi dare venenum, ut ordinatum erat cum fratribus, Bavarus praesentiens, dixit: *Bibe tibi:* qui coactus bibere mortuus est. Hic Stephanus fuit pater Bernabovis & Galeatii, qui duo diebus nostris ita lacerant Lombardiam.

Ad Vers. 116.

Di Valdimagra, o di parte vicina.

C Haec nota, quod Macra est fluvius rapax, innavigabilis, ut dicit Lucretius. Qui labitur apud antiquam Civitatem desertam Lunae. Unde haec eadem Vallis hodie appellatur vulgareter Lunifana. Et est ibi fluvius & finis Tusciae. De quo alibi dictum est, & dicitur. Ideo dicit:

- - - o di parte vicina,

sicut de Tuscia, & Liguria. Et manifestat se a loco, a nomine, a virtute, ut reddat Poëtam sibi magis benivolum. Et dicit:

Sai: dillo a me, che già grande là era.

D Quasi dicat: Fui magnus Dominus in vita, illa in Valle Macrae. Et audi, quis fui.

Chiamato fui Curvado Malaspina.

E Ad quod sciendum, quod hic Conradus erat Major Domus Malaspinae virtute armorum, clarus tempore suae mortis. Habuit autem Avum ejusdem nominis, qui suis gestis magnifice exaltavit familiam suam. Et magna praemia promeruit apud Ottonem Imperatorem. Et hic nepos studuit imitari probitatem Avi. Et haec nota, quod in Chronica Januensium multa scripta sunt de antiquitate, nobilitate, virtute, & potentia istius clarissimae Familiae Marchionum Malaspinarum. De qua Familia multi fuerunt viri illustres. Et multi fue-

runt Conradi viri valentes. Ideo ad tollendam aequivocationem, quae multis inducit errorem, sicut patet in Caesaribus, Scipionibus, & mille Familiis illustrium, ille Conradus dicit.

Non son l' antico; - - -
qui fuit valde virtuosus.

- - - Ma di lui discesi;
per rectam lineam sanguinis. Nec degeneravit ab eo, sicut Auctor dicit in Cant. praecedenti de filiis illustrium. Unde Conradus tangit singularem actum virtutis suae, dicens:

A' miei portai l' amor,
ideft, caritatem,

- - - che què raffina.
Ideft, qui inducit me ad Purgatorium, ubi anima affinitur, sicut aurum in igne. Unde nota, quod notatur de isto Conrado, quod veniens ad mortem sine prole, omnia sua Castellam condidit inter Consortes suos, & praedia donavit, exhortans eos ad custodiam concordiamque. Et tamen discordia hodie conturbavit istam Domum. Sicut & quasi ceteras Italiae. Alii tamen exponunt istam literam aliter, & dicunt, quod Conradus vult dicere, quod in tantum amavit suos, & exaltationem Domus suae, quod neglexit opera meritoria, intentus circa temporalia, de quo heic expectat purgari.

O, diffi lui, - - - -

Heic Poëta ponit suam responsionem ad Marchionis petitionem, & extollit gloriam suae Domus ex generali fama omnium hominum. Unde dicit: *Diffi lui*, ideft, illi Conrado: O admirative loquitur.

- - - per li vostri paesi

Giamaì non fui:

Scilicet, per Vallem Macrae. Et verum dicit: quia in MCCC. numquam fuerat ibi. Sed post expulsio-

nem suam citò fuit ibi. Sed licet non fuerim ibi personaliter, tamen audiivi semper vera de Domo vestra. Unde dicit:

- - - ma dove si dimora.

Idest, in qua parte fit habitatio.

Per tutta Europa - - -

ubi est maxime Orbis Christianus,

- - - ch'ei non sian palesi?

ideft, publice cognita, propter singularem virtutem vestrorum? Et declarat se, dicens:

La fama, che la vostra Casa onora,
ideft, honorabilem reddit in testimonium virtutis.

Grida i Signori, - - -

ideft, celebrat & praedicat Marchiones Malaspinas,

- - - e grida la Contrada,

Si che ne sa chi non vi fu ancora.

Et sic fama, quam omnes famant, non est omnino perdita, ut vult Philosophus.

Et io vi giuro. - - -

Heic Poëta in singulari extollit Domum Marchionum a duplici virtute, quae maxime competit viris illustribus, scilicet Liberalitas & Probitas, adeo quod etiam aliquos vitiosos reddidit gloriosos. Et adjurat sic esse, per id quod maxime fuit adjuratus a Conrado. Unde dicit:

Et io vi giuro, s' io di sopra vada,
scilicet, ad summum Montis operam Vergilii, & gratiam Dei,

Che vostra gente - - -

ideft, genesis, suum genus Malaspinorum,

- - - onrata non si fregia,

ideft, honorata non deornatur & spoliatur

Del pregio de la Borsa e de la Spada.

ideft, Liberalitatis & Probitatis.

Ad Vers. ultim.

Se corso di giudicio non s'arresta.

Iste

Iste Conradus videbat, quod in futurum ex iudicio Dei Dantes factus exul, erat recipiendus honorifice a consanguineo suo. Et sic fuit de facto. Quia expulsus de patria pervenit in Terras istorum Marchionum, & ibi liberaliter tractatus a Marchione * Moroëllo, & per ipsum reductus fuit ad istud nobile Poëma, quod omiserat per exilium suum, cujus principium credebat esse amissum. sicut plene notatur in Inferni Cant. VIII. circa principium. Ideo non mireris, Lector, si Poëta noster fecit tam operosam commendationem de illa stirpe illustri. Certe morbo ingratitude laborasset, si ita nude praeteriisset.

Ad Cant. IX. Vers. 6.

Che con la codu percuote la gente.

Heic nota, quod istud Signum Scorpionis non dat homini minus nigrum & pestiferum venenum, quam Scorpio animal frigidum. Scribit enim Guido Bonati Forolivienfis, magnus Astrologus, se vidisse in Arabia unum Astrolabium mirabilis magnitudinis, in quo erant figurata omnia Signa Zodiaci; & in Signo Scorpionis erat figuratus unus Aethiops, tenens sterco ad nasum, ad indicandum, quod nati ascendente Scorpione delectantur fodere in sterco, & rebus putridis, quales multos saepe videmus.

Ad Cant. X. Vers. 32.

---- Si che non pur Policleto.

Heic nota, quod iste Polycletus fuit excellentissimus Scauarius Graecus.

A De quo scribit Plinius Lib. XXXIV. Natural. Histor. dicens, quod Polycletus Sycionius Ageladis discipulus multa opera mirabilia de aere fecit, adeo quod solus hominum Artem istam fecisse iudicatur. Fecit duos pueros ludentes nudos, qui fuerunt in atrio Titi Imperatoris, quo opere nullum perfectius multi iudicaverunt. Ego autem vidi Florentiae in domo privata statuam Veneris de marmore mirabilem in eo habitu, in quo olim pingebatur Venus. Erat enim mulier speciosissima nuda, tenens manum sinistram ad pudenda, dexteram vero ad mamillas. Et dicebatur esse opus Polycleti: quod non credo, quia, ut dictum est, Polycletus sculpsit in aere, non in marmore.

Ad Cant. XI. Vers. 58.

Io fui Latino - - - -

D Heic praedictus spiritus, ut inclinet facilius animum Auctoris ad se, manifestat se a Provincia generali & speciali, & parentibus, & nomine proprio. Et ad hujus rei intelligentiam est sciendum, quod in maritima Civitatis Senarum fuerunt olim Comites nobilissimi de Sancta Flore Castello; adeo potentes in Tuscia, quod solebant gloriari, quod poterant omni die anni mutare locum, & stare in loco tuto: tot Castella fortia habebant. Sed habuerunt diu bellum cum dicta Civitate. Per quod jam tempore nostri Poëtae erant in magna ruina. Et hodie sunt quasi omnino exterminati. De hac stirpe illu-

* *Moroëllo*: legendum videretur *Marcello*, apud hunc enim se recepit Dantes post expulsionem, eoque rogante opus suum inceptum prosequutus est, ut supra ad Cant. Inferni VIII. v. 1. narrat Benevenuto. Quanquam & Landinus ad initium Canti praefati *Morellum* appellat in fide Joannis Boccacii, & in fine VIII. Cant. Purgatorii *Marcellum*. Quicquid sit, iste filius Curradi Malaspinae *Moroëllus*, *Morellus*, sive *Marcellus*, idem ille est, apud quem divertit Poeta, & qui diversimode ab Auctoribus nuncupatur, & etiam a Benevenuto. Videfis *le Istorie Pisolesi* p. 20. & 35. Fontaninum *Elog. Ital. l. II. cap. 19. Porcacchi Stor. della Fam. Malaspina* &c.

illustri fuit iste Umbertus, qui heic loquitur, juvenis quidem strenuus & animosus valde. Qui quum exivisset prohibitus probiter contra inimicos ad unum avifamentum, interfectus fuit in campo apud unum suum Castellum, quod dicitur Campagnaticum. Ad literam ergo dicit ille, *Io fui Latino*; idest, Italicus; nam in Italia primum natum est nomen Latinum.

---- *e nato d' un gran Tosco*:
idest, nobilis & potentis Comitis in Tuscia. Et ecce patrem.

Guiglielmo Aldobrandesco ----
sic cognominatus,

---- *fu mio padre*:

Et dicit:

Non so se 'l nome suo giamai fu wosco.

Quasi dicat: Credo, quod sic, quia fuit satis famosus in Italia. Iste Umbertus audiverat Vergilium loquentem Latine. Ideo sic loquitur;

L' antico sangue, ----

Heic Umbertus narrat, quod praestabat sibi superbiam magnam. Et dicit, quod fuerunt duo, scilicet Nobilitas & Virtus suorum clarorum progenitorum. Dicit ergo. *L' antico sangue*, idest, nobilis,

---- *e l' opere leggiadre*,
idest, gesta strenua,

De' miei maggior,

idest, praedecefforum; Antiquitas enim facit Nobilitatem, ut dicit Philosophus Libro Rhetoricorum.

---- *mi fer sì arrogante*.

Idest, fecerunt me tam superbum:

Ad Vers. 74.

---- *non questi, che parlava*.

Quasi dicat: Non magnus & magnificus, sicut Comes Umbertus, sed quidam spiritus parvus erat & plebejus. Et erat unus Miniator Librorum.

Si torse sotto 'l peso, che l' impaccia.

A Quia non permittit erigere caput.

Ad Vers. 79.

O, diffi lui; Non se' tu Oderisi,

Iste Odorifius fuit magnus Miniator in Civitate Bononiae tempore Auctoris. Et erat valde vanus jactator de Arte sua, non credens habere parem. Ideo Dantes, qui optime noverat animum illius avidum laudis & gloriae, de industria commendat eum super omnes, ut experiatur, si deposuit ventum, quo solebat esse inflatus; dicens:

L' onor d' Agobbio,

Quasi dicat; quod multum honoras patriam tuam & Artem tuam. Et dicit;

---- *e l' onor di quell' Arte.*

C Scilicet, miniandi:

Ch' alluminar è chiamata in Parisi?
Parisius enim dicitur illuminare, ubi in Italia dicunt Miniare. Et heic nota, quod Miniare est magis proprium. Sic enim dicitur a colore minio, qui olim fuit aliquando in maximo pretio. Unde Scipio Africanus, ducens gloriosissimum triumphum de victo Annibale, intravit Urbem cum facie tineta minio, ut scribit Plinius.

Frate, dis' egli, ----

Heic Poëta ponit responsonem illius ad se, qui humiliter confitetur falsam gloriam, quam quaerebat. Et concedit ipsam alteri. Dicit ergo: *dis' egli*, scilicet, ille Odorifius dixit:

---- *più vidon le carte,*

E idest, florent:

Che pennelleggia ----

idest, miniat cum pennicillo:

---- *Franco Bolognese.*

Hic fuit alius Miniator de Bononia excellentior eo, concurrens secum, sicut apparet in quibusdam Libris Miniatis per eum. Ideo dat sibi palmam hujus Artis; dicens:

L' onore è tutto or suo, e mio in parte;

Ad

Ad Vers. 94.

Credette Cimabue - - - - -

Heic Poëta confirmat dictum suum per exempla moderna, quae clare manifestant expositionem factam. Et primo ponit exemplum duorum Concivium suorum, quorum unus nomine Cimabos. Et fuit excellens Pictor. Alter nomine Giottus, qui fuit excellentior illo; ideo citò derogavit gloriae ejus. Ad literam ergo dicit Poëta; videlicet Odorifius: Cimabos tuus Florentinus credidit

- - - - - ne la Pittura

Tener lo Campo - - - - -

idest, victoriam gloriae in Arte pingendi. Sed spes ejus est delusa, quia non reperit se in aetatibus grossis immo nec in subtilioribus. Unde dicit:

- - - - - Et or' ha Giotto il Grido,
idest, rumorem famae & gloriae:

Sì che la fama di colui oscura.

Scilicet, Cimabovis. Et heic nota, Lector, quod Poëta noster meritò facit commendationem Giotti ratione Civitatis, ratione Virtutis, & ratione Familiaritatis. De isto namque Giotto faciunt mentionem alii duo Poëtae Florentini, scilicet Petrarcha & Boccaccius, qui scribit, quod tanta fuit excellentia ingenii & artis hujus nobilis Pictoris, quod nullam rem rerum Natura produxit, quam iste non repraesentaret tam propriam, ut oculus intuentium saepe falleretur, accipiens rem pictam pro vera. Accidit autem semel, quod dum Giottus pingeret Paduae, adhuc fatis juvenis, unam Capellam in loco, ubi fuit olim Theatrum sive Arena, Dantes pervenit ad locum. Quem Giottus honorifice receptum duxit ad domum suam. Ubi Dantes videns plures infantulos ejus summe deformes, & (ut citò dicam) patri

Tom. III.

A | simillimos, petivit: *Egregie Magister, nimis miror, quod quum in Arte Pictoria dicamini non habere pavem, unde est, quod alias figuras facitis tam formosas, vestras verò tam turpes!* Cui Giottus subridens praesto respondit: *Quia pingo de die, sed fingo de nocte.* Haec responsio summe placuit Danti, non quia sibi effet nova, quum inveniatur in Macrobio Libro Saturnalium, sed quia nata videbatur ab ingenio hominis. Iste Giottus vixit postea diu. Nam mortuus est in MCCCXXXVI. Et sic nota, quod Giottus adhuc tenet campum, quia nondum venit alius eo subtilior, quum tamen fecerit aliquando magnos errores in picturis suis, ut adivi a magnis ingeniis. Ista Ars pingendi & sculpendi habuit olim mirabiliores Artifices apud Graecos & Latinos, ut patet per Plinium in Naturali Historia.

Così ha tolto - - - - -

D | Heic Poëta adducit aliud exemplum aliorum modernorum, quorum uterque fuit pulcher Inventor Rhythmorum in Lingua materna. Quorum unus vocatus est Guido Guinicellus de Bononia, de quo & cujus laudibus habes infra Cant. XXVI. Alter verò vocatus est Guido de Cavalcantibus, sine comparatione excellentior eo, quia fuit magnus Philosophus, de quo jam multa dicta sunt Inferni Cant. X. ubi Poëta commendavit eum a scientia. Heic verò commendat eum ab eloquentia, dicens:

- - - - - l'uno e l'altro Guido,

Scilicet, Cavalcantes *ha tolto così*, idest simili modo, sicut Giottus Florentinus, *a l'altro Guido*, de Guinicellis Bononiensi,

La gloria de la Lingua - - - - -

idest, dicendi in Lingua materna. Et heic nota, quod iste Guido, sicut

P p

& Dan-

& Dantes, fuit homo multum speculativus, tardiloquus, faciens subtilia & subita schemata. Accidit autem, quod semel Guido cogitabundus deambulabat solus juxta Sanctum Johannem in Florentia. Et quidam Miles Florentinus nomine Bettus de Bruneleschis superveniens cum aliis sociis, clamavit super eum, dicens: *Ecce, o Guido, quum tantum cogitareris, quod inveneris Deum non esse, quid feceris?* Cui Guido praelo respondit: *Domini, potestis dicere mihi juxta domum vestram quidquid placet.* Et continuo evolavit a facie eorum, quia erat agillimus ut capreolus. Tunc illi respicientes unus alterum, coeperunt dicere, quod Guido erat unus immemor, quia id, quod responderat, nihil portabat, quum non haberet plus facere ibi, quam ceteri Cives, nec Guido minus, quam ipsi. Quibus Dominus Bettus dixit: *Immo vos estis immemores, qui non intellexistis eum. Ipse dixit vobis honeste maximam verecundiam; quia, si bene advertitis, arcae sunt domus mortuorum, quas dicit esse vestras domos, ad innuendum, quod nos & alii vulgares ignorantes ad comparationem scientiatorum sumus pejus quam homines mortui & sepulti; & ideo quum simus heic, sumus ad domum nostram.* Tunc illi intelligentes coopertum scomma Guidonis, laudaverunt Auctorem & interpretem ejus. Et subdit Poëta.

----- *E forse è nato,*
 scilicet, aliquis excellentissimus eloquens. Et dicit signanter fortè, quia verecunde loquitur de se ipso:

Chi l'uno e l'altro, -----
 scilicet, utrumque Guidonem
 ----- *caccerà di nido.*

Idest, de domo Famae, quam pulcre describit Ovidius. Et certe hic Poëta praeclarus non solum expulit

A istos de possessione, sed & omnes alios ante se, & post se usque in hodiernam diem. Aliqui tamen volunt, quod Poëta noster loquatur heic de quodam tertio Guidone, scilicet de Domino Guidone de Polenta Novello, sub quo vixit & mortuus est. Qui fuit vir satis intelligens & eloquens. Sed non credo.

B *Ad Vers. 102.*

E muta nome, perchè muta lato.

Quia unus & idem Ventus habet multa nomina & diversa, & diversas vires in partibus diversis; ita est recte de Fama & Gloria. Quia illud, quod est laudabile apud unam Gentem, est vituperabile apud aliam. Sicut enim Dux Venetiarum, qui est tam venerabilis apud suos, si accederet ad partes vicinas, ne dicam barbaras, certe irrideretur cum Cornu suo, quod portat in capite. Sicut etiam Ventus venit interdum cum magno impetu, & omnia proflernit, ita & Fama saepe facit magnos motus, sed cito deficit, & sicut Ventus vanescit.

C *Ad Vers. 109.*

Colui, che del camin - - - -

Poëta describit alium spiritum modernum, superbum ratione status, & potentiae temporalis, ut ostendat brevitatem vanae gloriae in eo. Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod iste fuit quidam nomine Provincianus Silvanus, Dominus nobilis Civitatis Scaerum, qui cum gente Regis Manfredi dedit illum terribilem conflictum Florentinis ad Montem Apertum. De quo plene dictum est Cant. X. & XXXII. Inferni. Hic Provincianus in MCCLXIX. cum Comite Guidone Novello, & cum gente Manfredi, venit in obsidionem ad quoddam Castrum, quod dicitur Colle, in Comitatu Florentiae, &

ha-

habuit MCCCC. equites & octo millia peditum. Tunc Florentiae erat quidam Vicarius Caroli Veteris, nomine Zannes Bertaldus, qui cum sua gente Gallica & Florentinis ivit contra praedictos. Senenses timentes sibi, voluerunt recedere: sed in recessu fuerunt invasi ab hostibus & faciliter debellati. Provincianus captus, decapitatus fuit, & in campo, per dictum Zannem Bertaldum. Cujus caput abscissum affixum fuit hastae longae, & circum portatum per campum. Ex quo fuit verificatum & declaratum responsum Auguris sive Daemonis, qui praedixerat sibi:

Ibis. Pugnabis. Non. Morieris. In. Proelio.

Et. Tuum. Caput. Erit. Sublimatum. Super. Cetera.

Paucis Senensibus parcitum fuit a Florentinis, in vindictam eorum, qui fuerant occisi paulo ante ad Montem Apertum. Nunc ad literam. Dicit Odorifius nostro Poëtae:

Colui, che del camin sì poco piglia,
quia ibat totus contractus per Cornicem:

Dinanzi a me,
quia praecedebat ipsum:

- - - - - Toscana sonò tutta,
quia fuit ad tempus famosus in tota Tuscia:

Et ora - - - - -
ideft, nunc de praesenti, MCCC.

- - - - - A pena in Siena sen pispiglia.
Ideft, vix susurratur & murmuratur de eo tacite, *in Siena*, ideft in patria sua, ubi fuit magnus & magnificus Dominus. Quanto minus ergo in Florentia vel alibi? Et ostendit gloriam ejus per victoriam magnam, quam habuit de superbia Florentinorum; dicens:

Onl'era Sire - - - - -

A ideft, cujus Civitatis Senarum erat Dominus:

- - - - - Quando fu distrutta

La rabbia Fiorentina, - - - - -
ideft, Plebs furiosa, quae tunc erat intolerabilis, debellata & prostrata. Et sic una superbia punivit aliam, ut est de more. Unde dicit:

- - - - - che superba

B *Fu a quel tempo - - - - -*

Quia contra consilium omnium Sapientum voluit pertinaciter ire contra hostes ad exterminium suum.

- - - - - sì com' ora è putta.

Ideft, lasciva, vana, avara, sicut meretrix.

Ad Vers. 132.

Come fu la venuta a lui largita?

C Ad hujus rei evidentiam claram volo, te scire, quod quum quidam amicus Provinciani, captus in conflictu Conradini, detineretur in carcere Caroli victoris, adjudicatus morti, nisi intra certum breve tempus solvisset decem millia Aureorum, ipse Provincianus exposuit se ad mendicandum suffragia pro redemptione amici. Nam posito banco cum tapeto in platea Civitatis, coepit humiliter rogare unumquemque, ut conferret redemptioni istius. Et sic in brevi collectâ pecuniâ necessariâ liberavit amicum. Ad literam ergo dicit Poëta: Ille Odorifius *diffe: Provincianus praedictus liberamente s' affisse*, ideft firmavit & collocavit se *nel campo di Siena*, ideft in platea Senarum, quae vulgo appellatur ibi Campus. Et est pulcherrimum Forum, quasi circulare, circum cinctum magnis Palatiis, & in ejus circuitu solent deambulare Nobiles, & honorabiles Cives. in medio verò Negotiantes.

Ad Vers. 136.

Egli per trar l' Amico suo di pena.
Iste vocabatur Vineia, qui captus

apud Tagliacozium, expectabat decapitari. Ideo dicit:

----- di pena,

Che sostenea ne la prigion di Carlo,
idest, Caroli Regis veteris. Et sic vide, quod Provincianus redemit amicum de manibus Caroli, qui non potuit postea se redimere de manibus Vicarii illius. Et concludit Odrisius:

Quest' opera gli tolse quei confini.

idest, opus tantae humilitatis & caritatis liberavit eum a loco confinatorum extra Purgatorium.

Ad Cant. XIII. Vers. 104.

Se tu se' quelli, che mi rispondesti.

Heic Poëta ponit responsonem illius spiritus ad se, qui respondet de loco, & de nomine, de quibus fuerat interrogatus, & ultra hoc de culpa, qua heic purgatur. Et heic adverte, quod si Poëta noster petendo, dixit pauca verba & bona, ista mulier, tamquam Senensis, ei vana multa & frivola confabulatur super invidia sua. Ideo non mireris, si Poëta fingit istam facere longam orationem ad se, quia mulier est naturaliter loquax & garrula: Et ista in speciali erat parum prudens. Dicit ergo. Et ille spiritus:

Io fui Senese, rispose, -----

idest, de Comitatu Senarum fui:

----- e con questi

Altri rimondo qui la vita via,

per bonam poenitentiam:

Lagrimando a Colui, -----

scilicet, ad Deum:

----- Che se ne presti:

idest, concedat se videndum nobis. Et dicit, quod suum nomen non fuit consequens rei, immo per antiphrasim. Unde dicit;

Savia non fui, arvegna che Sapia

Fossi chiamata, -----

Sapia vocabatur ista Domina, ac-

centu producto. Et tamen non fuit sapiens, immo insipiens, & insana, saltem in isto actu, ut audies statim. Unde dicit:

----- e fui de gli altrui danni,
idest, de adversis:

Più lieta assai, che di ventura mia.

Scilicet, de prosperis, quod est proprium Invidiae.

B *E perchè -----*

Heic longo fermone Sapia narrat formam suae malignantis Invidiae. Et ad intelligentiam claram hujus literae debes scire, & memorare illud, quod scriptum est supra Cant. XI. Purgatorii, de Provinciano Silvano, qui quum venisset cum suis Senensibus contra Castrum Comitatus Florentiae, quod dicitur Colle, ista Domina ardens odio Senensium, ex sola invidia posuit se ad fenestram unius palatii in Castro suo satis vicino loco belli, expectans eventum, & optans audire ruinam suorum. Audito ergo rumore sinistro confictus, & morte Ducis miseranda, exultans gaudio immenso, animo gratulanti, erexit caput temere contra coelum, & dixit sic: *De me amodo quidquid vult, faciat mihi Deus quam pejus potest, quia amodo vivam laeta, & moriar contenta.* Modò ad propositum ista Sapia ad confirmandum, quod dixerat, primo proponit suum fallum in generali, dicens Danti:

E perchè tu non credi, ch'io t'inganni,

E *Odi, se fui, come ti dico, folle.*

Idest, temeraria. Et aggravat factum, dicens:

Già discendendo l'arco de' miei anni,
quasi dicat: jam declinante aetate mea; ita quod istud non erat vitium aetatis, sed animi. Et heic nota, quod mulier inclinatur facilius ad pietatem & benivolentiam quam vir;
& ci-

& citius lacrymatur, & est magis invida, quàm vir; & magis contentiosa, & magis mendax; & in rebus honestis & regimine est magis stulta, quàm vir, ut dicit Avicenna. Unde proprium subiectum non habet in eis virtus & honestas, & sunt ut plurimum mali iudicii. Homo vero inter cetera animalia magis attingit profectum Naturae.

Eran' i Cittadin miei - - - - -

Heic Sapia narrat in speciali formam facti, dicens: *i Cittadin miei*, idest Senenses cum Provinciano Duce eorum:

- - - - - presso a Colle,

quod est Castrum magnum in principio fluminis Elfae, de quo dicitur in fine hujus Purgatorii:

In campo giunti co i loro avversari;
scilicet, Florentinis:

Et io pregava Dio di quel, che volle.

Scilicet, quod essent conflicti: Et sic fuit. Unde dicit;

Rotti fur quivi - - - - -

in campo, ubi erant in obsidione:

- - - - - e volti ne gli amari

Passi di fuga. - - - - -

Sicut enim est maxime dulce victori persequi fugientem, ita est summe amarum victo fugere a facie persequentis; de quo paulo ante duxerat speciosum triumphum apud Montem Apertum.

- - - - - E veggendo la caccia,
idest, persequutionem de fenestra;

Letizia prest ad ogni altra dispare.

Scilicet, laetitiis. Quasi dicat: Numquam habueram similem in vita mea. Unde dicit:

Tanto ch' io volsi in sù - - - - -

scilicet, versùs Coelum:

- - - - - l'ardita faccia

infane:

Gridando a Dio. Omai più non vi temo.

Et dicit, quod fecit a simili,

A *Come se 'l merlo per poca bonaccia.*

Dicitur fabulose, quod merulus post saevitiem hyemis, superveniente tranquillo garrit: *Più non ti temo, ch' u-scito son del verno.* Ita ego pro parva victoria praesumsi loqui contra Deum. Audivi, quod ista maledicta mulier erat infuriata mente, quod conceperat & praedixerat se praecipitaturam desperanter de fenestra, si Senenses fuissent illa vice victores.

B Erat enim Sapia nobilis Domina de illis de Bigotio, quod est unum Castellum in territorio Senarum longe a Colle de Valdese fortè per quatuor milliaria. Quae nimis oderat Populum Senensem, sicut Zanganella Populum Florentinum. Et hoc ideo, quia invidebat Populo diu florenti & diu victori. Erat enim Provincianus tunc valde potens & famosus. Et heic nota, quod ubi est major virtus & major gloria, ibi est major Invidia. Et tamen nulla est tam humilis fortuna, quae non malignitatis dentibus mordeatur; sed sola miseria caret Invidiâ.

D *Pace volli con Dio - - - - -*

Heic Sapia, narratâ culpa suae invidiae, narrat causam suae salvationis, scilicet poenitentiam, licet feram. Unde dicit: *Pace volli con Dio*, cum quo habueram inimicitiam suadente Invidiâ inimicâ Caritatis, quam Deus semper praecipit & suadet:

- - - - - in su lo stremo

E *De la mia vita.*

quando non poteram amplius peccare. Et quia Dantes poterat statim dicere: quomodo ergo non es extra Purgatorium cum aliis tardantibus? respondet:

- - - - - E ancor non sarebbe

Lo mio dover - - - - -

idest, debitum, scilicet peccatum:

- - - - - per penitenzia scemo.

idest,

idest, diminutum. Quod est jam factis scemum, quia jam steti diu in poena purgatoria; sed adhuc nondum venissem huc;

Se ciò non fosse, ch' a memoria m' ebbe

Pier Pettinajo - - - - -

Hic fuit quidam sanctissimus Eremita tunc magnae famae, qui modò apud Florentiam dicitur Sanctus Petrus Pettinarius.

Ad Vers. 138.

Che già lo 'ncarco di là giù mi pesa,
Heic nota, quod Poëta noster a juventute fuit superbus, ratione nobilitatis, scientiae, & boni status. Sed certe bene portavit onus suum in vita, onus dico exilii, paupertatis & invidiae aliorum. Et certe de me audeo dicere cum bona conscientia illud idem, scilicet quod fui aliquando magis superbus, quam invidus. Sed certe jam bene portavi saxum in Mundo isto.

Ad Vers. 150.

Ch' a' miei propinqui tu ben mi rinfami.

Sciebat ista Domina, infamiam remansisse de se in patria de odio magno, quod congesterat contra Cives suos. Et docet, ubi sit inventurus consanguineos suos, dicens:

Tu gli vedrai - - - - -

idest, videre poteris:

- - - - - tra quella gente vana,

idest, in genere Senensium, de quorum vanitate Poëta noster dixit in speciali ad Cant. XXIX. Inferni. Heic vero dicit magis in communi. Et tangit duas notabiles vanitates illius Civitatis, dicens:

Che spera in Talamone. - - - - -

Ad quod sciendum, quod Talamone est unum Castellum Senensium in Maritima, ubi Senenses expenderunt aliquando multum, & saepe fecerunt

A cavari Portum cum magnis laboribus & expensis; sed perdebant operam, quia Portus cito replebatur, & propter corruptionem aëris locus non est bene habitabilis. Et tamen semper habebant in ore Talamonem, & de ipso confabulabantur. Sed spes eorum erat vana. Unde dicit:

- - - - - e perderagli

B *Più di speranza, ch' a trovar la Diana.*

In hoc tangit aliam majorem vanitatem. Diana dicebatur esse fluvius, de quo fuit olim opinio in Civitate Senarum, quod laboretur sub terra. Ideo diu laboraverunt, & cavaverunt multum pro ipso inveniando. Nec adhuc inventus est. Et concludit:

C *Ma più vi perderanno gli Ammiragli.*

Et heic nota, quod isti, quos vocat heic Admirales, ut audivi a quodam Senensi viro magno auctore & Dantista, erant quidam, qui volentes lucrari, conducebant a Comuni tot cannas vel perticas ad cavandum pro certo pretio; quorum aliqui consumti sunt. Aliqui tamen referunt hoc ad dictum Castellum Talamonis, non ad fluvium Dianae; & dicunt, quod Poëta loquitur de Admiraliis navium, qui applicantes ad Portum istum falso laudatum, receperunt aliquando magna damna. Et sic tetigit de vanitate Senensium in communi. Sed quid dixisset Poëta noster, si vidisset, non est diu, Zaninum Senensem, qui permisit sibi persuaderi tam facile, quam vane, quod erat Rex Franciae? Et jam dabat dignitates, & promittebat officia, dimissa propria hereditate.

Ad Cant. XIV. Vers. I.

Chi è costui, che 'l nostro Monte cercchia,

Poëta introducit duos Nobiles de Ro-

Romandiola inquirentes de eo. Et ad aperiendam viam ad hanc materiam, est primo sciendum, quod isti duo spiritus nobiles erant unus quidam nobilis vir & prudens Romandiolus de Bretenorio, vocatus Guido del Duca. Alter verò erat vir probus de Forlivio de nobili Domo Calbulensium; qui ambo audito colloquio, Dominae Sapiae cum Dante, & ex hoc cognito, quod erat vivus, coeperunt loqui cum admiratione de ipso, & inquirere de eo. Nunc ad literam. Dicit Poëta, quod duo ex illo Orbe audientes, Sapiam dicere, quod Dantes portabat oculos apertos, & Dantem respondentem, quod oculi adhuc clauderentur sibi, illi comprehenderunt, quod erat vivus ibi cum corpore & omnibus sensibus. Et admirantes de tali gratia, desiderabant scire ejus conditionem. Ideo unus eorum scilicet Dominus Guido del Duca de Bretenorio, incipit admirative dicere socio suo Raynerio de Calboli: *Chi è costui &c.*

Ad Vers. 16.

Et io. Per mezzo Toscana si spazia. Heic Poëta ponit suam responſionem dicto spiritui. Et primo respondet primæ parti petitionis, scilicet unde veniat. Et dicit breviter, quod venit de Tuscia de Valle Arni. Et ad intelligentiam hujus literæ & sequentis, oportet prius scire, quod Poëta sæpiſſime nominat eum, & heic specialiter describit, quod Arnus fluvius est Tusciae, qui oritur ex dextro latere Apennini de Monte, qui vulgo dicitur Falcerona, currens versus Occidentem. Et a principio labitur per præcipitia vallium cum modica aqua per Casentinum. Deinde adjunctus ab aliis aquis factus grandiusculus, a sinistris relinquit Aretium, deinde intrans agrum

A Florentinum labitur juxta Ancisam, Castellum, unde traxit originem clarissimus Poëta Petrarcha diebus nostris. Deinde transiens per medium Florentiae, florem totius Tusciae, intrat Pisas antiquissimam Civitatem, quam dividit in duas partes. Et non longe ab ea cadit in mare Tyrrhenum. Nunc ad literam dicit Poëta. *Et io:* supple, dixi illi Guidoni petenti.

Un Fiumicel,

scilicet, Arnus. Et bene dicit, quia Arnus non est fluvius magnus, nec navigabilis, nec piscosus. Est tamen famosus, quia labitur per Terras famosas. Et quia viri famosi dederunt sibi famam, ipsum describentes, sicut Dantes, Petrarcha, Boccaccius, & alii Florentini, qui discurrunt per mundum multum.

----- *che nasce in Falcerona.*

Ex eodem Monte Apennino nascitur Tiberis.

----- *si spazia,*

ideſt, vagatur:

----- *per mezzo Toscana* -----

D quia quasi per medium fluit Tusciae, quae est longa sed arcta. Et tangit ejus cursum, dicens:

E cento miglia di corso nol spazia.

Nam extenditur quasi per CXX. miliaria. Intellige quantum ad cursum aquae. Nam si eatur a loco suae originis usque ad casum suum per terram, est multo brevius spatium. Nam Arnus, qui nascitur fortè per XX. miliaria longe a Florentia, retro flectit se, & retrograditur per multa spatia.

Ad Vers. 43.

Tra brutti porci più degni di galle.

Heic Poëta incipit a primis habitatoribus. Et dicit, quod Arnus primo transit per porcos, ideſt Comites Guidones, quos appellat porcos pro-

propter foedam luxuriam. Et meritò. Ubi nota, quod isti Comites olim habuerunt dominium in Civitate Ravennae. Sed fuerunt fere omnes trucidati in furore Populi propter effraenatam libidinem eorum. Quia, ut dicit Philofophus, *propter injurias uxorum, multae Tyrannides perierunt*. Deinde ex uno stipite restaurati in numerosam prolem, facti sunt potentissimi citra Apenninum in Romandiola, & ultra Apenninum in Tuscia. Sed hodie pro magna parte defecerunt viris & viribus per potentiam Florentinorum.

Ad Vers. 46.

Botoli trova; poi venendo giuso,
Heic nominat secundos habitatores Arni, scilicet Aretinos, quos assimilat canibus illis, qui in sua specie sunt parvi naturaliter, sed clamosi. Dicit ergo: Et illa Vallis *poi venendo giuso*, scilicet Aretium, vetustissimam Civitatem, quondam unum caput Tusciae; *trova Botoli*. Et verè Aretini possunt appellari canes alio respectu, scilicet propter eloquentiam & sagacitatem, sicut Mercurius pingebatur olim in specie canis. Et dicit:

Ringhiost più - - - - -
idest, rixatores:

- - - - che non chiede lor possa,
quia praesumunt supra vires eorum: juxta illud Senecae: *Canibus imbecillioribus mos est, ut semper durioribus latratibus inhorrescant*. Et dicit:

Et a lor disdegnosa torce 'l muso.
Vult dicere, quod Arnus juxta Aretium defleat ad Orientem, & recedit ab Aretio fortè per tria milliaria, ita quod videtur ad modum indignantis dicere: *nolo ad te venire*.

Vassi caggendo - - - -

Heic Guido nominat tertios habitatores Arni, scilicet Florentinos suos,

A quos digne vocat lupos, ab insatiata cupiditate avaritiae. Dicit ergo, magis aggravans factum:

La maladetta e sventurata fossa:

scilicet, Vallis Arni: *Vassi caggendo*, idest, deorsum labitur:

- - e quanto ella più ingrossa
ex rivulis & aliis fluminibus:

Tanto più trova di Can farsi Lupi.

B Canes enim sunt naturaliter inimici Luporum. Et ita Aretini Florentinorum; & saepe momorderunt eos. Sed Lupi fortiores prostraverunt Canes. Et heic nota, Lector, quod illud, quod Poëta noster heic dicit de habitatoribus istis, poterat dicere, immo dicit pro magna parte de habitatoribus Italiae, immo mundi. Unde semel interrogatus, quare Dantes posuerat plures Christianos, quam Paganos in Inferno, breviter respondit, quia melius Christianos norat; & plures posuerat Italicos, quia sunt magis digni famâ & praviore; & ita plures Tuscos; & ita plures Cives suos, quia melius noverat eos.

Discesa poi - - - -

D Heic Poëta describit quartam gentem, quae ultimo inhabitat Vallem Arni, scilicet Pisanos, quos assimilat Vulpibus. Sicut enim Vulpes naturaliter fraudulenta dolo suo ludificata est saepe Lupum, ita Pisanus Florentinum. Sicut jam scriptum est Cant. XV. Inferni. Dicit ergo: Et illa Vallis, sive fossa Arni.

E *Discesa poi per più pelaghi cupi,*
quia multos gurgites facit profundos, vel moraliter loquendo per pelaga cupa intelligere potes avaros profundos;

Trova le volpi sì piene di froda,

Che non temono ingegno, che l'occupi.

Quia scilicet saepe vicerunt ingenia subtilia Florentinorum. Sed certe
omnis

omnis astutia, & tota potentia Pisanorum annihilata videtur, quia Civitas ista vetustissima velut decrepita videtur fecisse cursum suum. Unde volo te scire, quod in MCCLXXXII. Civitas Pisanorum erat in florentissimo statu, habens maximum decus nobilium potentum in se fortè plusquam Terra Italiae. Erant enim ibi Cives Judex Ninus de Gallura, Judex Arboreae, Comes Ugolinus, Comes Fatus, Comes Nerius, Comes Anselmus. Et singuli tenebant Curiam magnam, & habebant caudam floridam & sequelam. Et eorum nobilitate & potentia dominabantur Insulae Sardiniae, Corsicae, & Elbae, ex quibus habebant maximos redditus publice & privatim. Et dominabantur mari cum eorum navigiis & mercimoniis: Et ultra mare in Civitate Acon erant potentissimi. De qua expulerunt Januenses vicinos suos, eorum vico igne cremato, & unâ turri in mari tinctâ sanguine Januensium. Sed ecce, ut est de more, superbia destruxit superbiam. Nam post multas injurias hinc inde receptas, Januenses cum terribili classe & valida juventute venerunt contra Pisanos, cum quibus navali proelio concurrerunt apud Meloram scopulum supra Portum Pisanum. Ubi, ut cito dicam, Pisani fuerunt infeliciter debellati, duodecim millia capta, & quatuor millia perempta; & graves leges & durae conditiones navigandi sunt impositae eis. Et ab illo tempore semper est diminuta potentia Pisanorum propter bella civilia & externa, quae habuerunt cum Florentinis, & alia sinistra fortunarum.

Nè lacerò di dir - - -

Nunc Guido descriptâ Valle Arni ab omnibus habitatoribus suis, describit singularem turbationem in brevi e-

Tom. III.

A venturam Florentiae. Et ad hujus literae veram intelligentiam est breviter sciendum, quod in MCCCII. est Pars Nigra reducta in Florentiam per Carolum sine Terra, sicut plene scriptum est Cant. VI. Inferni. Et quum sic reducta esset, principes Partis ipsius Nigrae vivebant in magna suspitione, quia sentiebant Partem Albam esse potentem in Florentia. Et exules saepe scribebant Civibus de parte sua. Ideo dederunt operam, quod Fulcerius de Calbulo tunc Potestas Florentiae, fultus favore eorum, subito cepit quosdam Cives de Parte Alba praedicta, inter quos fuerunt Dominus Bethus de Gerardinis, Masius & Donatus de Cavalcantibus, Nellus de Adimaris, Tignosus de Macis, duo de Scholaribus; & objiciens illis, quod tenebant tractatum prodicionis cum exulibus Albis, sive quaestione tormentorum, sive essent conficii, sive non, fecit eos confiteri, quod volebant prodere Civitatem. Sed ille Tignosus ex nimia corpulentia suffocatus est in tortura. Ceteros condemnatos decapitavit. Et ad instantiam Domini Musatti Francefii, magni Caporalis, voluit capere aliquos de Albertis inimicis Musatti; sed illi praesentientes evaserunt. Ideo omnes de Albertis condemnavit pro rebellibus, qui numquam fuerunt postea Cives Florentiae. Ex quo magna turbatio nata est in Civitate, & consequuta sunt multa mala & scandala. Ex dictis ergo satis patet, quare Dantes nunc detestatur nequitiam Fulcerii, qui ita male tractavit suam Partem Albam eo tempore quo forte ipse reintraffet Florentiam. Nunc ad literam. Guido praedictus dicit Raynerio de Calbulo, cujus Fulcerius fuit Nepos:

Q q

N²

Nè lascerò di dir, perch' altri m' oda.
 Idest, non tacebo unum, quod occurrit mihi nunc dicendum, quamvis iste Tuscus vivus audiat, & attente me auscultet. Et dicit:

E buon sarà a costui. - - - -
 Idest, utile erit isti Tusco:
 - - - - s' ancor s' ammenta,
 Idest, recordatur:

Di ciò, che vero spirito mi disnoda.
 Idest, ejus, quod mens mea nunc praefagit, quia poterit fortè providere sibi, quum sit expellendus; vel, ne, quum erit expulsus, quaerat redire, ad faciendum se decapitari; vel bonum erit, ut det infamiam Nepoti tuo.

Io veggio tuo Nipote, - - - -
 Heic Guido narrat factum, futurum cito, dicens *Io veggio tuo Nipote*, scilicet, Fulcerium, virum verè ferocem:

- - - - *che diventa*
Cacciator di que' lupi - - - -
 Idest, persecutor Florentinorum:
 - - - - *in su la riva*
Del fiero Fiume, - - - -
 scilicet, Arni:

- - - - *e tutti gli sgomenta.*
 Idest, disturbat. Et ostendit, quomodo, dicens:

Vende la carne loro, essendo viva;
 Quia Musattus Francesius, qui pecunià suâ corruerat Carolum fratrem Regis Franciae, qui venerat Florentiam tamquam partiaris, bene potuit corrumpere Fulcerium, qui venerat Florentiam tamquam Rector:

Pocchia gli ancide, come antica belva.
 Idest, bestia, sicut bos in senectute innocens securi percutitur.

Ad Vers. 78.

Però sappi ch' io son Guido del Duca.
 Vir Nobilis, & liberalis de Bretenorio.

Fu il sangue mio - - - -

A Heic Guido, nominato se, nominat culpam, quâ heic purgatur, dicens: *il sangue mio*, Idest, ego vivens in vita, quando scilicet anima sedebat in sanguine.

- - - - *d' invidia sì riarso,*
 quia *invidus invidia comburitur intus & extra:*

Che se veduto avesse uom farsi lieto
 ex aliqua prosperitate:

Visto m' arvesti - - - -
 Idest, videre me potuisses:
 - - - - *di livore sparso.*

Idest, colore livido respersum in facie; quia statim pallecebam dolore.

Ad Vers. 85.

Questi è Rinier: - - - -
 Nominat socium suum, & repetit in commendationem ejus

- - - - *Questi è 'l pregio e l' onore*
De la Casa da Calboli, - - - -
 nobili, & honorabili.

- - - - *ove nullo*
Fatto s' è reda poi del suo valore.
 Quia nullus in dicta Domo fuerat successor illius in virtute usque ad tempus illud; immo omnes degeneraverant.

D *E non pur lo suo sangue - - - -*
 Heic Guido deplorat generalem depravationem Nobilium Romandiolae. Et facit commendationem multorum virtuosorum, quibus haec Provincia paulo ante abundabat. Et primo dicit, quod omnis Nobilitas Romandiolae est spoliata bonis, honorabilibus & laudabilibus, & est repleta pravis moribus. Unde dicit: *lo suo sangue*, Idest nobile genus Raynerii de Calbulo: *non pur*

- - - - *è fatto brullo,*
 Idest, denudatus, & pauperatus:

Del ben richiesto al vero - - - -
 Idest, bonis animae:
 - - - - *& al trastullo.*

Idest,

Idest, bonis corporis, & exterioribus bonis. Quasi dicat: bono honesto, utili & delectabili, quae regnabant in Romandiola tempore de proxime praeterito. Nam Raynerius mortuus erat fortè per quinque annos ante. Nam fuit interfectus. Et Johannes frater ejus, quum intrasset Forlivium cum multis Ravennatibus & Ariminensibus. Et hoc dico in Romandiola, quam describit a confinibus suis, dicens:

*Tra 'l Po, 'l monte, e la marina
e 'l Reno **

Nam Romandiola a Septemtrione habet Padum fluvium, & mare Adriaticum; a Meridie habet Alpes Apennini; ab Occidente habet Rhenum fluvium, qui labitur juxta Bononiam, ab Oriente vero habet Marchiam Anconitanam. Et verè credo, quod in mundo non sit pulchrior pars terrae quàm illa, quae est a Bononia usque Ariminum inclusive. Unde adverte, quod ista Provinciola est nobiliter situata, quia habet a tergo Alpes Apennini contra Austrum ventum inimicum naturae; a fronte habet liberum & apertum aspectum versùs Boream ventum amicum generationis. Habet in se collectum quidquid bonorum reperitur alibi sparsum, sicut mare, terram, montem, planum, flumina frequentissima, fontes, valles, silvas, aërem salubrem, vina, olea, mella, carnes, pisces, copiam annonae, multitudinem habitatorum, magnitudinem divitiarum. Quae in tam parvo spatio habet tot amoenas Civitates, Castella, Rura, Vicos. Et confirmat dictum suum per effectum: dicens:

*Che dentro a questi termini,
idest, praedictos confines:*

- - - - è ripieno

Di venenosi sterpi, - - - -

A scilicet, Tyrannis parvis & magnis, verè pestiferis, qui more stirpium pungunt cum invidia, & more serpentum se mordent & lacerant, nec umquam inter se possunt habere bonam pacem, sicut jam dictum est Cant. XXVII. Inferni. Et non solum sunt mali, sed multi. Unde dicit:

B - - - - *si che tardi*

Per coltivar' omai verrebbe meno.

Idest, deficerent omnino, *per coltivar'*, aliquâ bonâ culturâ. Et bene dicit: nam licet aliqui ad tempus videantur extirpari, tamen in brevi repullulant, velut capita hydrae.

Or' è - - - - -

C Heic Poëta noster considerans, quia vera laus patriae est sola Virtus civium, unde describens Vergilius felicitatem Romanam, dixit eam *felicem prole virorum*; nunc volens describere laudem Romandiolae, percurrit breviter aliquos viros illustres de diversis Terris Romandiolae. Et primo fingit, quod Guido del Duca incipit quasi a centro Romandiolae, scilicet a Bretenorio patria sua. Et nominat duos Nobiles, dignos famâ. Unde dicit:

Or' è il buon Licio, - - - -

D quasi dicat: non est alius similis: Et verè fuit bonus & prudens Miles. Nec reliquit ex se heredem. Nam Dominus Licius de Valbona, nuntiata sibi morte unius sui filii imbecillis, non mutato vultu dixit: *Hoc non est mihi novum, quia semper fuit mortuus. Sed nuntia mihi pro novo si est sepultus.* Nec minus ejus prudentia emicuit in filia sua Catherina pulcherrima. Quam quum ipse senex reperisset conjunctam amoroſe cum Ricciardo nobili juvene de Mainardis de Bretenorio, ex astutia puellae & simplicitate mater-

Q q 2

na,

na, prudentissime fecit eam despon-
fari sine diminutione honoris, sicut
jucunde scribit Boccaccius de Cer-
taldo. Et nominat secundum: di-
cens;

- - - - & *Arrigo Manardi?*

Iste de Mainardis de Bretenorio vir
prudens & nobilis similiter fuit in
vita socius istius Domini Guidonis,
qui loquitur. Qui eo mortuo fecit
secari lignum per medium, in quo
soliti erant ambo sedere; asserens,
quod non remanserat alius similis in
liberalitate & honorificentia. Ideo
bene quaerit de eo, ubi sit. Quasi
dicat: non invenitur similis. Deinde
nominat alios duos spiritus illustres.
Et primo Petrum Traversarium. Hic
fuit Dominus Civitatis Ravennae,
vir magnanimus & magnificus. Qui
filiam suam tradidit in uxorem Ste-
phano Regi Hungariae. Floruit tem-
pore Friderici II. Et ausus est rece-
dere ab eo. Post cujus mortem Fri-
dericus obsedit Ravennam, & cepit.
Ideo bene quaerit iste Guido,

Pier Traversaro, - - - -

ubi est. Quasi dicat: quis est hodie
Dominus in Romandiola similis sibi,
amator suae Civitatis? Et nominat
alium, dicens:

- - - - e *Guido di Carpigna?*

Iste fuit nobilis vir de Montefeltro,
qui omnes sibi pares liberalitate su-
peravit. De quo audio, quod, quum
fecisset solemne convivium in Brete-
norio, deficiente pecunia, fecit ven-
di dimidium carae culcitrae, quam
habebat. De qua re increpatus a fa-
miliaribus, curialitatem suam con-
duxit scommate, dicens: quod *in*
aestate prae calore tenebat pedes extra,
in hyeme verd prae frigore tenebat cru-
ra contracta. Ideo iste Guido del Du-
ca, considerans tales viros in Ro-
mandiola, dignos Romana Civitate,
exclamat cum dolore:

A *O Romagnuoli tornati in bastardi!*

Nimis curialiter loquitur iste: immo
debuisset dixisse, in spurios, immo
in mulos, specie permutatâ.

Quando in Bologna - - - -

Guido nominat alios duos virtuosos
de Romandiola. Et primo unum Bo-
noniensem, dicens:

- - - - un *Fabbro si valligna.*

B Iste fuit nobilis Miles de Lamber-
tacciis de Bononia, vir sapiens &
magni consilii. Et est heic Faber
nomen proprium. Nec intelligas de
quodam Fabro Tribuno Plebis, qui
trucidatus fuit Bononiae: *quando si*
valligna, idest, renascitur; quasi di-
cat, tarde *in Bologna*, quae est ni-
dus Philosophorum, & mater Le-
gum, omniumque bonorum fertilis,
humanitatis piissima nutrix. Et no-
minat alium, Faventinum virum ple-
bejum sanguine, sed nobilem virtute
animi, dicens:

Quando in Faenza un Bernardin di
Fosco,

Iste Bernardinus fuit filius Fusci,
viri rustici, sed virtute sua honora-
tus in patria, ad quem non erube-
scebant nobiles Faventini accedere,
ut audirent ejus bonas sententias &
pulcra schemata. Et ejus dicta mo-
ralia & notanda allegabant. Ideo be-
ne dicit:

Verga gentil di picciola gramigna.

E Quasi dicat: nobilis planta nata ex
vili erba. Et ex hoc non minus
colenda sicut aurum, quod oritur ex
terra, & rosa ex spina. *Quando in*
Faenza, supple, *si valligna.* Faventia
olim dicta est Forum Favii a
Favio Romano. Quam Fridericus II.
cepit post Ravennam. Haec diebus
nostris quum esset opulenta in bono
flore sub dominio Pastorum Eccle-
siae, exclusis omnibus Civibus, sine
caede tota spoliata est & detenta ul-
tra

tra anni circulum intra manus Barbarorum latronum.

Non ti maravigliar, - - - - -

Heic Guido convertens sermonem suum specialiter ad Dantem, nominat duos alios de Romandiola, vicinos patriae ejus Florentiae. Unde dicit:

- - - - - s'io piango, Tosco,

idest, o Dantes. Et non appellat eum nomine proprio, quia ipse noluerat se nominare, ut patuit supra:

Quando rimembro - - - - -

Ugolin d'Azzo - - - - -

Iste fuit vir nobilis & curialis de Ubaldinis, clarissima stirpe in Romandiola. Qui fuerunt diu potentes in Alpibus citra Apenninum, & ultra, prope Florentiam: sicut & Comites Guidones, de quibus jam dictum est supra. Et dicit:

- - - - - che vivette vosco.

Scilicet, tempore vestro bono, quando in Romandiola vigeat vera nobilitas & multa curialitas.

- - - - - con Guido da Prata,

Iste Guido fuit alius vir probus de una Villa, quae dicitur Prata, in eisdem partibus, homo magni valoris, qui familiariter vixerat cum isto de Ubaldinis, ut dicitur plenius in Cant. XXIV. Est etiam alia Villa in Romandiola inter Faventiam & Ravennam, unde quidam volunt fuisse istum Guidonem. Sed prior expositio est magis consona, quia Poëta colligavit istum Guidonem cum illo de Ubaldinis.

Federigo Tignoso - - - - -

Heic Guido nominat alium Romandiolum. Iste fuit vir nobilis & dives de Arimino, cujus domus erat domicilium libertatis, nulli honesto clausa. Conversabatur laete cum omnibus bonis. Ideo Dantes describit ipsum a societate sua, quae erat tota

laudabilis. Dicit ergo: *Federigo Tignoso*. Audio, quod iste habebat pulcherrimum caput capillorum flavorum. Ideo per antiphrasim sic dictus est:

- - - - - e sua brigata

de Arimino: Et heic nota, quod Ariminum est nobilis & antiqua Civitas Romandiolae super mare Adriaco, quondam fidelissimus Portus Romanorum, ut saepe patet apud Livium. Habuit Theatrum, ubi hodie dicitur Forum; & Arcum Triumphalem, qui adhuc apparet; & Pontem pulcherrimum,

La Casa Traversara - - - - -

Heic Guido non contentus nominasse supra solum Petrum Traversarium de Ravenna, nunc nominat ipsam stirpem, quae fuit tota clara: unde dicit: *la Casa Traversara*. De ista Domo fuit alius Miles magnus Princeps in Ravenna, scilicet Paulus Traversarius, qui simul cum viribus Venetorum expulit Salinguerram Principem de Ferrara.

- - - - - e gli Anastagi.

Isti fuerunt magni, nobiles, & potentes. A quibus una Porta in Ravenna usque hodie denominatur Porta Anastasia. De ista Domo fuit nobilis Miles Dominus Guido de Anastasiis, qui mortuus est prae impatientia amoris cujusdam Dominae honestissimae, quam numquam potuit flectere ad ejus amorem. Fuerunt & aliae Familiae clarae in Ravenna, sicut Familia Honestorum, de qua fuit nobilis adolescens Anastasius de Honestis, qui amarus de filia pulcherrima Pauli Traversarii, tandem illam habuit in uxorem, sicut honeste scribit Boccaccius, curiosus inquisitor omnium delectabilium historiarum. Et heic nota, Lector, quod Poëta noster facit istum Gui-

donem nominare aliquos viros claros seculares, modernos, quia sic conveniebat viro Militari. Sed alios viros illustriores antiquiores genuit haec patria, sicut Petrum Damiani, de quo Poëta scribit Cant. XXI. Paradisi, & Romualdum de Honestis, de quo scribit Poëta Cant. XXII. Paradisi. Nota etiam, quod Ravenna est tota sphaerica, habens muros antiquissimos, amplissimos magis infra terram quam supra: signum magnae vetustatis. Ubi quondam Caesar facturus civile bellum, moram traxit, tamquam in confinio Provinciae suae, ut scribit Suetonius. Quam duo flumina amplectuntur, quae ibi conjunguntur in unum. Habuit Portum capacissimum, qui modo repletus est. Ravenna Templorum multitudine & pulcritudine est decorata, Fide Catholica insignita. Nam ab initio Fidei, Petrus misit Apollinarem Discipulum Ravennam ad feminandum Fidem. Ex quo tempore fuit postea potentissima. Tempore Gothorum, Langobardorum & Vandalorum habuit saepe Reges. Multa & magna proeicia fecit, & tulit: hodie est tantum languida & exhausta, quod decrepita amisit vires suas, proxima occasui. Sicut enim scribitur in Libro Chronico Ravennae, qui dicitur *Pontificalis*, Ravenna condita est a pronepotibus Noë post Diluvium, ante Nativitatem gloriosissimi Redemptoris nostri Domini nostri Jesu Christi per annos duo millia quadringentos nonaginta novem. Quod non credo. Quia de tam longa antiquitate nulli Auctores authentici, quos ego viderim, aliquid scribunt; quos ego vidissem saltem, si per alios visi fuissent. Ravenna enim fuit Colonia Sabinorum, ut dicit Plinius. Et dicunt quidam sequentes

A opinionem communem, quod sic dicta est, quod ratibus venientes condiderunt eam. Non mirum ergo, si Poëta nobilis elegit sibi vivere & mori in nobili Civitate hac, ubi jacet apud locum Minorum in tumulto valde gravi. Et certe dignius quiescit Dantes in Terra madida sanguine Martyrum, in qua fuit honoratus in vita, quam in Terra maligna & ingrata, ut ipse ait, de qua vivens indigne factus est exul. Et concludit Poëta de duabus Familiis praecipuis de Ravenna.

E l' una, e l' altra gente - - - -

idest, gens Traversariorum, & Anastasiorum:

- - - - - è diredata,

C quia non existat heres suus. De quo dolendum est.

Le donne - - - - -

Heic Guido memorat gesta & festas gentis Romandiola, dicens: *e quando rimem'ro.*

Le donne e i Cavalier - - - - -

qui multi erant in Romandiola. Et dat singulis officia sua, dicens:

- - - - gli affanni e gli agi,

D idest, exercitia armorum, honesta convivia, tripudia, & alia solatia, quorum aliqua magis competunt viris, aliqua mulieribus, Et dicit:

Che ne 'nvogliava - - - - -

idest, quae praedicta inducebant nos in voluntatem:

- - - - - amor' e cortesia,

E quia amor & liberalitas duo sunt, quae inducunt homines ad pulcra & delectabilia. Et dicit:

Là dove i cor son fatti sì malvagi:

Idest, in qua Romandiola animi sunt ita mutati ab amore in odium, a curialitate in cupiditatem. Et vide, quod aliqui referunt totum istud dictum solummodo ad Ravennam. Sed hoc non videtur. Immo referendum est

est

est ad totam Romandiolam. Unde statim ostendit, quod amor & liberalitas recessit de patria sua.

O Bretinoro - - - - -

Heic Guido cum dolore convertit sermonem ad patriam suam, dicens cum exclamatione: *O Bretinoro!* Istud est nobilissimum Castellum, quasi in centro Romandiolae in monte situm supra Forlivium, habens pulcherrima moenia, & loca amoena & fertilia.

che non fuggi via?

quasi dicat: Cur non recedis de Contrata?

Poi che gita se n'è la tua Famiglia, idest, tam nobilis & curialis defecit:

E molta gente - - - - -

quae erat bona:

- - - - - *per non esser via.*

idest, recessit, ne reservaretur ad ista tempora prava. Et heic nota, ut videas; si magna nobilitas vigeat paulo ante in Bretinorio, quod tempore istius Guidonis, quando aliquis vir nobilis & honorabilis applicabat ad Terram, magna contentio erat inter multos Nobiles de Bretinorio, in cujus domum ille talis forensis deberet declinare. Propter quod concorditer convenerunt inter se, quod columna lapidea figeretur in medio plateae cum multis annulis ferreis. Et omnis superveniens esset hospes illius, ad cujus annulum alligaret equum.

Ben fa - - - - -

Heic Guido commendat unam Terram ab eo, quod adhuc retinet suos Nobiles depravatos. Dicit ergo:

Ben fa Bagnacaval - - - - -

Magnum Castrum est inter Imolam, Ravennam & Faventiam, & quod habuit olim Comites nobiles, curialitate plenos:

- - - - - *che non visiglia,*

idest, non gignit amplius dulces fi-

lios suos, quod jam sui nobiles tempore Auctoris pro magna parte defecerant:

E mal fa Castrocaro, - - - - -

Nobile Castrum, & verè clarum, supra Forlivium in Valle Montoni. Cujus Comites hodie defecerunt. Sed tunc adhuc vigeabant, sed degenerabant a nobilitate majorum.

- - - - - *e peggio Conio,*

Istud fuit Castellum longe ab Imola per sex milliaria, quod hodie omnino non exstat. Sed multi Comites ejus erant tempore Auctoris, & adhuc, hodie sunt. Ideo dicit: *e peggio Conio;* supple, facit, quia quanto habuit meliores, tanto nunc peiores. Ideo dicit:

Che di figliar tai Conti - - - - -

idest, parere tam degeneres:

- - - - - *più s'impiglia,*

Et tamen isti adhuc hodie de virtute antiqua multum retinent in strenuitate armorum.

Ben faranno - - - - -

Heic Guido commendat nobilem aliam stirpem de Romandiola, scilicet Paganos, qui habuerunt dominium in montibus supra Imolam & Faventiam, quorum territorium vocabatur *Podere Paganorum*. De quorum stirpe erat tunc unus nomine Maghinardus, qui nobilis genere, pulcher corpore, fortis viribus, strenuus armorum, habebat dominium Faventiae & Imolae, audax ut leo, cujus gestabat Insignium. Modo dicit iste:

Ben faranno i Pagan - - - - -

Quorum familia habuit aliquos claros viros, sicut Petrum Paganum, & alios; quae erit tunc felix, quando deficient omnino, quia Maghinardus infamat eam nunc vivens. Ideo dicit:

----- *da che'l Demonio*

Per se n girà. -----

idest, quando Maghinardus morietur, quem vocat Daemonem per pulcherrimam metaphoram. Daemon enim interpretatur sciens. Et est Daemon bonus & malus apud Graecos, sicut Angelus bonus & malus apud Latinos, ut saepissime patet per Augustinum de Civitate Dei, & per Chalcidium super Timaeo Platonis. Iste autem fuit astutissimus & sagacissimus hominum. Quales aliqui alii fuerunt in Romandiola, quos ab astutia Poëta noster numeravit cum Ulysse Cant. XXVII. Inferni. Sicut enim Romandiola habet aliqua ingenia Angelica, ita habet aliqua Diabolica. Ideo dicit:

----- *ma non pevo che puro*

idest: non tam ita bene facient Paganì per mortem Maghinardi:

Che mai rimanga d'essi testimonio.

Idest, bona fama de Maghinardo in mundo viventium. Hoc ideo dicit, quia infamia erat vulgo de Maghinardo, quod ipse tenebat partem Guelpham in Tuscia, & Gibellinam in Romandiola. Et istam infamiam Poëta facit durabilem, donec durabit iste Liber, quia dixit in Inferno de eo:

Che muta Parte dalla State al Verno.

Et haec infamia verè fuit falsa, sicut plene declaratur in illo Cantu Inferni. Nam si Maghinardus fuit contra Gibellinos in favorem Florentinorum, ex hoc potius meretur laudem quàm infamiam, quia debebat illis totum esse & posse suum. De Maghinardo non remansit proles mascula: sed quaedam filiae, quae intraverunt in Familiam Ubaldinorum.

O Ugolin -----

Heic Guido praedictus nominat ultimum spiritum de Romandiola, &

A illum consolatur, quia non reliquit filios ex se, qui possent degenerando offuscare famam ejus. Unde apostrophat sermonem suum ad eum: dicens:

O Ugolin de' Fantolin -----

Iste fuit de Faventia, vir singularis bonitatis, & prudentiae:

----- *sicuro*

E' il nome tuo -----

B quod remansit de te clarum, è sicuro, scilicet ab infamia:

----- *da che più non s' aspetta*
aliquis heres vel successor:

Chi far lo possa tratignando oscuro.
idest, degenerando a vera virtute, sicut accidit in Nobilibus aliis de Faventia. Unde vide, quod Poëta noster posuerat duos nobiles de Faventia in glacie. Heic verò ad redimendam infamiam nominat duos Plebejos famulos. Et heic nota, quod Poëta nobilis nullam Provinciam de mundo tantum honoravit quantum istam. Nam in isto eodem Capitulo describens Lombardiam, solummodo tres exceptabat a regula. Ego verò nullum inveni umquam Auctorem antiquum, qui hanc Provinciam in aliquo culpaverit. Immo Romandiola olim vocabatur Flaminia a frequentia & multitudine Flaminum, idest Sacerdotum. Parva verò Romandiola, quasi Hortus Romanus. Sed quid plura loquor? quum nulla fere pars ejus hodie floreat praeter Ariminum. Certe magis quam hic Romandiolus fecerit, miserabilem statum illius deplorarem, nisi desolatio jam transisset ad ceteras fere provincias Italiae.

Ad Cant. XVI. Vers. 28.

Così per una voce detto fue.

Ista uxor erat Marci Lombardi.

Ad Vers. 27.

Partissi ancor lo tempo per Calendi.
Mortui non dividunt tempus, quia
tem-

tempus non currit eis; sed Viventes sic, nam dividunt tempus per Calendas mensium, & per dies, & per Nonas juxta illud:

„ Sex Nonas Majus Otober, Julius, & Mars,

„ Quatuor. At reliqui tenet Idus, quilibet octo.

Ad Vers. 46.

Lombardo sui, e sui chiamato Marco. Nunc Poëta ponit responsonem illius spiritus ad utramque petitionem. Et primo ad primam, videlicet quis fuerit. Et ad hujus primae plenam responsonis intelligentiam est praesciendum, quod iste Marcus Lombardus, qui loquutus est nunc cum Poëta, & loquitur usque in finem Capituli, fuit quidam Miles Curialis de nobili Civitate Venetiarum, quia non more nebulonum modernorum vacabat rebus obscoenis, sed honestis. Fuit enim vir nobilis animi, clarae virtutis, sed facilis irae & indignantis naturae. Audivi autem nobilem indignationem de homine isto, qualis reperitur in nobilibus ingeniis. Nam quum semel esset captus, & impositâ sibi immensâ talliâ ultra posse, misit per nuntium suum ad Dominum Rizzardum de Camino, tunc Dominum Tarvisii, rogans suppliciter, quod non permetteret eum mori in angustia carcerali. Qui misertus indignae sorti amici, statim scripsit multis Dominis Lombardis, in quorum Curis Marcus ipse erat solitus conversari, quod deberent conferre redemptioni ejus liberaliter. Quo audito Marcus magnanimiter indignatus, remisit continuo nuntium ad Dominum Rizzardum, dicens: quod volebat potius mori in captivitate, quam esse fervus tot & tantorum. Tunc Dominus Rizzardus pudore confusus, dam-

Tom. III.

nans vilitatem suam, solvit de propria pecunia summam, & liberavit Marcum. Ad literam ergo dicit Poëta. Et ille spiritus describens se a praenomine, proprio nomine, & virtute,

Così vispose - - - - -

sub tam curiali forma verborum:

Lombardo sui - - - - -

Et heic nota, quod iste denominat se a gente, quia fuit de Lombardia inferiori, quae dicitur Marchia Tarvisana. Vel dic, & melius, quod denominatus est Lombardus, quia familiariter conversabatur cum Dominis Lombardiae tempore suo, inter quos tractabat saepe concordias, paces, affinitates, & confederationes. Aliquando etiam transibat Apenninum in Tusciam. Unde audisti alibi, qualiter prophetavit Comiti Ugolino Tyranno Pisarum iram Dei venturam super eum. Et dicit:

- - - - e fui chiamato Marco.

Quo nomine multi inveniuntur Venetiis. Et iste Marcus fuit vir prudens, affabilis, expertus agibiliarum mundi. Ideo bene dicit:

Del mondo seppi, - - - - -

quia magnam notitiam rerum humanarum habuit:

- - - - e quel valore amai

scilicet, virtutem, quae est omnino derelicta.

Ad Vers. 54.

Dentro ad un dubio, s' io non me ne spiego.

Ad cujus literae obscurae intelligentiam claram volo te scire, quod Poëta noster audiverat similem sermonem alibi, scilicet in secundo circulo Purgatorii Cant. XIV. a Guidone del Duca, spiritu Romandiolo invido. Qui loquens de habitatoribus Arni, qui fugiunt Virtutem tamquam serpentem, dixit hoc esse

R r

vel

vel ex infelicitate loci, vel ex pravo usu hominum. Et nunc audiebat idem a Marco spiritu Lombardo iracundo, qui hoc dicit de omnibus in generali, & in particulari de habitatoribus Padi & Athesis. Per quae loca dixit posse transire tute, quicumque verecundatur appropinquare bonis.

Ad Vers. 80.

----- e quella cria

La mente in voi, che 'l Ciel non ha in sua cura.

Scilicet, Natura, vel Deus creat ab initio animam rationalem in hominibus. Quia anima, quae est res divina, non est a generante, sed a Deo creante, licet infusa corpori moveatur secundum complexionem corporis. Nimis absurdum ergo videtur, quod homo subjiciatur coelo, quum potius astra sint facta propter hominem, quam e contrario. Unde ad confirmandum propositum occurrit mihi res jocosa. Floruit, non est diu, in Civitate Paduae quidam Petrus de Abano, eximius Philosophus, Astrologus, & Medicus. Qui ad tempus fuit in ista opinione prava. Accidit autem semel, quod accensus iram contra servum suum, qui nimis tarde redierat domum, volebat in furore injicere manus in eum. Tunc servus sagax subito usus est ingenio, & dixit: *Fateor, magister mi & domine, me errasse. Sed unum verbum precor, audire digneris, antequam a me poenam meritam exigas. Audivi saepe, ut bene recolo, te dicentem, quod omnia eveniant de necessitate. Quomodo ergo poteram citius venire? Petrus magis iratus, porrigens manum ad baculum, clamare coepit: Necessesse est, serve nequam, quod te dure corripiam de contumacia tua. Tunc servus non territus, applicans manum ad capu-*

lum, dixit: Et certe, magister insane, necesse est, quod insigam gladium in viscera tua. Petrus autem timore temperante iram, dixit: Semper stabis mecum, si voles; & promitto tibi, quod numquam de cetero habebis opinionem istam, nec aliquando suadebo.

Ad Vers. 102.

Di quel si pasce, e più oltre non chiede.

Heic nota, quod Poëta noster juste conqueritur de malo regimine Praelatorum, quod est quasi causa omnium malorum. Quia, ut videmus de facto, Populus a moribus Sacerdotum facilius contrahit vitia quam virtutes. Unde arguitur sic: Praelati, Pastores, Sacerdotes, & Religiosi, qui sapientissimi hominum docent nos mandata Dei & Leges Sanctorum Scripturarum, petunt & appetunt ista temporalia, puta pecunias, voluptates, & talia. Ergo aut cognoscunt ea esse bona, aut Deum clementissimum pro omnibus fore passum. Ideo Praelati tenentur de animabus subditorum, qui sequuti sunt eorum mala exempla. Ideo subdit

Marcus:

Ben puoi veder - - - -

Ex his, quae dixi:

----- che la mala condotta, scilicet, Pastoris

E' la cagion, che 'l Mondo ha fatto reo.

Ad Vers. 108.

Facean vedere e del Mondo e di Deo. Ita reddebant quae sunt Caesaris Caesarum, & quae sunt Dei Deo; sicut patuit in Constantino & Silvestro, & Justiniano, & Agapito, & Carolo Magno, & Adriano. Et ita postea in quibusdam Ottonibus Germanis, & Papis Romanis. Ideo bene Justinianus Imperator ait: *Magna in hominibus sunt dona Dei a superna colata*

lata clementia, Sacerdotium & Imperium. Illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens, ex uno eodemque principio utraque manantia. Et subdit, quod nunc contrarium accidit cupiditate & ambitione Pastoris; dicens:

L' un l' altro ha spenta - - -

Scilicet, Papa Imperatorem, & Imperator Papam, sicut patuit in Friderico II. qui omnia spiritualia tyrannice usurpavit, & Gregorio IX. qui occupavit Regnum Friderici eo absente, ut statim dicitur. Potest tamen intelligi praecipue de Bonifacio, qui cinxit sibi enslem, ut patuit supra Cant. VI. Ideo dicit:

- - - Et è giunta la Spada,
idest, potestas temporalis:

Col Pastorale, - - -

idest, cum potestate spirituali, quae figuratur per virgam Pastoralem. Hoc idem vidit ipse Poëta paulo post in Clemente V. contra Henricum VI. quum tamen duos gladios sufficere Imperio Christiano Evangelii testetur auctoritas. Ideo dicit:

- - - E l' un e l' altro insieme
simul confusa:

Per viva forza mal convien che vada.
Quia non potest unus tam diversa officia bene exercere. Et assignat causam, dicens:

Peù che giunti - - -
scilicet, Ensis & Pastoralis virga
- - - l' un l' altro non teme.

Nec reverentur. Quod probat per exemplum de proximo, dicens:

Se non mi credi, - - -
quia videar tibi homo curialis, novorum fisor:

- - - pon mente a la spiga,
idest, respice ad effectum:

Cb' ogni erba si conosce per lo seme.
Nam propter discordiam, quae fuit inter Papam & Fridericum II. Lom-

bardia, flos Italiae, fuit quasi destructa.

In sul Paese - - -

Haec nobilis Marcus ad dilatandam hanc materiam, pro confirmatione dicti sui describit mutationem Lombardiae, quae propter discordiam Papae & Imperatoris, amisit bona temporalia & spiritualia. Et ad hujus literae expositionem oportet breviter perstringere aliqua de Friderico II., de quo aliqua scripsi Purgatorii Cant. III. Fridericus ergo elatus magnâ potentiâ multorum Regnorum, & nobili prole proborum filiorum, temporalia & spiritualia conculcabat. Propter quod fuit excommunicatus ab Honorio III. Papa, & stetit contumax sex annis. Honorio mortuo successit in Pontificatu Gregorius IX. de Anagnia, qui sedit XIV. annis. Quo tempore Fridericus habuit inexorabile bellum secum. Post hoc Fridericus magna classe transivit ad Terram Sanctam, ubi privavit Regno Hierusalem Johannem Brenensem socerum suum. De quo fecit se coronari Anno Domini MCCXXXV.

Gregorius IX. audita pace fisa, quam Fridericus fecerat cum Soldano, dedit operam, quod dictus Rex Johannes intraret Regnum Apuliae, quod totum fecit rebellare Friderico. Sed Fridericus, velut ardens fulmen belli, cum summa celeritate revolavit in Italiam cum duabus Galeis, & totum Regnum celerius recuperavit: & ultra hoc occupavit Patrimonium Sancti Petri, Ducatum Spoleti, & Marchiam Anconae, ducens secum Saracenos de Nuceria, quos traxerat de Sicilia de montibus Drepani, ut Sicilia esset tutior, & Apulia subiectior. Deinde quum Gregorius ordinasset Concilium contra Fridericum, magnus numerus Praelatorum veniens

de partibus Galliae, captus fuit ad Pisas, quos postea Fridericus pauperrime dimisit, instante Ludovico Rege Franciae. Et tunc natum est bellum inter Januenses & Pisanos. Post hoc Fridericus aspirare coepit ad dominium Lombardiae. Unde sentiens, quod Mediolanum, Parma, & Bononia, & plures aliae Terrae Lombardiae & Romandiolae conjuraverant cum Ecclesia contra eum, descendit de Regno in Lombardiam magnis viribus. Et post multa proelia Mediolanenses totis viribus suis, Ecclesiae, & colligatorum, quum venissent in auxilium Brixientium, concurrerunt cum Friderico in loco dicto Curte Nova. Et post acre proelium Mediolanenses debellati sunt cum magno damno suorum, & exaltatione Friderici, qui in illa pugna strenue se gesserat. Cujus rei dolore Gregorius infirmatus, mortuus est Romae paulo post. Fridericus vero victor cepit magnam partem Lombardiae & Romandiolae. Quo tempore habuit Elephantem, ad quem videndum confluebant multi de Populis Lombardiae. Tandem creatus est Papa Innocentius IV. vir nobilis Januensis ex nobilibus de Flicco, Anno Domini MCCXLI. Qui sedit annis XI. Et replevit Ecclesiam multis Cardinalibus ex diversis partibus Christianitatis. Quo audito Fridericus turbatus, fertur dixisse: *Heu! perdidit amicum meum*: praeficiens quod futurum erat. Nam Innocentius, prudens & magnificus, videns potentiam & contumaciam Friderici, qui quasi totam possidebat Italiam, fecit armari apud Januam XX. Galeas per consortes suos. Et cum Cardinalibus & Curia ivit de Roma Lugdunum supra Rhodanum. Ubi celebrato Concilio, cui

A interfuit bonus Ludovicus Rex Galliae, damnavit & excommunicavit Fridericum. Interim consanguinei Innocentii & amici Ecclesiae, expulsi de Parma, intraverunt Parmam cum consensu Populi. In quorum auxilium continuo venit Gregorius de Monte Longo Legatus Ecclesiae cum Mediolanensibus, Placentinis, & Mantuanis. Et paraverunt se ad defensionem. Fridericus indignatione plenus & ira, contractis magnis viribus, & Eccelino de Romano obsedit Parmam, & fecit ibi Bastitam magnam in formam Civitatis, quam Victoriam appellavit, jurans numquam recedere, nisi Parmâ captâ, quam conceperat destruere, & transferre Victoriam. Igitur Friderico impugnante & Ecclesia defensante Parmam per spatium sex mensium, saevitia hyemis cogente, militia Civitatum utrinque ad propria remavit. Fridericus vero remansit in Victoria, exspectans tempus aestatis, spe expugnandae Civitatis, quae penuriâ victualium parvo tempore poterat resistere. Ideo Fridericus, parvipendens obsessos, die quadam iverat extra Victoriam ad Falconem. Tunc Parmenses quasi desperati furiose exeuntes, invaserunt Victoriam, quam captam ferro & igne destruxerunt, & praedâ magnâ ditati sunt. Fridericus verò Cremonam fugiens vix evasit, amissis jocalibus suis & Corona, quam habuerunt Parmenses. Haec gesta sunt die Martis prima Februarii Anno Domini MCCXLVIII. Et Anno sequenti Henricus filius ejus bellicosus captus est a Bononiensibus apud Mutinam. Quâ victoriâ Bononienses elati sunt valde. Deinde altero Anno Fridericus mortuus est, nihil de tanta potentia secum trahens, nisi sarcinam peccatorum.

Nunc

Nunc descendendum est ad literam, quam sic ordinabis :

- - - *valore e cortesia* - - -

ideſt, viri valentes & liberales;

- - - - *Trovareſi ſolea*

In ſul Paefe, - - - -

ſcilicet, in Marchia Triviſana & Lombardia:

- - - *ch' Alice e Pò riga*,

ideſt, balneat. Quia Atheſis nobilis fluviuſ labitur per Marchiam Tarviſanam, per Civitatem Veronae. Quae regio dicto tempore fuit crudeliter afflicta per Eccelinum de Romano, confoederatum cum Friderico; ſicut Padua, Verona, Vicentia, Tarviſium. Paduſ vero nobiliſſimus fluviuſ dividit Lombardiam per medium. Quae regio fuit miſerabiliter lacerata per Fridericum, ut patet ex dictis. Et heic nota, quod iſte Marcus bene noverat Dominos & viros Nobiles utriuſque riperiae, quam ſolebat ſaepe frequentare; & mores laudabiles virorum & mulierum referre. Unde ſemel diſcurrens per riperiam Padi, dum iret de Ferraria Ravennam, audiens multum commendari Margaritam conſanguineam Azonis III. Marchionis Eſtenſis, intravit Argentam, ubi ille erat tentaturus veritatem. Margarita autem valens, & bene morata, quum audiſſet de fama Marci, recepit ipſum laetanter. Cui Marcus magnifice loquens, ait: *Illuſtris Domina: alta virtus tua ubique nota conduxit me huc, ut gloriari poſſim vidiffe & audiſſe Dominam, quae excedit ceteras nobilitate generis & virtute animi.* Marchioniſſa volens experiri circumſpectionem Marci, prudenter reſpondit ſubito: *Certe, Marce, non poſſum de te dicere illud bonum, quod tu de me dicis.* Et Marcus continuo dixit: *Immo bene poſuiſſetis, ſi voluiſſetis de me mentiri, ſicut ego mentitus ſum de vobis.*

A Ex quo Domina ſubridens, perpendens verum fore, quod de Marco audiverat, donavit illi certum jocale, & permiſit ire ad viam ſuam. Et heic nota, quod Marcus novit facere mirabilia ſchemata; quia bonum ſchema debet mordere auditorem ut oviſ, non ut canis; & debet fieri praesto & ſine mora. De hujus materia pulcre tractat Macrobiuſ in Libro Saturnalium. Et dicit Marcus:

Prima che Federigo aveſſe briga.

Idēſt, bellum cum Innocentio IV. & Eccleſia. Et ſubdit Marcus, nunc eſſe contrarium in Marchia & Lombardia. Unde dicit:

Or può ſicuramente indi paſſarſi

C per dicta loca, quae ſunt derelicta a bonis:

Per qualunque - - - -

ſcilicet, pravum:

- - - - *laſciaſſe per vergogna*

Di ragionar co' buoni, - - - -

quia ſunt ibi rari:

- - - - *o d' appreſſarſi*

D illis bonis. Quasi dicat: Quicumque verecundaretur colloqui & converſari cum bonis & curialibus, poteſt audacter tranſire per haſ partes, quia invenit multos de ſuis, viles & vitioſos.

Ben v' è - - -

E Heic Marcus, quia videbatur feciſſe regulam generalem de Lombardis, & mordaci ſchemate, ut redimat pudorem eorum, facit exceptionem ſpecialem. Et dicit, quod in dictis duabus provinciis ſupervivunt tres viri valentes, retinentes adhuc de curialitate & virtute antiqua. Unde dicit:

Ben v' è tre vecchi ancora - - -

in quibus eſt antiqua virtus, de quibus dignum videtur facere ſchema ſeu famam. Unde dicit:

- - - in cui rampogna

L' antica età la nuova, - - -

idest, improperat & vituperat modernos; & summe dolent ita mutam naturam suorum comprovincialium. Unde dicit:

- - - e par lor tardo,

Che Dio a miglior vita li ripogna.

Scilicet, vitae futurae. Quasi dicat: mors videtur eis tarda. Et loquitur hyperbolice. Vel dic: quod optant reponi ad meliorem vitam, idest, virtuosiores, quàm sit vita modernorum. Et declarat ipsos nominatim, dicens:

Curvado da Palazzo - - - -

Hic fuit nobilis de Civitate Brixiae, de cujus strenuitate audivi, quod quam esset Vexillifer pro sua Republica, in proelio truncatis sibi manibus, numquam deseruit publicum Signum, immo perseveranter cum truncis retinens, non prius illud, quàm vitam, abjecit. Et sic videtur fecisse fortius, quàm Dentatus, qui amissa manu in pugna fecit sibi aliam ferream:

- - - e'l buon Gherardo,

Iste fuit nobilis Miles de clarissima Domo illorum de Camino, qui saepe habuerunt Principatum illius Civitatis. Hic fuit vir totus benignus, humanus, curialis, liberalis, & amicus bonorum. Ideo antonomastice dictus est Bonus:

E Guido da Castel - - - -

Iste fuit de Regio Lombardia, de Robertis, quorum tria erant membra, scilicet illi de Tripoli, illi de Castello, & illi de Furno. Ideo denominat ipsum a vocabulo speciali, per quod erat notus. Et ita publice vocabatur. Iste florebat in Regio, tempore nostri Poëtae, quum Civitas illa esset in magno flore, & regeretur libere. Fuit autem vir pru-

A dens & rectus, sani consilii, amatus, & honoratus, quia zelator erat Reipublicae, & protector patriae, licet tunc alii essent potentiores in terra illa. Fuit liberalis. Cujus liberalitatem Poëta noster expertus est semel, receptus & honoratus ab eo in domo sua. Fuit etiam Guido pulcher inventor in Rhythmo vulgari, ut pulcre apparet in quibusdam dictis ejus. Ideo in commendatione ejus dicit:

- - - che me' si noma

idest, qui Guido melius nominatur:

Francescamente il semplice Lombardo.

Exponunt aliqui, quia de curialitate sua tanta fama crevit per Franciam, quod vocabatur *Simplex Lombardus*.

C Sed istud est vanum dicere. Immo debes scire, quod Gallici vocant omnes Italicos Lombardos, & reputant eos valde astutos. Ideo bene dicit, quod proprie vocaretur Gallice *Simplex Lombardus*. Simile dixit supra de Henrico Rege Anglorum, ubi dixit:

Vedete il Re da la semplice vita.

Et dicit:

D *Di oggi mai - - -*

Heic ultimo Marcus, repetens & declarans principalem conclusionem, docet Poëtam, quid amodo debeat respondere interrogantibus de dicta quaestione. Unde dicit:

Di oggi mai, che la Chiesa di Roma,
idest, Pastor Ecclesiae:

Per confondere in se due reggimenti,

E Et sic non habet unguam fissam:

Cade nel fango - - - -

idest, in peccatum:

- - - e sè brutta, e la soma.

Et sic foedat regimen Christianae Religionis. Et verè turpe est videre Sacerdotem togatum armatum. Et subdit Poëta, quomodo ipse confirmavit dictum Marci, auctoritate Sacrae Scripturae. Dicit ergo:

O MAR-

O Marco mio, dis' io, ben' argo-
menti:

ex commixtione gladii, & clarè arguis
causam per effectum. Et hoc video
ex bono testimonio. Ad cujus evi-
dentiam sciendum est, quod sicut
posset colligi ex multis Libris sacris,
& ex Josepho Libro Antiquitatum,
Levi fuit unus ex duobus filiis Ja-
cob, natus ex Lia, a quo denomi-
nati sunt Levitae. Hanc Tribum
Moyfes segregavit ab aliis, & sacra-
vit, ut simpliciter vacaret sacrificiis,
& vacaret ab officio militiae. Moy-
ses ergo Levitarum Tribum servitu-
ram Deo separavit a proeliis, &
constituit Populum dare eis Decimas
annuorum fructuum. Vide ergo, quid
Poëta vult dicere heic, quum dicit:

Et or discerno - - -

Et nunc perpendo:

- - - - perchè dal retaggio

Li figli di Levi furon' esenti.

Sicut Moyfes, Aaron, & alii Levi-
tae, divisi & remoti a dominio, &
hereditate Terrae Sanctae, quam pro-
miserat Deus Abraam, Isaac, Jacob,
& semini eorum: Deinde Poëta mo-
vet dubium Marco circa unum no-
minatorum, quia vocaverat eum sim-
pliciter Gherardum, quum multi alii
possent esse in illa regione & pa-
tria ejusdem nominis. Unde dicit:

Ma qual Gherardo è quel, che
tu mihi dicis:

- - - - tu per saggio,

idest, pro sagaci & sapienti:

Di ch' è rimaso de la gente spenta,
idest, mortua:

In rimprovero del Secol selvaggio?

idest, in improperium & dedecus pra-
vi temporis?

O tuo parlar - - -

Heic ultimo Poëta ponit responsio-
nem Marci ad quaesitum, dicens:
Ille Marcus

Rispose a me: - - -

O tuo parlar m'inganna, o e' mi-
tenta.

Et ecce quomodo:

- - - - che parlandomi Tosco

Par che del buon Gherardo nulla senta.

Quasi dicat: Miror de te, quod li-
cèt sis Tuscus, non Lombardus, non
videris scire, quis fuerit Gherardus,
cujus curialitas & bonitas jam tran-
sivit Apenninum, & per famam per-
venit in Tusciam. Et subdit:

Per altro soprano me io nol conosco.

Sed heic statim oritur dubitatio. Di-
ceret aliquis: Quomodo Marcus di-
cit, se non nosse istum ab alio co-
gnomine, quum tamen cognomen il-
lorum de Camino esset tunc famo-
sum in Lombardia, immo in tota I-
talia? Et praecipue Marcus fuit fa-
miliarissimus istius Domus, & Do-
mini Rizzardi, cujus pater fuit iste
Gherardus? Dicendum breviter, quod
Poëta hoc fingit de industria duplici
ratione. Primo, ut ostenderet ejus ex-
imiam bonitatem. Vult enim dare
intelligi tacite, quod Gherardus de-
bet esse magis notus bonitate sua,
quàm nobilitate Familiae illorum de
Camino. Secundo, ut faceret memo-
riam de vanitate filiae ejus. Unde
addit:

S' io nol togliesse da sua figlia Gaja,
quasi dicat; neque nobilitas neque
bonitas facit eum ita notum, sicut
filia ejus notissima. Ita enim erat
famosissima in tota Lombardia, quod
ubique dicebatur de ea: Mulier qui-
dem verè gaja & vana. Et ut bre-
viter dicam, tota Tarvisina, & a-
morosa. Quae dicebat Domino Riz-
zardo fratri suo: Procura tantum mihi
juvenes procos, & ego procurabo tibi
puellas formosas. Multa jocosa sciens
praetereo de femina ista dicere, quae
pudor prohibet.

Ad

Ad Cant. XVI. Vers. 13. & seqq.

O imaginativa, che ne rube &c.

Heic nota, quod licet Poëta legisset saepe de tam forti imaginatione in Socrate, Democrito, Carneade, & aliis multis, tamen in se ipso fuerat mirabiliter expertus. Accidit enim semel sibi in Civitate Senarum, ostenso sibi Libello famoso, nec amplius viso per ipsum, quum non posset habere commodius copiam de eo, adhaesit cum pectore banco unius Speciarrii, & cum tanta attentione percurrit Libellum totum, persistens fixus sine motu oculorum ab hora Nona usque ad Vesperam, quod nihil extrinsecus sensit, quum tamen fieret ibi prope festum nuptiale cum plausibus, cantibus, & sonis. Et interrogatus, quomodo potuerat se continuisse, ne respiceret tam celebre festum, ubi erat suavis aspectus tot mulierum Senensium, dulcis melodia tot instrumentorum musicorum, respondit se nihil sensit. Ex quo post primam admirationem magnam sequuta est major, quum ipse esset naturaliter amator amorosorum cantuum.

Ad Cant. XVIII. Vers. 118.

Io fui Abate - - - - -

Ad intelligentiam plenam hujus literae est primo sciendum, quod iste spiritus dicit se fuisse tempore Barbaeruffae, quo Fridericus I. de Suevia, de quo alibi facta est mentio, imperavit Annis XXXVII. Qui prius fuit amicus Ecclesiae, sed postea habuit litem cum Alexandro III. Senensi, qui excommunicavit eum. Quo tempore multa bella habuit in Italia cum Lombardis faventibus Papae. Et victor omnium destruxit Spoletum, & Terdonam. Laudum transmavit. Aedificavit Cremam, & Cremonam recepit per deditionem. Et

A inter memoranda gesta, Mediolanum per obsidionem cepit Anno Domini MCLXII. quod prostratis moeniis totum igne cremavit, & fecit arari, & seminari Sale. Et fecit de Romanis miserabilem stragem. Propter quae Alexander timens furorem potentiae ejus, confugit Venetias, ubi reverenter receptus moram fecit. B Cujus favore Mediolanenses reaedificaverunt eorum Civitatem everfam, Anno Domini MCLXVII. Deinde paulo post ipsi cum auxilio Cremonensium, Placentinorum, & aliorum Lombardorum, amicorum Ecclesiae, fundaverunt novam Civitatem contra Papiam semper inimicam Mediolani, quae faverat Friderico. Et hanc Terram in contemptum Papiæ Alexandriam vocaverunt. Et Dux Venetiarum magna classe gessit bellum navale cum Henrico Imperatoris filio, quem victum & captum duxit Venetias. Fridericus videns fortunam mutatam se continuo declinare, & Alexandrum exaltari, favore Ludovici Regis Franciae & Henrici Regis Angliae generi sui, & Guilliemi optimi Regis Siciliae, Venetorum, & Lombardorum, per Legatos petiit pacem & veniam. Et veniens Venetias procidit ad pedes Papae. Cujus gutturi Papa applicans pedes, dixit illud Psalmistae: *Super aspilem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Et Imperatore dicente: *Non tibi, sed Petro;* Papa respondit: *Ego sum Vicarius Petri.* Demum Fridericus pro satisfactione cum universo exercitu transivit in Syriam ad recuperationem Terrae Sanctae, & suffocatus est in flumine Antiochiae, quum se lavaret calore aestivo. Nunc veniendo ad literam, dicit iste spiritus:

Io fui Avate - - - - -

& vo-

& vocatus est Abbas Albertus, vir bonus moribus & vita. Quem quia Poëta agnoverat, fuisse valde accidiosum (quo vitio laborant multi Praelati) ideo ipsum introducit heic sic loquentem. Et tangit locum, dicens:

----- in San Zeno a Verona.

Ad quod nota, quod Zeno fuit Episcopus Veronae vir magnae Sanctitatis, scientiae, & eloquentiae. Qui multa & pulcra volumina edidit in Sacra Scriptura. Nota etiam, quod Sanctus Zeno est in tribus locis in Verona, scilicet in Monte; alius juxta Athesim, & est parvum Otorium sive parva Capella. Et de isto credo, quod non loquatur Beatus Gregorius in Dialogorum Libro, ubi scribit, quod quum semel Athesis fluvius inundasset Civitatem Veronae, aqua non intrabat per fenestras Sancti Zenonis, seu Ecclesiae ejus. Et est tertius Sanctus Zeno longe a flumine quasi per jactum teli. Cujus Ecclesiã nullam vidi pulcriorem in Verona. Et de isto debet intelligi heic per excellentiam, & quia haec Ecclesia habet Monachos. Et ibi fuit Abbas iste Albertus, qui heic loquitur. Et describit tempus a Principe, dicens:

Sotto l' Imperio del buon Barbarossa.
Vocat Fridericum bonum, quia fuit vir virtuosus, strenuus, largus, triumphator, & corpore pulcher, & a colore denominatus est *Barbarossa*. Et tangit singularem victoriam ejus, dicens:

Di cui dolente ancor Milan ragiona.
Quia dolenter memorat ruinam suam. Nam ejus everfione octuaginta duo millia hominum dispersa dicuntur. Ita ut aliqui transferint ad barbaras nationes. Et hoc de mense Martii. Et stetit sic destructum quinque an-

Tom. III.

A nis. Fuit autem Mediolanum olim potens Civitas, & jam florens tempore magni Marcelli, qui Regem eorum Viridomarum manu sua obruncavit. Sed Pavia postea fuit potentior tempore Regni Langobardorum. Fuit enim sedes Regni eorum. Hodie tamen est subjecta Mediolano cum majori parte Lombardiae.

B *E tal' ha già* -----

Heic dictus Abbas, quia fecerat mentionem de Sancto Zenone, cujus Monasterium ipse egregie gubernaverat, dolenter fecit memoriam de alio quodam Abbate successore suo, qui nequiter tractabat illud dives & nobile Templum. Et ad intelligentiam hujus literae oportet scire, quod mor-

C tuo Eccelino de Romano, Mastinus de la Scala factus est Dominus Veronae. Quo trucidato ab aemulis, Albertus frater ejus successit in dominio, & vindicavit mortem fratris. Ex Alberto natus est Capitaneus Bartholomaeus, Alboinus, & Canis Grandis. Habuit & filium naturalem, qui vocatus est Joseph. Hic

D fuit Abbas Sancti Zenonis. Vir probus & integer a principio, sed consilio medicorum tractã muliere, vel inquinatus pice Diaboli, factus est sceleratissimus. Nam quum Alboinus, qui successit Bartholomaeo in dominio, vellet ex pusillanimitate reducere Comites Sancti Bonifacii in Veronam, Abbas, conquerente Cane, tamquam animosus increpans amare Alboinum, armata manu ivit, & trucidavit multos ex dictis Comitibus ad Villam eorum, quae Insula Comitum primo, postea vocata est Insula de la Scala. De isto ergo Abbate loquitur heic praedictus Abbas. Et dicit dolens de mala tractatione sui Monasterii. *E tal'*: scilicet, Albertus de la Scala.

S 5

----- ha

- - - *ha già l'un piè dentro la fossa,* A
quia fessus senio videbatur jam proximus morti:

Che tosto piagnerà quel Monistero,
quia scilicet morietur, & luet poenam injuriae factae sancto loco. Unde dicit:

E tristo fia d'avervi avuto possa.
Scilicet, in ipsum nobile Monasterium. Et in hoc tacite arguit Dominos temporales, qui injuste occupant bona Ecclesiarum, aut indignissimis tradunt. Et assignat causam dicens:

Perchè suo figlio, - - - - -
scilicet, Josephum:

- - - - *mal del corpo intero,*
hoc dicit, quia erat claudus:

E della mente peggio, - - - - -
quia erat pravus animo:

- - - - *e che mal nacque,*
quia ex damnato coitu conceptus fuerat:

Ha posto in luogo di suo Pastor vero.
Quum tamen esset lupus rapax. Fuit enim homo violentus, de nocte discurrens per suburbia cum armis, rapiens multa, & replens meretricibus locum illum. Et fuit alius Abbas Joseph in dicto loco, spurius Alberti junioris fratris Mastini, sceleratior illo primo. Ideo bene dicebat quidam Veronensis, quod Sanctus Zeno expellebat daemones, & habebat eos intra domum. Hoc dicitur, quia mulier, quando est daemoniaca, ducitur ad Sanctum Zenonem. Et ultimo Poëta concludit, quod non potest piura referri de dicto spiritu. Unde dicit:

Io non so, se più disse, o s'ei si racque,

Tanto era già di là da noi trascorso;
quia numquam dimiserat cursum propriloquii.

Ma questo intesi, e ritener mi piacque.

Quasi dicat: hoc unum notavi, ut memoriam faciam ad arguendum violatores sacrorum.

Ad Cant XIX. Vers. 99.

Scias, quod ego fui successor Petri.

Sed non pauper, ut Petrus; deinde describit se a nobilitate generis. Et ad evidentiam sequentis literae debes scire, quod in MCCLXXIII. Adrianus V. natione Januensis de famosa & potenti Domo illorum de Flisco, qui primo vocatus erat Octobonus, electus est ad Papatum tempore Rodulphi electi ad Imperium Romanorum. Sedit in Cathedra Petri uno mense & octo diebus. Unde morte praeventus nec Sacerdos ordinatus est. Dicit ergo Adrianus:

Una fiumana bella - - - - -

sic dicta a flumine Lavagno:

- - - - - *s' adima,*

idest, avallatur, seu abaffatur:

Intra Siesti e Chiaveri - - - - -

quae sunt duae Terrae Riperiae Januensis:

Lo titol del mio sangue - - - - -

idest, illorum de Flisco:

- - - - - *fa sua cima.*

Idest, apicem sui culminis nobilitatis & potentiae magnae:

- - - - - *e del suo nome:*

quia scilicet dicti Nobiles vocantur Comites de Lavania, seu di Lavagno. De quorum genere fuerunt multi viri valentes, praecipue alius Papa, qui dictus est Innocentius IV. vir quidem magnificus, & destructor Friderici II. & scientificus in utroque Jure, & in Sacra Scriptura. Et hujus Innocentii fuit Nepos iste Adrianus ex fratre. Qui suis exultantibus de promotione sua dixit: *Melius erat vobis habere Cardinalem vivum, quam Papam mortuum.*

Un mese - - - - -

Heic Adrianus ostendit, qualiter modicâ experienciâ cognovit importabile pondus Papalis dignitatis, dicens:

- - - - e poco più provai io come

Pesa 'l gran manto,

Per mantellum Petri dat intelligi Papatum, & maxime

- - - - a chi del fango il guarda.

Sicut a labe avaritiae, gulae, & luxuriae, quae foedant virtutes omnes, ut jam dictum est in prima parte. Et heic nota, quod verè laboriosum est onus Pontificale, si debeat bene servari immaculatum. Et magis experte poterat credere Adrianus sanctissimo Papae Gregorio I. qui in multis Libris & locis dolet & deplorat istud gravamen. Ex quo ostendit sarcinam illam nimis molestam esse omnibus, qui custodiunt illam illaefam. Ideo bene Coelestinus V. quasi mortifero fasce deposito, cum gaudio & laetitia solitudinem repetabat, nisi retractus fuisset operâ Bonifacii. Et tamen in illo privato carcere sancte vixit, & animam feliciter Deo reddidit: ubi Bonifacius infeliciter & desperate vitam finivit. Et confirmat dictum suum per comparisonem claram, dicens:

*Che men mi * sembra tutte l'altre
forme.*

Idest, quia cetera onera, quantumcumque gravia videantur, videntur levissima in comparatione ad istud. Et heic nota, quod verè nullum onus est par isti. Nam qui Summum Pontificatum adeptus est, omnium curas, omnium sarcinas, in se ipsum transtulit. Quoniam intravit mare magnum cum parva navicula, quae semper agitur turbine omnium ventorum. Et ex libero factus servus, in magnam miseriam incidit. Omnium enim linguae de eo loquuntur,

A & lacerant ejus vitam. Et quidquid mali sit, totum ex illo, quasi uno fonte malorum, provenisse dicitur. Ideo bene alius Papa Adrianus, natione Anglicus dicebat, quod Pastor erat similis ventri, contra quem olim omnia membra injuste conjuraverunt, ideo juste defecerunt. Nam stomachus, quasi servus publicus dispensans omnia omnibus alimenta subtrahit. Ideo ut breviter concludam, Summus Pontificatus, si bene geritur, est summus honor, summum onus, summa servitus, summus labor. Si verò male, est summum periculum animae, summum malum, summa miseria, summus pudor. Ergo dubium est ex omni parte negotium. Ideo bene praefatus Adrianus Papa IV. dicebat, Cathedram Petri spinosam, & Mantum ejus acutissimis per totum confertum aculeis, & tantae gravitatis, ut robustissimos premat & conterat humeros. Et concludebat: *Nonne miseria dignus est, qui pro tanta pugnat miseria?* Et dicit: *Un mese e poco più,* quia stetit in Papatu fortè XL. diebus. Et heic nota, quod quum omnis hominum vita sit brevis, Regum est brevior, Pontificum brevissima. Unde multo major numerus Pontificum, quam Imperatorum invenitur. Quia rarè aliquis vocatur ad culmen tantae dignitatis, nisi senex vel vergens in senium.

La mia conversion - - - - -

Heic Adrianus ostendit, quando & quare recognoverit errorem suum, dicens: *La mia conversion*, scilicet ad Deum

- - - - - o me! fu tarda.

Heu mihi! quia solum circa finem: Unde dicit;

Ma come fatto fui Roman Pastore,
idest, Papa Romanus:

Così scopersi la vita bugiarda.

Quia avaritia mendax promittit homini sufficientiam, & parat sibi indigentiam. Et tangit causam, quare detexit vitam fallacem in Papatu, quia venit tibi in mentem: Ecce, quid petisti? tot laboribus, tot viribus cunctis diebus vitae tuae studens semper cupiditati, ut pervenires ad istum amarum gradum? Dicit ergo:

Vidi, che là - - - - -
idest, in tanta altitudine:

- - - - - non si quetava il core;
sicut falso spectaveram:

Nè più salir poteasi in quella vita,
idest, non poteram pervenire ad altiore gradum dignitatis in vita temporali. Et heic nota, quod Adrianus fecit optimam rationem. Cui enim Regi vel Principi est tanta dignitas vel potestas? Ceteri habent regere mortalia; hic spiritualia gubernare. Alii habent praecminentiam ab homine, hic ab aeterna Sapientia Dei.

Ad Vers. 127.

Io m'era inginocchiato, e volea dire
ad excusationem meam: Sanctissime Pater, parcat Sanctitas Vestra justae ignorantiae meae, quia nesciebam vos esse Papam. Unde nota, quod nulli inter Christianos exhibetur reverentia major, quantumcumque ille sit vilissimus vel vitiosissimus, quod pro miraculo habetur a multis. Hoc autem eleganter tetigit hic Poëta semel in Civitate Veronae. Nam quum ibi coenaret cum quibusdam honoratissimis viris, unus curiosus petiit: *Unde est, vir doctissime, quod vir semel naufragus reintrat mare; quod mulier semel puerpera vult amplius concipere; & quod tot millia pauperum non deglutiant paucissimos divites?* Cui prudentissimus Dantes, veritus parere errorem convivis minus intelligenti-

A bus, sagaciter vitavit solutionem. Et respondens petenti dixit: *Alde quartum; quod scilicet Principes & Reges Terrae reverenter osculantur pedem filio lotricis & tonsoris, quum fueris factus Papa.*

Ad Vers. 142.

Nipote ho io di là, ch' a nome Alagia,

B *Di là, scilicet, in Tuscia in Valle Macrae. Ista Neptis Papae Adriani fuit uxor Marchionis Marcelli Malaspinac, quae multum honoravit eum tempore sui exilii, ut alibi dictum est. Et ista Domina multum complacuit tunc Danti. Unde quidam volunt, quod Poëta loquatur de ea infra Cant. XXIV. ubi dicit, quod una mulier faciet sibi placere Civitatem Lucanam. Sed non credo. Et dicit Adrianus:*

Buona da se: - - - - -

quia naturaliter pudica & honesta;
- - - - - pur che la nostra Casa

Non faccia lei per esempio malvagia.

C *Idest, lubricam, & impudicam: Et vide, quod iste Sacerdos loquitur honeste & caute. Dicit enim quod Neptis est bona, nisi imitetur exemplum aliarum de Domo sua. Per hoc enim dat intelligi caute, quod mulieres illorum de Flisco fuerunt nobiles meretrices; qualis (si fama non mentitur) fuit uxor Petri de Ruffis de Parma, strenuissimi Militis. Quid dicam de Isabella uxore Domini Luchini potentissimi & iustissimi Tyranni in Lombardia? Et concludit Adrianus.*

E questa sola m'è di là rimasa.

D *In qua sperare possum; quia illi de Domo mea sunt dediti avaritiae, sicut ego fui, tum quia Januensis, tum quia Sacerdos. Ideo rogo te; recommenda me sibi, & bonis operibus suis.*

Ad

Ad Cant. XX. Vers. 46.

Ma se Doagio - - - - -

Heic Ugo Ciapetta probat, quod dixit per Regem tunc regnantem. Nam Philippus Pulcher pessimus Regum Franciae, ut dicitur paulo post, Anno Domini MCCXCVI. invasit Comitatum Flandriae, & cepit Brugiam, Lillam, & alias Terras vastavit. Et Anno MCCC. quum Comes Flandriae cum duobus filiis venisset ad eum, Rex eos carcerari fecit, & abstulit eis Comitatum Flandriae. Sed post biennium sequuta est vindicta, quam Ugo huic oravit. Quia Flandrenses fecerunt magnam stragem de exercitu ejus Regis. Dicit ergo Ugo:

*Ma se Doagio, Guanto, Lilla, e
Bruggia*

Potesser, tosto ne faria vendetta.

Vindicta ista jam erat facta, quando Poëta scripsit. Sed respicit ad tempus suae visionis, quando fingit ista se audivisse ab Ugone. Et dicit:

*Et io la chieggio a Lui, - - -
scilicet, Deo:*

- - - - - che tutto giuggia.

Idest, vindicat; quia Justus Judex vindictam facit de omni injustitia. Vel respicit ad mortem Philippi, ut dicit alibi.

Chiamato fui - - - - -

Heic Ugo manifestat se & suos a nomine, dicens:

- - - - - di là - - - - -

i. e. in Mundo mortalium:

- - - - - Ugo Ciapetta.

Ugo praefatus cognomento Ciapetta, sive Caputii, dictus est, quod pueris ipse puer caputia ludo auferre solebat. Cum quo Robertus filius regnavit XI. annis, & post obitum patris annis XXXIV. vir quidem pius & literatus.

Di me son nati i Filippi, e i Luigi,

A quia plures de linea sua fuerunt Reges Philippi & Ludovici. Nam de ista genealogia tertia Ugonis fuerunt multi Philippi, sicut Philippus I. Philippus II. Philippus III. potentissimus, victoriosus, Philippus IV. dictus Nasellus, Philippus V. Philippus VI. & Philippus VII. qui, ut credo, dictus est Pulcher. De quo tanta mala hic dicit. Multi etiam Ludovici fuerunt de stirpe Caroli Magni, quae defecit in Ludovico V. Postea de stirpe Ugonis fuerunt alii Ludovici; scilicet Ludovicus Grossus, Ludovicus VII., Ludovicus VIII. qui fuit pater Ludovici Sancti. Et dicit:

Per cui novellamente è Francia vetta.

C Francia est provincia parva in Gallia, quae multas alias provincias habet subiectas, sicut Provinciam, Burgundiam, Normandiam, Picardiam, Aquitaniam, Vasconiam &c. Deinde scribit se ab origine sua, dicens:

Figliuol fui d' un Beccaio di Parigi:

D Et heic nota, quod aliqui dicunt, quod iste fuit nobilissimus Miles de Normandia. Aliqui, quod fuit Dux Aureliani. Sed Dantes curiosissimus investigator rerum modernarum, quum esset Parisius, gratiâ studii, reperit, quod iste Ugo de rei veritate fuerat filius carnificis. Ideo reputat fictum quidquid aliter dicatur, ad colorandam vilitatem originis, sicut multi faciunt. Et tangit tempus, dicens;

*Quando li Regi antichi venner meno
descendentes a Carolo Magno. Hoc
autem fuit Anno Domini MCCCC-
LXXXVII.*

*Tutti fuor eb' un renduto in panni
bigi.*

E Dicunt aliqui, quod iste erat Frater Mi-

Minor. Quod est impossibile, quia nondum erat Ordo Minorum. Sed erat Monachus cum pannis vilibus grisis. Et eo tempore dicit Ugo

Trova' mi stretto ne le mani il freno

Del governo del Regno;

scilicet, Franciae;

- - - e tanta possa

Di nuovo acquisto, - - -

quia erat pecuniosus & dives nimis:

- - - e sì d' amici pieno;

Iste Ugo Ciapetta recte fecit sicut Tarquinius Priscus, qui natus patre mercatore de Corintho, suâ prudentiâ & opulentiâ pervenit ad Regnum Romanum. Dicit ergo;

Cb' a la Corona vedova - - -

idest, vacanti;

- - - - - *promossa*

La testa di mio figlio fu. - - -

Scilicet, Robertus: Ugo enim, ut quidam scripserunt, noluit coronari, ut successio sua plus extenderetur. Audiverat enim, quod sui regnaturi erant in septimam generationem. Et dicit:

- - - dal quale

primo Rege:

Cominciar di costor le sacrate ossa.

Quia inunguntur & consecrantur Reges. *Di costor*, scilicet, Philipporum & Ludovicorum.

Mentre che - - -

Heic Ugo incipit narrare mala suorum facta per avaritiam. Et primo tangit magnam occupationem factam ab eis avarè. Ad quod sciendum, quod Ludovicus, qui postea fuit Sanctus, & Carolus frater ejus, qui fuit postea Rex Siciliae, habuerunt in uxores duas filias Raymundi Berengerii de Tholosa. Et sub nomine & colore dotium usurpaverunt totam Provinciam Narbonensem. Ille ultra Rhodanum, iste citra, sicut dicitur plenius Paradisi Cant. VI. Mo-

A dō usque ad istud tempus descendentes Ugonis erant aliququaliter avari, sed non ita quod usurparent alienum injuste. Dicit ergo in litera:

Poco valea, - - - - -

idest, parum erant valentes & virtuosii.

- - - ma pur non faceva male.

scilicet, per avaritiam, violentiam, & fraudolentiam.

B *Mentre che la gran dote Provenzale & verè magna. Nam Plinius summe commendat istam Provinciam:*

Al sangue mio non tolse la vergogna, non intelligas, ut quidam falso exponunt, quod Domus ista non esset potens ante istam dotem. Sed vult dicere, quod ante istud factum ista

C Domus habebat unam verecundiam, quia dicebatur de obscuritate & ignobilitate originis. Sed post istud factum coeperunt homines dicere de avaritia, & injustitia, in verecundiam istorum, ita quod major verecundia & infamia abstulit primam, ita quod amplius non dicebatur de Macellario. Quod autem ista sit intentio Poëtae, declarat sequens litera, dum subdit:

Li Comincio - - - - -

ab illa dote & praeda magna;

- - - con forza, e con menzogna

La sua rapina; - - - - -

Quia coepit tunc primò rapere violenter & fraudulenter:

- - - e poscia per ammenda

E vi, & fraude:

Pontì e Normandia prese e Guasconna.

Et dicit: *per ammenda*; loquitur ironice, quasi dicat, ad emendationem primae rapinae factae de Provincia fecerunt aliam de aliis Provinciis.

Carlo venne - - - - -

Heic dictus Ugo damnat duas molestias factas crudeliter per Carolum prae-

praedictum. Ad cognitionem primae debes scire, quod Conradinus debellatus in campo, consilio & arte senis Alardi, ut plene dictum est Inferni Cant. XXVIII. fugiens pervenit cum quibusdam Proceribus ad plagiam Romae, ad Castellum dictum Asturi, ubi armata subito fugitiva tendebat in Siciliam, quae rebellabat Carolo. Sed captus a quodam Johanne de Frangipanibus de Roma, praesentatus fuit Carolo. Carolus post aliquot menses consulte & deliberate in foro Neapolis fecit decollari ipsum Conradinum & Ducem Austriae cum multis Comitibus & Baronibus. Quorum corpora vetuit sepeliri in sacro. Dicit ergo: *Carlo*, scilicet, Vetus, primus, victor Manfredi:

- - - - *venne in Italia*

vocatus ab Ecclesia:

- - - - *e per ammenda*

Vittima se - - - -

idest, sacrificium:

- - - - *di Curvradino* - - - -

quia ipsum adolescentulum innocentem, velut agnum, immolavit: *per ammenda*, loquitur ironice; quasi dicat, ad emendationem occupationis Provinciae maestavit inhumane Conradinum. Et haec nota, Lector, quod valde miror de quibusdam, qui arguunt Poëtam, dicentes, quod injuste infamat justum Regem. Sed certe non culpatur in eo non culpanda: Nonne jam ipsum posuit gloriose inter Reges & Principes Christianos, tamquam pugilem Ecclesiae? Sed certe hunc actum damnaverunt omnes sapientes, & amici Caroli. Nam Robertus filius Comitum Flandriae, gener ipsius Caroli, transfixit mucrone impune Judicem, qui tulerat talem sententiam. Nonne hic Carolus impunitum tulit Guidonem de Monforte, qui interfecit consanguini-

A neum Regis Angliae in gremio Dei? Nonne condemnavit ad perpetuum carcerem Dominum Henricum fratrem Regis Hispaniae, consanguineum ipsius, quem tamen fecerat sibi hostem per avaritiam, quum nollet sibi reddere magnam pecuniam, quam mutuo habuerat ab eo? Nonne prohibuit, ne ille obtineret Sardiniam ab Ecclesia? Deinde tangit aliam violentiam enormem. Ad cujus intelligentiam debes scire, quod Carolus praedictus habens suspectum Thomam de Aquino Ord. Praedicatorum, vel quia offenderat Comites consanguineos ejus, vel quia Thomas iturus ad Concilium Generale in Galliam Lugdunum, habuerat dicere, quod non taceret oppressiones Regnicolarum, timens sibi ab illo, fecit eum venenari in via per quemdam Physicum familiarem suum; qui mortuus est apud Abbatiam Fossae Novae in Regno. Dicit ergo:

- - - - - *e poi*

Ripinse al Ciel Tomaso per ammenda.

D Quia Vir Sanctus rediit ad Coelum, unde venerat. *Per ammenda*, loquitur ironice, quasi dicat: ad emendationem primae victimae, quam fecerat gladio, immolavit alium juvenem Doctorem veneno. Sed justo judicio Carolus ante mortem habuit magna adversa. Quia quum elatus successu magnarum victoriarum speraret majores, vidit rebellionem Siciliae, & captivitatem filii sui, qui poterat interfici in vindictam Conradini, si hostis voluisset abuti victoriâ, sicut ipse fecerat. Et mortuus est cum dolore, filio adhuc carcerato.

Tempo veggo io - - - -

Haec Ugo valde detestatur vilem avaritiam alterius Caroli. Iste Carolus de Valois cognominatus Sine-Ter-

ca, frater Philippi Pulcri, vocatus in Italiam per Bonifacium sub nomine pacificandi Florentiam, & gerendi bellum contra Siciliam, ipsam Florentiam summe disturbavit, ut plene scriptum est Inferni Cant. VI. Deinde armatâ magnâ classe apud Neapolim, cum Roberto filio Caroli II. ivit contra Siciliam. Sed in brevi facta simulata & infami pace, reversus est in Franciam, perdita magna parte suae gentis. Ideo bene in ejus improprium dictum est: *Carolus venit in Tusciam pro pace, & reliquit ibi bellum. Et ivit in Siciliam pro bello, & reportavit inde ignominiosam pacem.* Dicit ergo Ugo:

Tempo veggo io non molto dopo anchori

quia per annum postea fuit istud factum:

Che tragge un' altro Carlo fuor di Francia,

Per far conoscer meglio e sè e' suoi. Qui saepe per avaritiam nimis deliquerunt. Quod continuo declarat, quum dicit:

Senz' arme n' esce, - - -

quia sub titulo pacificandi exivit a Francia: & non usus est apertis viribus more Gallorum, sed perfida proditione. Unde dicit:

- - - e solo con la lancia,

Con la qual giostrò Giuda;

Et videtur optima comparatio. Quia sicut Judas prodidit Christum pro pecunia, ita iste corruptus pecunia prodidit Bonifacium, qui vocaverat eum. Unde dicit:

- - - e quella ponta

idest, impingit illam lanceam:

Sì, ch' a Fiorenza fa scoppiar la pancia.

Et est propriissima comparatio, quia eo tempore Florentia erat valde copulenta, plena civibus, inflata su-

perbiâ. Et iste Carolus scidit eam per ventrem, ita quod fecit inde exire intestina vitalia, scilicet praecipuos Cives; de quorum numero fuit iste praeclarus Poëta. Ideo bene solvit sibi heic. Unde ad exaggerandum factum dicit:

Quindi - - - -

ex ista proditione:

- - - non terra - - -

Guadagnerà. - - - -

quia si volebat fallere fidem, debebat capere sibi illam florentissimam Terram, & non tradere Curio de Donatis:

- - - ma peccato & onta,

quia Deum & multos homines offendit. Et dicit:

- - - per se tanto più grave,

scilicet, peccatum:

Quanto più lieve simil danno conta. idest, reputat esse simil danno, scilicet, Siciliae, *più lieve*, scilicet, peccatum.

L' altro - - - -

Heic Ugo tangit temeritatem & vilitatem alterius Caroli junioris, qui fuit primogenitus Caroli I. unde vocatur Carolus II. Et ad declarationem literae est sciendum, quod dum Carolus ipse ivisset in Provinciam, ad armandam classem, pro recuperanda Sicilia rebelli, Rogerius de Loria, Admiralius Regis Petri, peritissimus & victoriosissimus in bello navali, cum magna classe venit super Neapolim intra portum, sagittando intra Civitatem, & exprobrando, ut eliceret Carolum Principem ad pugnam. Praesciebat enim tamquam vigilantissimus Dux, quod Rex Carolus cum magna classe rediens de Provincia jam erat in mari Pisano. Sicut ergo petebat & optabat, juvenis improvidus & calidus, cum proceribus & omni mili-

tia,

tia, ascendens navim exivit contra Rogerium. Rogerius sagacissimus mandavit suis, ut non intenderent ad persecutionem fugientium, sed solum ad Galeam, ubi erat regale Signum. Quo facto, in primo congressu belli, multis navibus juvenis fugientibus, ipse cum suis proceribus inutilibus navali certamini, tam faciliter quam celeriter debellatus & captus est, cum novem navibus longis. Et ductus Messanam in Siciliam, ubi plusquam CC. ex suis nobilibus gladio sunt necati in vindictam Conradini, ipso Carolo cum paucis reservato. Hac victoria potitus est Rogerius Anno Domini MCC-LXXXIV. Die sequenti Carolus pater applicuit Cajetam; qui accepto sinistro rumore filii, accensus ira, dixit; *Vellem ipsum esse mortuum, quia non servavit praeceptum meum.* Mandaverat pater filio, ut nullo casu committeret se pugnae marinae vel terrestri in absentia sua. Deinde Carolus, mortuo patre, concordans cum Rege Aragonum, reversus est in Regnum suum. Et tradidit filiam suam Azzone III. Marchioni Estensi, facta sibi magna donatione propter nuptias. Nunc ad literam dicit Ugo:

L'altro, - - -

scilicet, Carolum Claudum:

- - - che già uscì preso di nave,
& certe fuisset occisus, nisi prohibuisset Regina Constantia:

Veggio vender sua figlia;
quam tradidit viro pro pecunia:

- - - e patteggiarne,

Come fan li Corsar de l'altre schiave.
quas vendunt pro certo pretio. Sed quid dixisset Poëta noster, quod Johannes Rex Franciae, captus ab Anglicis diebus nostris, vendidit filiam suam Domino Galeatio Tyranno de Mediolano? Et ex hoc Ugo dolore

Tom. III.

intrinseco tactus, exclamat contra avaritiam potentissimam, dicens:

O avarizia! - - -
regina vitiorum:

- - - che puoi tu più farre,
quasi dicat; nil majus:

Poic' hai il sangue mio a te sì tratto,

Che non si cura de la propria carne?

Et haec nota, quod iste maxime dolet de avaritia istius Caroli, quia fuit valde liberalis inter Reges sui temporis. Sed certe amor pecuniae vincit amorem naturalem, & res impossibiles facit possibiles. Unde infelix, in quo avaritia fixit radices suas. Pacisceretur enim cum quocumque de quota parte vitae suae, si posset vendere alteri tempus sibi datum a natura:

Perche men paga il mal futuro, e 'l fatto.

Haec Ugo amarè commemorat facinus impium, quod praegravat ceteris. Ad cuius intelligentiam est utile scire, quod Philippus Pulcher, Rex Franciae, conceperat indignationem contra Bonifacium VIII. qui promiserat, facere Carolum de Valois, fratrem suum, Imperatorem Romanorum, quando venit pro Paciaro in Tusciam. Sed nihil servaverat; quia audisti, quam valenter se habuerit; immo eodem Anno confirmaverat Albertum Ducem Austriae. Ideo Philippus indignatus, superbe tenebat & honorabat Stephanum de Columna, inimicum ejus, & Beneficia conferebat in Francia pro voto suo. Propter quod Bonifacius magnanimus & alti cordis, factus est palam sibi infestus. Et ad justificandam causam suam, fecit citari Praelatos Franciae ad Concilium, & Philippum prohibentem & contumaciter recusantem se subditum Ecclesiae, temporaliter excommunicavit.

T t

Phi-

Philippus objiens multa crimina Bonifacio, dicebat ipsum fore deponendum. Sic hinc inde accenso igne irarum & discordiarum, alter in alterius perniciem conjurabat. Bonifacius irritabat Flandrenses contra Regem, & Albertum electum invitabat in Italiam. Philippus pejora meditans, de consilio Stephani misit quemdam Legatum suum in Tusciam cum Musatto Francisco Milite Florentino. Qui venientes in Comitatum Florentiae, ad Stagiam Castellum dicti Musatti, simulabant sagaciter agere de bono pacis; & clandestine cum magnis pecuniis & donis, corruptis multis Proceribus Campaniae & Anagninae, ordinaverunt capere Bonifacium in patria. Ubi stans intrepidus nihil tale sentiebat. Quo facto Sciarra de Columna cum CCC. equitibus & multis amicis & mercenariis peditibus, sub Vexillo Regis uno mane intravit Anagniam cum clamore. Et ingratus Populus sequutus est signa regalia, & traxit ad Papale Palatium. Bonifacius audito tumultu, omnium auxilio destitutus, dixit secum: *Ex quo debeo mori per prodicionem, ut Christus: moriar, uti Vicarius Christi.* Et continuo assumpto habitu Pontificali cum clavibus, conscendit Papalem Sedem. Sciarra & sui, volente Deo, ut sancta dignitas servaretur intacta, non injecerunt manus in eum, sed illum solis verbis laceffitum, sub honesta custodia relinquentes, conversi sunt ad rapiendum thesaurum. Post tertiam diem Populus Anagninae recognoscens errorem suum, ruens in arma, duce, ductoreque Luca de Flisco Cardinali, exulit Sciarram cum complicibus. Bonifacius autem more Christi non potuit laetari, indurato corde dolore. Sed recedens cum Curia,

A venit Romam ad Sanctum Petrum, cum intentione celebrandi Concilium, & faciendi altam vindictam de injuria atrocissima sibi per Regem illata. Sed intenso dolore superante animus ejus, conversus in rabiem furoris, coepit se rodere totum. Et sic verificata est Prophetia simplicissimi Coelestini, qui praedixerat sibi: *Intrasti ut Vulpes. Regnabis ut Leo. Morieris ut Canis.* Vide igitur, si juste Poeta detestatur tam crudele scelus in Philippo. Dicit ergo: *Veggio in Alagna intrar lo Fior d' aliso*

idest, Liliam, quasi flos de aliis, quod est Armatura Regis Franciae, intrar in Alagna, Civitate Bonifacii; C *E nel Vicario suo Cristo esser catto.* Et hoc dico, fiet, *perche 'l mal futuro e 'l fatto paja men*, idest ut minora videantur mala fienda & jam facta: quia verè omnia peccata praeterita & futura videntur parva vel nulla in comparatione ad istud. Unde subdit:

D *Veggiolo un' altra volta esser deriso,* quia captus ab hostibus:

Veggio rinovellar l' aceto e 'l fele, per amarus dolores Bonifacii:

E tra vivi ladroni esser anciso.

Idest, inter satellites Regis & Sciarrae. Vel ut aliqui dicunt, inter Cardinales, quia volunt, quod aliquis Cardinalis fuerit conscius hujus facti. Mortuus autem est Bonifacius in MCCCIII. die XII. Octobris, & sepultus in Sancto Petro.

E *Veggio - - - -*

Haec ultimo Ugo subadnectit aliud magnum malum, quod fecit idem Philippus contra quosdam fautores Bonifacii. Et ad aperiendum istam literam, quae multis clausa videtur, oportet scire historiam memoriâ dignam, cujus haec est summa. Quidam

dam Jacobus, Burgundus origine ex Dominis Molai genitus, juvenis animosus, quum frater primogenitus secundum consuetudinem Gallicam haberet dominium omnium, contulit se ad Militiam Templariorum, qui erant magni pugiles Fidei. Ubi factus Magister illius Ordinis potentis, incurrit odium Philippi Pulcri, cujus erat comoater, quia videbatur favisse Bonifacio; sed verius ob avaritiam. Factum est ergo, permittente Clemente V. qui promiserat Philippo destructionem Templariorum, quod principales Templariorum eadem die capti sunt de mandato Philippi per omne Regnum suum, & eorum Tempa, Castella, thesauri, & omnia occupata. Quibus ductis Parisius multa crimina objecta sunt, quae omnia illi perseveranter negabant, dicentes, se contrarium probaturos sub justo Judice, si daretur. Tunc Rex ira ardens, mandavit ut tormentis extorqueretur, quod adulationibus non poterat. Sed quum nihil proficeret, Magistro cum tribus sociis reservato, ceteri palam damnati sunt in incendio, si in proposito starent. Erant omnes robusti juvenes & animosi. Ideo alligatis singulis palis ignis est appositus. Et praecone promittente impunitatem & liberationem confitentibus, nullus potuit scilicet terrore vel prece, ut cederent irato Regi, & confessione parcerent vitae suae. Sed quum omnes concorditer saepe dicta firmarent, coeperunt tortotes singulis apponere ignem primo unguulae pedis, & paulatim ascendendo deducere per omnia membra. Illi autem jactantes voces in coelum, clamabant, se Christianos veros, & eorum Religionem semper sanctissimam fuisse. Nec unus usque ad mortem potuit a tam con-

A stanti proposito removeri. Jacobus vero Magister longo carcere maceratus, tandem ductus Lugdunum, multis exhortationibus persuasus, confessus fuit aliqua Clementi Papae. Quare retractus Parisius, quum coram duobus Legatis ex latere & Rege sententia legeretur, in qua continebatur Magistri liberatio, & Ordinis damnatio, ipse cum uno ex sociis, qui erat frater Delphini Viennae, petivit alta voce silentium. Quo concessio, audiente multitudine praesente testati sunt, quod morte dignissima morerentur, non quia commisissent ea, quae legebantur; sed quia permiserant se seduci suasionibus Clementis Papae & Regis Tyranni, contra honorem Ordinis sui tam sancti & tot Sanctorum Patrum auctoritate probati; & tot egregios fortes commilitones & socios ante se, pro veritate consumptos viliter fraudassent. Sed duram sententiam latam Jacobus cum fratre Delphini igni datus est, sicut primi. Et ambo, Rege vidente, constanter & intrepide in supplicium i-

B

C

D

E

verunt. Alii duo viliter confitentes evaserunt. Quinquaginta sex fuerunt, qui tamquam Martyres innocentes perierunt. Hanc flebilem historiam multi fide digni notaverunt, & praeceteris Boccaccius de Certaldo elegantissime describit, laudabiliter commendans constantiam & fortitudinem istorum ultra virtutem virorum fortium ab antiquo laudatorum. De istis & de origine Ordinis eorum dicitur Paradisi Cant. XVIII. Nunc est ad literam veniendum. Dicit ergo Ugo:

Veggio 'l nuovo Pilato - - -

scilicet, Philippum. Et haec nota, quod Poeta propriissime vocat Philippum novum Pilatum. Sicut enim Pilatus, qui fuit de Lugduno, in-

juste condemnavit innocentem Christum: ita iste apud Lugdunum condemnavit injuste istum innocentem Militem Christi & pugilem Fidei. Et sicut Pilatus fecit alligari Christum ad columnam, & crudeliter flagellari: ita Philippus fecit istum protectorem Christi alligari ad palum, & crudeliter concremari cum sociis, non contentus primo Bonifacium cepisse per Sciarram de Columna. Dicit ergo:

- - - - sì crudele,

Che ciò nol' sazia: - - - -

scilicet, acerba mors Bonifacii:

- - - - ma senza decreto

Porta nel Tempio le cupide vele

Idest, contra Templarios, qui erant ditissimi. Et dicit *senza decreto*: dicunt aliqui, scilicet, Papae, sed non bene; quia Papa hoc consensit. Sed vult dicere, injuste, quia fecit sibi de voluntate legem, & de furore decretum. Haec facta sunt in MCCC-VII. Et concludit Ugo propter horrenda peccata hujus Philippi apostrophans ad Deum:

O Signor mio - - - -

scilicet, Deus:

- - - - quando sarò io lieto,

scilicet, egressus hinc, tecum in Paradiso:

A veder - - - -

in te, sicut in speculo:

- - - - la vendetta - - - -

quae cito erit de Philippo:

- - - - che nascosa

idest, occulta:

Fa dolce l'ira tua nel tuo secreto?

Et heic nota, quod Poëta loquitur heic occulte. Quia quando homo passus injuriam, scit & recognoscit vindictam, quam facilius & cito faciet de illo, laetatur in secreto mentis suae. Et dicit: Vade tantum cum Deo, quia bene solvam tibi. Ita a simili dicit iste de ira Dei,

A quae veniet iuste, & in brevi, super Philippum & prolem suam, ut dicetur suo loco in praesenti compilatione.

Ad Cant. XXIII. Vers. 37.

Già era in ammirar, che sì gli affama,

B Poëta introducit unum spiritum modernorum gulosorum; seu describit unum spiritum modernum de secta gulosorum. Ad cujus cognitionem est primo sciendum, quod iste fuit quidam concivis suus, nomine Foresius, natione Florentinus, & genere nobilis, frater famosi Militis Curii de Donatis, amicus & affinis nostri Poëtae. Cum quo vixerat ad tempus familiariter. Et quia noverat eum multum laborasse vitio gulae, licet esset aliter vir bonus, ideo introducit eum heic ita maceratum. Et primo ostendit, quomodo fuerit primo cognitus ab illo, dicens:

Per la cagion' ancor non manifesta:
de odore pomorum & aquae:

Ad Vers. 76.

Et egli a me - - - -

D Heic Poëta ponit responsum Foresii ad se, qui breviter dicit, quod intercessio uxoris suae citius fecit eum ascendere. Ad quod sciendum, quod Foresius praefatus habuit in vita unam uxorem suam, cui nomen fuit Anella, mulier quidem sobria, & pudica, quae temperanter vixit cum isto guloso, cui habebat semper praeparare delicata cibaria: in quo magis virtus ejus enituit. Et sicut in vita nunquam cessabat revocare eum ab errore suo, ita post mortem nunquam cessavit orare pro eo; quum tamen mulier soleat faciliter oblivisci priorum affectuum, ut Auditor alibi jam dixit. Dicit ergo: *Et egli a me*, supple, respondit Foresius:

La

La Nella mia - - - - -
 vetula uxor, sic vocata:
 - - - - - *sì tosto m' ha condotto*
A ber lo dolce assenz o de' martiri &c.
Ad Vers. 82.

Tanto è a Dio più cara - - - - -
 Heic Foresius extollit singularitatem virtutis Anellae, quae paucas habet socias inter tot honestas mulieres Florentinas. Et ut videas, quid Auditor noster sentiat sub nomine unius, debes notare, quod nihil est melius, nihil utilius muliere pudica. Multa enim sunt, quae per se nobilitant clara ingenia virorum; at mulierum propria virtus est pudicitia. Ideo summe laudanda, quia bene meretur de majoribus, quorum sanguinem furtiva soboles non vitiat; bene de filiis, qui non habent erubescere de matre, nec dubitare de patre; bene primo de se, quam liberat a contumelia alieni corporis. Ergo principalissime mulier debet habere curam pudicitiae. Quam amisam ruit omnis virtus illius. Haec pauperem commendat, divitem extollit, deformem redimit, pulcrum exornat. Ergo beatus fuit iste Foresius, cui contigit, talem habere mulierem in uxorem. De qua dicit

La vedovella mia, - - - - -
 scilicet, Annella uxor mea, quam annulo desponsaveram:

- - - - - *che tanto amai,*
 & bene reamavit me viventem, & defunctum:

Tanto è a Dio più cara e più diletta,

Quanto in ben' operar' è più soletta;
 in patria nostra, in qua mulieres nostrae nimis vane operantur. Et confirmat, quod dixit de mulieribus Florentinis per comparisonem ad quasdam mulieres barbaras, quae dicuntur esse in Sardinia, sine pudore,

A re, & sine habitu civili. Dicit ergo:

Che la barbàgia di Sardinia assai
 Montanea est altissima in Insula illa, in qua habitat gens silvestris sine lege, sine religione vera: quae dicitur remansisse ibi, quando Insula fuit recuperata de manibus barbarorum de Africa, quorum mulieres sunt nimis lubricae & impudicae, permittentibus viris. Nam prae calore & prava consuetudine vadunt indutae panno lineo albo, excollatae ita, ut ostendant pectus, & ubera. Et recte more Florentinarum talis, inquam, *barbàgia assai*

Ne le femine sue è più pudica.

Ad Vers. 104.

C *Cui bisognasse, per farle ir coverte, O spiritali o altre discipline.*

idest, vel spirituales, sicut excommunicatio; vel habitus bonus, qualem dedit Beatus Gregorius mulieribus Romanis, sub quo honeste latent; vel disciplinae temporales, sicut Statutum Civitatis, vel poena Officialis, quae vetat inhonestam & enormem decissionem pannorum circa collum. Sicut aliquando factum est Florentiae propter istas Barbagenenses. Et heic nota, quod Poeta noster meritissime facit investivam contra istas. Nam nulli Artifices in mundo habent tam varia organa, & diversa instrumenta, & subtilia argumenta pro exercitio suae artis, sicut mulieres Florentinae pro cultu suae personae. Non enim contentae naturali pulcritudine, semper conantur addere, & contra omnes defectus incredibili arte sagaciter se armant. Nam parvitatem adjuvant cum planula alta. Carnem nigram dealbant. Faciem pallidam faciunt rubicundam. Capillos faciunt flavos. Dentes eburneos. Mamillas breves & duras. Et ut breviter dicam, omnia

D

E

nia membra artificiosa componunt. Quid mulierum Tuscarum mores referam, de quibus Gerius de Aretio Satyram fecit ad imitationem Apuleji? Non solum autem mulieres Tuscae, sed ubique terrarum intemperantes factae sunt, sicut Seneca ostendit de mulieribus Romanis. Feminae autem Florentinae comedunt & bibunt, antequam vadant ad nuptias vel ad Ecclesiam.

Ma se le svergognate - - -

Ultimo Foresius praenuntiat mala eventura in brevi super Florentia, quae mulieres Florentinae habebunt deplorare. Unde dicit: *Ma se le svergognate*; bene dicit, quia verecundia est fraenum mulierum, & silentium est ornamentum earum, quae de raro duo haec inveniuntur in mulieribus Florentinis.

- - - - - fesser certe

sicut ego sum:

Di quel, che 'l Ciel veloce loro amanna,

idest, cito praeparat & destinat eis, sicut caedes virorum, & filiorum, bonorum direptiones, & incendia domorum, quae omnia in brevi imminabant illi Urbi:

Già per urlar - - - - -

quia sunt uxores luporum:

- - - - - avrian le bocche aperte.

Vociferantes in Coelum. Et ecce quare:

Che se l'antiveder què non m'inganna

idest, si praevidere futura non est hoc falsum: quod non credo:

Prima sien triste, che le guancie impeli

Colui - - - - -

scilicet infans:

- - - - - che mà si consola con nanna.

Idest, qui vagit in cunabulo, & quietatur ad cantum mulieris; quae

A dicunt *nanna*; aliae *nina*. Et dicit *impeli le guancie*, idest, inducat lanuginem; quasi dicat: antequam ille, qui modò est puer, fiat barbatus. Et heic nota, Lector, quod audiavi aliquos temere dicentes, quod istud prognosticum est vituperium Poëtae, quia jam transiverunt tot tempora, quod non evenerunt ea; quae praefagire videtur in tam brevi spatio. Ad quod respondeo, quod Auctor loquitur heic de praeteritis & jam factis, non de futuris modò fiendis. Sed videtur prophetare, quia respicit ad tempus suae visionis, quae fuit in MCCC. sicut jam toties dictum est. Magna etenim mala sequuta sunt post istud tempus, sicut intestina discordia, civile bellum, & expulsio partium, quae fuerunt secundo & tertio Anno sequenti; & Anno quarto venerunt de novo ad arma Albi & Nigri. Et flagrante furore belli, accensus est ignis, sive casualis, vel artificialis, ut multi dixerunt, operâ cujusdam Presbyteri Nerii de Abbatibus, qui ipsum primum immisit in domum suam. Et breviter cremata est melior pars Civitatis, plusquam duo millia domuum, cum damno inestimabili. Nec interim cessatum est ab armis. Sed continuo factae sunt magnae praedae. Et Anno quintodecimo receperunt illam terribilem stragem apud Montem Catinum ab Uguicione de Fagiola.

Ad Cant. XXIV. Vers. 20.

- - - - - e quella saccia

Di là da lui più che l'altre strapunta,

Heic Foresius nominat alium spiritum, qui fuit altissimus gurgis gullae. Iste fuit Papa Martinus Gallicus. Ideo fuit multum favens Carolo I. contra Siciliam. Et misit

Fran-

Francos contra Forlivium. Vir bonus & prudens, nimis tamen splendide vivens. Nam quum haberet Curiam in Italia in Civitate Viterbii, faciebat suffocari anguillas optimas illius Lacus in vino optimo Vernacino, & illas sapidissimas avidissime comedebat. Nec minus bene bibebat cum illis, quia anguilla vult natere in vino in ventre. Dicit ergo Foresius, describens istum spiritum a dignitate, & a propria gulositate. *E quella faccia di là da lui*, scilicet post Bonagiuntam de Luca; *più che l'altre trapunta*, idest, magis macra, quia gravius deliquit; quia varia arte laxabat ventrem, cui utilior erat fames, & utilissima sobrietas, dum in foedo & misero sacco tot pretiosa confundebat:

Ebbe la Santa Chiesa in le sue braccia.

Plus tamen habuit curam anguillarum, quam animarum.

Dal Torso fu;

Scilicet, Turonis. Civitas est Franciae:

----- e purga per digiuno

L'anguille di Bolsena -----

Lacus est Ecclesiae inter Perusium, & Viterbium:

----- e la Vernaccia.

Istud vinum plus ceteris nutrit & impinguat. Et nascitur in montibus altissimis Januae. De quo non fit mentio apud Auctores, quia illa loca non erant olim culta. Et heic nota, quod utilius erat isti magno Sacerdoti, si bibisset de illo vino, in quo erant anguillae necatae. Quia qui bibit de tali vino, semper fastidit vinum. Unde dicit Magnus Albertus idem. Et ego experientiam vidi in uno magno Episcopo. Et subdit Poëta:

Molti altri mi nomò, -----

A idest, nominavit mihi ille Foresius:

----- ad uno ad uno.

E del nomar pavean tutti contenti,
propter causam assignatam:

Sì ch'io però non vidi un'atto bruno
alicujus turbationis.

Vidi per fame -----

Heic Poëta nominat alium spiritum modernum de genere gulosorum. Iste fuit quidam Nobilis Miles de clara Familia Ubaldinorum, de qua fuerunt multi valentes viri. Ipse fuit liberalis & civilis, frater Cardinalis Octaviani magnifici, qui semel duxit Papam cum tota Curia in montes Florentiae ad domum & Castellum istius Ubaldini, & ibi stetit pluribus mensibus. Modò Poëta posuit Cardinalem in Inferno, tamquam Epicureum; & istum posuit in Purgatorio pro guloso. Dicit ergo:

Ubaldin -----

Nomen est proprium, & cognomen, quia fuit de Ubaldinis. Et dicit:

----- da la Pila -----

D Nomen est loci, a quo unum membrum istius Domus. Ubaldini fuerunt Florentini, quibus datae sunt Alpes Florentiae sub gubernatione & defensione. Sed ipsi sciverunt continuare possessionem per longa tempora. Et diebus istis sunt destructi per Commune Florentiae.

----- a voto usar li denti,

E idest, in vanum, *per la fame*. Et bene dat isti hunc actum, quia fuit prodigi ingenii ad omnia irritamenta gulae. Ipse enim de more suo quotidie inquirebat ab expensore suo, quid ordinasset pro prandio vel coena. Et illo respondente hoc & illud, respondebat: *Facias etiam sic*. Nec umquam ille poterat tam varia ordinare, quin iste semper adderet aliquid.

----- e Be-

----- e *Bonifazio*
 Heic nominat alium magnum Gallicum, qui poterat stare cum Papa Martino Gallico. Quem bene ponit heic, quia Gallici sunt omnes amici gulae & vini. Et quia Praelati maxime laborant morbo gulae. Iste autem fuit Archiepiscopus Ravennae. De cujus gula Auctor audiverat multa, dum staret Ravennae. Dicit ergo: *Vidi Bonifazio*: non dicas, sicut multi dixerunt, quod hic Bonifacius fuerit filius Ubaldini praedicti. Et describit eum ab insignio singulari magnae dignitatis suae, dicens:

Che pastord col rocco molte genti.

Quia Archiepiscopus Ravennas est magnus Pastor, qui habebat sub se multos Episcopos suffraganeos ab Arimino usque Parmam. Et dicit: *col rocco*; nam quum ceteri Pastores habeant virgam Pastorem retortam, iste habet totam virgam rectam, & in summitate rotundam ad modum Calculi, sive Rocchi.

Vidi Messer Marchese -----

Heic ultimo Poëta nominat alium virum potentem. Et transit de Ravenna Forlivium, ubi sunt meliores potatores; & meliora vina. Iste fuit nobilis Miles de Argugliosis de Forlivo, pater Dominae Laetae, quae fuit mater Domini Bernardini de Polenta, qui fuit Dominus Ravennatum. Fuit iste vir curialis, & placidus multum. Unde quum semel adjuraret Pincernam suum, ut sibi diceret, quid diceretur de eo, & illo respondente trepide: *Domine, dicitur, quod numquam facitis, nisi bibere*; dixit ridenter: *Et quare numquam dicunt, quod semper sitio?* Dicit ergo describens eum a nomine proprio: *Vidi Messer Marchese*. Quum Auctor nominet tam multos Milites in toto Poëmate suo, numquam facit istum honorem *Messere*, idest Do-

A minum, nisi duobus, scilicet Domino Guidoni de Fano, & isti Domino Marchesio, qui fuit tam valens in bibacitate. Et ecce quomodo:

----- *cb' ebbe spax'o*

Già di bere a Follì -----

quia dives & potens in patria sua, ubi sunt vina magna & fumosa:

----- *con men sechezza*;

B quia tunc habebat copiam vini, & praeveniebat sitim. Nunc verò in tanta siti non potest bibere unam guttam aquae.

Ad Vers. 24.

Ma come fa chi guarda, e poi fa prezza

Poëta inducit primum spiritum nominatum superius per Foresium. Et primo ostendit, quomodo elegerit de numero multorum, & requisierit eum, ut loqueretur clare secum. Iste autem fuit Bonagiunta de Urbisani, vir honorabilis, de Civitate Lucana, luculentus Orator in Lingua materna, & facilis inventor Rhythmorum, sed facilius vinorum, qui noverat Auctorem in vita, & aliquando scripserat sibi. Ideo Auctor fingit, eum ita familiariter loqui secum de ipso & de aliis inventoribus modernis. Dicit ergo:

----- *se' io a quel da Lucca*

scilicet, Bonagiuntae:

Che più pareva di me aver certezza
 vel secundum aliam li eram

----- *di me voler certezza*

E a simili:

----- *come fa, chi guarda,* -----
 multitudinem hominum:

----- *e poi fa prezza*

Più d' un che d' altro, -----

per signa, quae videt in illo. Et ecce quomodo;

Et mormorava; -----

De Dante intelligas, ut patebit paulo post:

----- *e non*

--- e non fo che Gentucca

Sentiva io - - - - -

idest, gens obscura. Nam turbae animarum erant secum, ut patebit infra, ita quod *gentucca*, sive genticula, dicit heic diminutionem in qualitate, non in quantitate vel numero. Et dicit:

--- là ov'ei sentia la piaga

De la giustiza, che si li pilucca.

Quasi dicat, ibi prope arborem, ubi sentiebat poenam, quae iuste macerat eos. Vel dic, *ibi*, scilicet in gustu a gutture sursum, ibi sentiebat cruciatum famis & sitis. Et ponit petitionem suam ad Bonagiuntam, dicens:

O anima, dis' io, che par sè vaga
idest, avida:

Di parlar meco, fa sè ch'io t'intenda,

E te e me col tuo parlare appaga.

Femina è nata - - - - -

Heic Poëta ponit responsionem Bonagiuntae ad petitionem sui, qui loquitur de materia, de qua primo murmurabat. Bonagiunta enim in illo suo murmure dicebat de Dante in tertia persona: Iste, qui aliquando temere loquutus fuit de Civitate Lucana, cito veniet ad videndum eam, & morabitur ibi. Dicit ergo:

Cominciò ei - - - - -

supple, dicere ille Bonagiunta:

Femina è nata, e non porta ancor
benda,

quia est innupta puella. Ista vocata est *Pargoletta*, de qua Auctor facit mentionem infra Cant. XXXI. Cujus amore captus est, dum tempore exilii sui venisset Lucam. Ideo dicit:

--- che ti farà piacere,

La mia Città, - - - - -

scilicet, Luca. Et dicit

--- come ch'uom la riprenda.

Hoc dicit, quia Dantes ita arguit

Tom. III.

A Civitatem Lucanam de baratteria, ubi dixit de Antianis Sanctae Citatae. Et quia loquutus fuerat obscure, subdit:

Tu te n'andrai con questo antivedere,

idest, cum isto prognostico; in quo tacite praedixit sibi exilium suum. Et dicit:

B So nel mio mormorar prendesti errore, credens, quod dicerem de alia materia:

Dichiareranti ancor le cose vere.

Quasi dicat: cito videbis effectum, & recordaberis verborum meorum, quae videntur modo clausa.

Ma di - - - - -

C Heic Bonagiunta, quia fecerat mentionem de amore futuro Auctoris, nunc facit mentionem de amore praeterito ejus. Sciebat enim, quod Dantes fuerat mirabiliter amorus, & fecerat nobiles Cantiones de amore. Ideo loquitur de eo tamquam de quodam tertio, dicens: Ego quidem dixi tibi de quo murmurabam. *Ma di*, idest, sed tu dic mihi:

D - - - s'io veggio què colui, - - -
scilicet, Dantem. Erant enim ibi tres Poëtae sine poena. Sed solus Dantes vivus, quem iste bene cognoscebat. Unde dicit:

--- che fuore

Trasse - - - - -

idest, in publicum:

--- le nuove Rime cominciando

E unam Cantionem, quae incipit:

„ Donne, ch'avete intelletto d'Amore,

„ Io vò con voi della mia Donna dire, &c.

Et in simili dicit Poëta suam responsionem, & si Bonagiunta fuerat loquutus caute, quasi dicens tacite: *Es tu ille Dantes, qui tam egregie loquutus fuisti de materia amoris?* Ipse

respondet caute & honeste, dicens, quod scripserat, secundum quod amor dictavit sibi. Dicit ergo:

Et io a lui: - - - - -

supple, respondi:

- - - Io mi son un, che quando

Amore spira, - - - - -

idest, inspirat mihi. Et non intelligas de Amore divinae Gratiae, sicut quidam falso exposuerunt; immo de Amore lascivo:

- - - - - noto, - - - - -

scilicet, in mente:

- - - - - e vo' significando

extra per versus Amoris:

- - - - - a quel modo,

Che detta dentro - - - - -

scilicet, secundum ipse Amor inflammat me, sicut olim Apollo dicebatur intrare pectora Poëtarum, & dictare materiam scribendam. Et heic nota, quod olim fuit solummodo dictamen Literale tam in Prosa quam in Metro. Postea fortè a ducentis Annis citra inventum est dictamen Vulgare. Et fuit a principio inventum pro materia amoris. Sed hic Poëta ipsum mirabiliter traxit ad materiam honestissimam, qualis est in suo Poëmate:

O Frate, - - - - -

Heic Poëta ostendit, quomodo Bonagiunta extollit eum, & dat sibi palmam super omnes contemporaneos inventores. Unde dicit:

- - - - - dis' egli - - - - -

ille scilicet Bonagiunta.

- - - - - issa veeg' io, - - - - -

idest, nunc video & cognosco:

- - - - - il nodo,

idest, impedimentum:

Che'l Notajo, e Guittone, e me ritenne

Iste vocatus est Jacobus de Allentino, & per excellentiam propter perfectionem Artis dictus est Notarius.

A *E Guittone:* Iste vocatus est Frater Guittonus de Aretio pulcherrimus inventor in Lingua materna, non tam ratione stili, quam gravium sententiarum, quibus usus est nudis verbis. Cujus Librum ego vidi. *E me ritenne, scilicet, Bonagiuntam*

Di quà dal dolce stile nuovo, ch' io odo.

B Circa stilum nostrum dulcem. Quasi dicat: Nullus nostrum potuit attingere altum & delectabilem modum Dantis.

Ad Vers. 82.

Or va, dis' ei, che quei, che più n' ha colpa &c.

C Heic Poëta ostendit & ponit consolationem Foresi super desolationem patriae, dicens, quod cito veniet iudicium Dei super illum, & quae erit causa & principalis auctor istius turbationis. Et ad intelligentiam hujus literae, quae multis videtur obscura, est sciendum, quod Cursius de Donatis Miles probatissimus animo, manu, & lingua, qui princeps Partis Nigrae, reductus in Florentiam per Carolum Sine-Terra deposuerat Partem Albam, quum esset in magno flore & potentatu, factus est suspectus regentibus Populum, vel quia videbatur esse Dominus, non Socius; vel quia videbatur non digne tractari, quum fuisset recuperator Partis Nigrae; sed praecipue odiosus Populo, quia factus fuerat Socer Uguiccionis de Fagiola Domini Pisarum, potentissimi hostis Florentinorum. Quare concitato tumultu Populi, timentis animosam audaciam ejus, in furore fuit citatus, bannitus, & condemnatus in parva hora. Sub Vexillo Justitiae, cum Potestate, Capitaneo, & aliis Magistratibus itum est ad eum, tamquam reum majestatis. Qui praesentens impe-

E

impetum iratae multitudinis, praemuniverat se cum suis in Burgo Sancti Petri. Et potenter restitit usque in Vesperam. Tandem destitutus sperato auxilio Soceri, deleruit domos, quae continuo sunt everlae. Et fugiens solus, quum non posset flectere precibus vel promissis Milites Catalanos persequentes eum, timens fieri ludibrium hostium, quum esset podagricus, permisit sponte se cadere ab equo, vel casu cecidit, ut aliqui volunt. Et quum equus traheret eum, retento pede in stapeda, percussus est lethaliter in gutture ab uno milite. Quem moribundum quidam Monachi portaverunt ad Abbatiam Sancti Salvii, ubi sepultus est sine honore funeris.

Ad Cant. XXVI. Vers. 25.

Si mi parlava un d'essi - - -
quia fuerat vir affabilis in mundo. Ille quidem fuit Miles Bononiensis de clarissima familia principum, vocatus Guido Guinicellus. Guinicelli enim fuerunt unum membrum de principibus pulsus de Bononia seditione civili, quia Imperiales erant. Fuit ipse Guido vir prudens, eloquens, inveniens egregie pulchra dicta materna. Sicut autem erat ardentis ingenii & linguae, ita ardentis luxuriae, quales multi inveniuntur saepe. O quot viri virtuosae cetera bona hac labe deformaverunt! Ideo bene fingit Poëta, quod ipse captus persuasione ejus, subito respondisset, si non intervenisset impedimentum.

Ad Vers. 92.

Son Guido Guinicelli - - - -
Nobilis genere, scientia, & eloquentia:

- - - - e già mi purgo,
in isto igne a rubigine nigra:

A *Per ben dolermi, prima ch' a lo stremo.*

Quasi dicat, quia juste poenitui ante mortem, ideo non sum relegatus in pede montis inter tardos.

Ad Vers. 97.

Quand' io udì nomar se stesso il padre Mio; - - - - -

B Guidonem, quem vocat patrem suum ratione aetatis, scientiae, & virtutis:

- - - - e de gli altri miei miglior,

loquitur humiliter:

- - - - - che mai

Rime d' Amor' usar dolci e leggiadre. idest, Majores mei. Quasi dicat Poëta: non mirum si laetatus sum de salute Guidonis, qui fuit quasi quidam pater mei & aliorum Dicatorum meliorum me. Et sic multum honorat istum Guidonem heic, quum alibi supra dixerit, quod expulit de nido utrumque Guidonem.

Ad Vers. 115.

D *O Frate, disse questi, ch' io ti scerno*
Heic Poëta inducit dictum Guidonem laudatum ab eo, ad commendandum quemdam spiritum modernum, quem praefert sibi & aliis in arte inveniendi. Ad cujus cognitionem volo, te scire, quod iste magnus inventor fuit quidam Provincialis tempore Raymundi Berengerii boni Comitis Provinciae, nomine Arnaldus, & cognomine Daniel: vir quidem curialis, prudens & sagax. Qui invenit multa & pulchra dicta vulgaria. A quo Petrarcha fatebatur sponte se accepisse modum & stilum Cantilenae de quatuor Rhythmis, & non a Dante. Hic, dum senuisset in paupertate, fecit Cantilenam pulcherrimam, quam misit per nuntium suum ad Regem Franciae, Angliae, & ad alios Principes Occidentis, rogans, ut quemadmodum ipse cum

persona juverat eos delectatione, ita ipsi cum fortuna sua juverent eum utilitate. Quum autem nuntius post hoc reportasset multam pecuniam, dixit Arnaldus: *Nunc video, quod Deus non vult me derelinquere.* Et continuo sumpto habitu Monastico, probissimae vitae semper fuit. Ad literam ergo dicit Poëta: *diffe*, ille Guido; *questi*, qui est in societate mea ob simile vitium, *cb'io ti scerno*, idest, ostendo tibi

Col dno - - - -

Fu miglior fabbro - - - -

idest, artifex & Magister:

Del parlar materno.

Idest, Vulgari. Et nota, quod quamvis Lingua Provincialis non sit pulchra, tamen est difficilis; & sententiae istius bonae erant, ita quod Dantes nunc poterat dicere de dictis Arnaldi illud, quod olim Vergilius fertur dixisse de scriptis Ennii, qui dixit: *Lego aurum in stercore Ennii.* Et facit Auctor parenthesis.

- - - (*Et addidit un spirito innanzi*) idest, digito ostendit unum, qui praecedebat eum. Et confirmat Guido, quod dixit, dicens; ille Arnaldus

Soverchid tutti - - - -

idest, superavit & excessit:

Versi d' amor, - - - -

nam Versus Vulgares principaliter inventi sunt propter materiam amoris:

- - - - *e Prose di Romanzi, - - - -*

idest, Vulgarium; unde Gallici omnia Vulgaria appellant *Romanzia*: quod est adhuc signum idiomatis Romani, quod imitari conati sunt:

- - - - *e lascia dir gli stolti;*

Haec Guido Guinicellus volens ostendere, Arnaldum esse commendabiliorum ceteris, ex indignatione irridet opinionem ignorantium, praefertentium quemdam alium Gallicum ipsi

Arnaldo. Unde dicit: *e lascia dir gli stolti*, qui temere opinantur:

Che quel di Lemosè credon, cb'avanzi.

Idest, quod quidam alius Inventor Lemovicensis excedat Arnaldum in arte dicendi. Iste novus Inventor vocatus est Giralduus Brunellus, qui fuit de patria Lemovicensi, de qua diebus nostris fuerunt plures Pontifices, Cardinales, & Praelati magni, Ecclesiam Christi nimis lubricè tractantes. Et bene eis, si purgantur in isto igne. Et ostendit, quid moverit vulgus ad talem opinionem. Et dicit, quod nulla ratio, sed solum multorum affirmatio. Unde dicit: illi stulti ignorantes

A voce più cb' al ver dirgan li volti;

idest, oculos: quasi dicat: respexerunt famae magis quam veritati. Ideo damnans tales, dicit:

E così serman sua opinione,

& pertinaciter tenent & defendunt:

Prima cb' arte o ragion per lor s'ascolti.

Et haec nota bene verissimam sententiam nostri Poëtae, qui tam juste mordet vulgus insanum. Nam in omni Professione videmus accidere, quod multi multa falsa & vana dicunt. Et interrogati a peritis, si noverunt talem Artem, vel si habent aliquam rationem, per quam tam certe affirmant dictum suum, nesciunt aliud respondere, nisi: *Omnes sic dicunt*: Et sic iudicium multitudinis imperitae faciunt scutum suum. Et excluso uno Inventore Gallico, qui per famam, quae saepissime est res falsissima, praeferebatur Arnaldo, nunc excludit unum Italicum, qui diu habuit famam ex opinione vulgi. Et vult dicere in effectu, quod sicut opinio Provincialium fuit fallax in

in illo de Lemoi ita opinio Tuscorum in Fratre Guittono, donec veritas per peritiores fuit demonstrata. Unde dicit:

Co: ser molti antichi di Guittone:

Iste vocatus fuit Frater Guittonus de Ar tio. Bonas sententias adinventit, sed debilem stylum, sicut potest intelligi ex Libro, quem fecit, ut vidi. Unde dicit:

Di grido in grido pur lui dando 'l pregio,

per multum tempus:

Fin che l'ha vinto 'l ver con più persone,

Quia multi sapientes tandem vicerunt errorem cum arte & ratione.

Or se tu hai sì ampio privilegio,

Nunc Poëta ostendit servitium, quod ultimo petivit Guido ab eo. Et breviter dicit, quod Guido jam erat contentus de fama, quam dederat sibi Poëta.

Ad Vers. 139.

Ei cominciò liberamente a dire:

scilicet, ille Arnaldus, in suo idiomate Provinciali:

Tan m' abbellis - - -

idest, tantum placet mihi

- - - votre cortois deman;

idest, vestra curialis petitio. Quasi dicat Latine: *Tanto m' abbellisce vostra cortese dimanda;*

*Chi eu non puis, ne voil a vos co-
brive.*

Idest, quod non possum nec volo vobis celare vel tegere me: Et ideo dico:

*Jeu suis Arnault, che plor e vai
cantan,*

idest: ego sum Arnaldus, qui ploro, & vado cantando, sicut & alii, qui purgantur:

Con sì tost vei la spassada folor;

idest: cogitando vado praeteritam stultitiam sive folliam:

A *E vei giansen le ior che sper denan,*
idest: video gaudens diem, quem spero in antea; sicut si jam esset coram me: Et facit petitionem, dicens:

Ara vos preu pera chella valor,
idest: vos precor & adjuro per illum valorem, idest virtutem:

B *Che vous ghida al som de la scalina,*
idest: qui valor vos ducit ad summum scalae Purgatorii, in cuius fine sumus positi. Et cito pervenietis ad coelum:

Sovegna vous a temps de ma dolor.

C Idest: veniat vobis in mentem, & recordamini mei suo tempore, & doloris mei, rogando Deum pro me modicum, sicut petivit Guido ante me. Quasi dicat breviter: Dicatis etiam unum alium *Pater noster* pro me, ut brevietur poena istius ignis. Et concludit Poëta & finit Capitulum, dicens:

Poi s' ascese nel foco, che gli affina.

D Sicut aurum affinatur in fornace. Et videtur, quod Poëta noster inseruit haec ista verba Provincialia ad decorem Latinitatis, & ut ostenderet se de omnibus aliquid scivisse.

Al Cant. XXVII. Vers 94.

Ne l' ora (credo) che de l' Oriente.

E Nunc Poëta describit somnium, in quo fingit se vidisse mulierem pulchram & pudicam cantantem. Ad intelligentiam autem istius nobilissimae fictionis, quae communiter male exponitur, est sciendum primo, quod Poëta describit haec occulte praeclarissimam Comitissam Mathildam. Ideo pro exigentia rei aliqua compendiose dicam, exordiens ab ipsius ortu. Fuit ergo quidam nobilis Princeps de partibus Tusciae in Comitatu Lucensi ortus, studens sui nominis gloriam ampliare. Igitur Longobardorum fines ingressus, multas Civitates, Terras, & Castella potenter

tenter acquisivit. Hujus filius Atho-
 Casirum Canossae inexpugnabile con-
 didit in Comitatu Regino, ubi po-
 stea Mathildis saepe moram fecit,
 & multa ibi magnifice egit. Ex A-
 thone natus est Thedaldus, virtutum
 paternarum imitator, cui Papa con-
 cessit Civitatem Ferrariae. Ex The-
 daldo autem natus est inclytus Boni-
 facius, cui pater reliquit thesaurum
 & dominium magnum. Hic Bonifa-
 cius claruit magnis virtutibus, vir
 strenuus, sapiens, in omnibus pro-
 vidus, & liberalis. Qui ex Beatrice
 uxore probissima genuit Mathildim.
 Et mortuus Anno Domini MLII. se-
 pultus est Mantuae. Post quem con-
 jux ejus egregia Comitissa Beatrix
 vixit annis XXV. & mortua jacet
 Pisis. Mathildis autem illustris Co-
 mitissa succedens parentibus, omnium
 majorum claritatem superans, in fe-
 mineo sexu virtutes & mores viriles
 gerens, facta est famosissima multis
 in Regnis apud multos Principes,
 inter quos quidam illius nuptias pe-
 tiverunt. Mathildis autem magnani-
 ma matrem Ecclesiam semper inde-
 fesse defendit contra Henricum IV.
 qui impie vexavit Papam, & schi-
 sma pessimum fecit, creato quodam
 Antipapa Giberto. Quod duravit
 XXIV. annis. Nec mors superveniens
 potuit ipsum a perfidia revocare.
 Propter quod Mathildis magnis flu-
 dibus agitata, animum semper te-
 nuit inconcussum. Eo siquidem tem-
 pore Mantua nobilis & potens Civi-
 tas facta sibi rebellis, se dedit Im-
 peratori. Et diu in contumacia ste-
 tit. Ferraria etiam defecit, sed cito
 rediit. Et post multa gesta victrix
 Comitissa, tandem post XXIV. an-
 nos cuncta magnis viribus reduxit
 ad obedientiam suam. Licet autem
 Mathildis rebus bellicis magnifice in-
 tenderet, magis tamen oblequii Re-

A ligionis & Fidei piè vacabat, multa
 donans pauperibus. Monasteria nobi-
 lia tecit, quae magnis dotavit opi-
 bus. Refugium singulare Romanae Ec-
 clesiae; unde & Normannos potenter
 expulit, qui in praejudicium fan-
 ctissimae Romanae Ecclesiae, Regnum
 Apuliae invaderant, & vastabant Cam-
 paniam. Fertur autem Comitissa haec
 habuisse virum genere Germanum,
 quem a se sequestravit, quia non po-
 terat cognoscere eam, ut dicitur Cant.
 VI. Paradisi. Et nobili indignatione
 percussa, noluit de cetero subijci vi-
 ro. Alii tamen scribunt, quod ex
 viro genuit filium: sed propter do-
 lores partus noluit postea viro admi-
 sceri. Fuit illa Comitissa potens in
 principatu. Habuit enim sub ditio-
 ne sua Mantuam, Parmam, Regium,
 Mutinam, Ferrariam. Fuit etiam
 literata, & magnam Librorum ha-
 buit copiam. Fuit corpore decora,
 facie hilaris, pecuniâ liberalis. Lin-
 guam Italicam, Germanicam, & Gal-
 licam bene novit. Tandem Domi-
 no Deo omnipotenti Patri & Filio
 & Spiritui Sancto devote spiritum
 reddidit Anno gratiae MCKV. Anno
 aetatis suae LXIX. Imperante Hen-
 rico V. Sedente Paschali Papa II. Et
 sepulta est in nobili Monasterio apud
 Padum, longe a Mantua X. mili-
 liariis, in sepulcro grandi ex alaba-
 stro. Reliquit autem sibi heredem
 Ecclesiam Romanam, quum amplum
 patrimonium possideret. His sic bre-
 viter & succincte collectis, nunc con-
 sidera, Lector, si Poëta noster ele-
 gantissime introduxit istam Mathil-
 dim, quae ducit ipsum in Paradisum
 deliciarum, & ostendit Ecclesiam Dei
 militantem, in cujus servitium &
 honorem tam magnifice militavit in
 vita, & in morte Petrum Princi-
 pem hujus Ecclesiae fecit heredem.

Ad Cant. XXVIII. Vers. 34.

Co' piè ristretti, e con gli occhi passai.
Poëta noster describit mirabilem Dominam, quam reperit ibi cantantem, & flores colligentem. Et ad intelligendam plene istam nobilem partem, volo primo, te notare, quod Auctor nunc ostendit se videre de facto illam Dominam, quam superius finxerat se vidisse in somno in eodem habitu & actu. Haec est ergo Comitissa Mathildis, quae devota filia Petri, pro matre Ecclesia semper de hostibus triumphavit. Ista ergo propter excellentiam suae virtutis inducitur heic, ut doceat, & ostendat, animas purgatas ascensuras ad Coelum, oportere transire per Ecclesiam Dei militantem, mediante balneatione duarum aquarum, quae heic inveniuntur. Sicut Cato ponitur in introitu Purgatorii ad praeparandum animas ad ascensum montis per lotionem faciei.

Ad Cant. XXX. Vers. 34.

E lo spirito mio, che già cotanto &c.
Nunc Poëta ostendit, quomodo venerit in cognitionem Beatricis. Sed ad pleniorum cognitionem eorum, quae heic & in sequenti Cantu dicuntur de ista Beatrice, volo te scire, quod quum quidam Fulcus Portunarius, honorabilis Civis Florentiae, de more faceret celebrari convivium Calendis Maji, convocatis vicinis cum dominabus eorum, Dantes tunc puerulus IX. annorum, sequutus patrem suum Aldigherium, qui erat unus de numero convivarum, vidit a casu inter alias puellas puellulam filiam praefati Fulci, cui nomen erat Beatrix, aetatis VIII. annorum, mirae pulcritudinis, sed majoris honestatis. Quae subito intravit cor ejus, ita quod postea numquam recessit de corde suo, do-

A nec illa vixit, sive ex conformitate complexionis, & morum, sive ex singulari influentia coeli. Et cum aetate continuo multiplicatae sunt amorosae flammae. Ex quo Dantes totus deditus illi, quocumque iret, pergebat, credens in oculis ejus videre summam felicitatem. Pro qua lacrymas, vigiliis, & infinitas tulit poenas. Tamen Amor talis semper fuit honestissimus, adeo ut numquam apparuerit signum libidinosi actus in amante vel amata. Hoc autem fuit certissimum prognosticum & augurium futuri amoris, quem habiturus erat ad magnam Beatricem sacram, ad quam erat pronus a natura. Ex his potes videre, quod Poëta aliqua dicit Historice, aliqua allegorice de Beatrice sua.

Ad Vers. 128.

Fu' io a lui men cara e men gradita.
Et heic nota, quod sicut scribit Boccacius in suo Libello de vita & moribus Dantis, Beatrix quasi in fine XXIV. anni rediit ad gloriam praedestinatae meritis suis. Cujus morte Dantes fuit diu in planctu, lacrymis, & moerore, adeo quod sola morte videbatur posse juvari. Ex quo factus est macilentus, barbatus, & velut homo silvestris. Tandem exhortatione suorum duxit uxorem, & coepit se dare publicis officiis & honoribus in sua Republica, & quum poterat, interdum poëticis vacabat & eloquentiae ad superbam gloriam.

Ad Cant. XXXI. Vers. 45.

Udendo le Sirene, sie più forte.
Heic nota, quod Hieronymus hoc dicit, quia ad tempus admonitus pulcritudine secularium Scientiarum, fastidiebat Sacram Scripturam, cujus sermo videbatur sibi incultus. Unde postea quum animum convertit ad divina, sermo ejus factus est cibus

Ange-

Angelorum, sicut patet in Epistolis & aliis Libris suis purpuratis, floribus Poëtarum, Rhetorum, & Oratorum. Unde Ruffinus objicit sibi: *Iste Doctor vester, qui fatetur se abrenuntiasse Poëtiis, nescit dicere verbum, quin dicat: Vergilius meus, & Horatius noster.* Licet enim Poëtae scriperint multa vana & lasciva, sicut de amore & similibus, quia non solum homines fuerunt, sed Pagani, sicut dicit Petrarcha in quadam Epistola, quam ad me scribit: tamen Poëtria aequè bene potest cadere in bonam mentem, quae materiam describat honestam, sicut fecerunt Martianus Capella, Boëtius, Rhabanus, Juvenius, Sedulius, Arator, & alii multi.

Ad Cant. XXXII. Vers. 148.

Sicura, come rocca in alto Monte,
Nunc ultimo Poëta describit novissimam persecutionem Ecclesiae, quam viderat tempore suo, quã nulla videretur fuisse turpior, quamvis major, scilicet mortem Bonifacii. Et dicit: *Sicura, come rocca in alto monte,* propter culmen Sedis Apostolicae. Et quia de rei veritate Bonifacius tunc reputabat se maxime securum, quia erat in sua patria Anagnia inter suos cum D. satellitibus ad custodiam sui corporis. Et subdit:

Vidi di costa a lei dritto un gigante,
idest, Regem Franciae Philippum, qui fuit magnus corpore & Regno, unde dictus est Pulcher. Et fuit recte gigas, quia totus terrenus, & insurgens contra Deum more gigantum: *di costa,* prope illam meretricem: *dritto a lei,* scilicet, ex opposito:

E come perchè nos gli fuisse tolta,
ne adhaereret alteri Regi vel Imperatori, sed esset sub custodia sua, sicut fuerat diu. Unde dicit:

E baciaransi insieme alcuna volta.

Et hoc fuit vere de facto, quia ante diffensionem alter favebat alteri. Et aliquando Bonifacius faciebat gratias ipsi Philippo. Sed postea Philippus factus est sibi hostis acerrimus. Unde subdit:

- - - *quel feroce drudo,*
idest, crudelis procus:

La flagellò - - -
quia verberavit pejus quàm soleat fieri de meretrice:

- - - *dal capo infìn * a le piante,*
sicut est scriptum supra:

- - - *perchè l'occhio cupido e vagante*

A me rivolse - - -

Quali dicat: quia Bonifacius noluit respicere ad gentem Italicam dimittens Gallicã, quia volebat amplius pati servitutem Philippi.

Poi di dispetto - - -

Haec Poëta subadnectit aliud damnum, quod paulo post fecit ipse Philippus, quia cum magna fraude transportavit Ecclesiam ultra montes in Galliam, ubi postea transiit de malo in pejus, sicut plene scripsi Cant. XIX. Inferni. Dicit ergo:

Poi di dispetto pieno, - - -

ille gigas timens, ne Ecclesia perveniret amplius ad manus alterius Bonifacii, qui faceret vindictam de eo:

- - - *e d'ira crudo,*

idest, crudelis irã, quia volebat facere vindictam de Templariis.

Ad Cant. XXXIII. Vers. 35.


- - - *ma chi n' ha colpa, creda,*

Che vendetta di Dio non teme suppe.

Haec nota, quod ista litera potest intelligi dupliciter, scilicet de Bonifacio secundum propriam expositionem, qui fraude adulteravit Ecclesiam. Et sic Bonifacius bene luit poenam dignam, quia rabidã morte perdidit Papatum. Potest intelligi de Philippo

Philippo Rege, scilicet secundum expositionem, qui fecit Ecclesiam servam pacificando turpiter cum Clemente. Et sic Philippus etiam in brevi luit poenam, sicut Poëta scribit Paradisi Cant. XIX. Nota etiam, quod in Florentia solebat esse quaedam opinio prava firma, quod si quis poterat comedere offam super corpus interfecti a se, nunquam am-

plius fiebat vindicta de illo tali. Et hoc fecerunt multi famosi Florentini, sicut Dominus Cursius Donatus. Modò ad propositum dicit Beatrix, quod vindicta Dei non timet suppas: quasi dicat, quod fraus vel malitia non valet contra Deum, qui est justus Judex & viadex injuriarum.



I N C I P I T C O M M E N T U M
M A G I S T R I B E N E V E N U T I
D E I M O L A
S U P E R L I B R U M
P O Æ T A E D A N T I S A L D I G H E R I I ,
Q U I D I C I T U R
P A R A D I S U S .

*Ad Cant. III. Paradisi, ad Vers. 34.
Et io a l'ombra, che parca più vaga.*



Antes in speciali agit & tractat de una illarum animarum famosa tempore suo. Ad cujus cognitionem oportet praescire, quod ista est Picarda pulcherrima pudicissima, de qua facta est expressa praedictio Cant. XXIV. Purgatorii. Quae sponte & ex certa scientia devoverat suam Christo virginitatem, quum jam esset adulta, in Monasterio Sanctae Clarae de Florentia. Sed frater ejus Dominus Curfius de Donatis, Miles famosissimus, cum suis ipsam violenter traxit de loco, quum despondisset eam viro seculari, scilicet cuidam Roselino de nobilibus de la Rosa. Picarda perseverans in suo sancto proposito, devotissime suppli-

A cavit Deo, ut incurreret mortem vel infirmitatem, per quam posset servare inviolatam suam virginitatem. Et continuo gravis morbus invasit carnem ejus. Quo illa moriens transivit ad meliorem sponsum. Et recte ista juvencula Tusca fecit, sicut olim adolescens Tuscus nomine Spurrinna, qui quum ob elegantiam suae formae multis viris suspectus redderetur, suam formosam faciem unguibus excoriavit & deformavit.

Ad Vers. 97.

Perfetta vita & alto merito inciata.

B Ad claram literae intelligentiam est praesciendum, quod Beata Clara nomine & re, quia magnis virtutibus claruit, fuit conterranea & temporanea Beati Francisci, ejus dilecta & devota. Quae in omnibus illius vestigia voluit imitari in paupertate, humilitate, caritate, sobrietate, puritate, & simplicitate. Haec namque sanctissima & clarissima Virgo, hereditate vendita, de pretio nihil refer-

reservans, totum pauperibus erogavit. Et amorem cum paupertate ita contraxit, ut nihil praeter Deum habere vellet, & nihil nisi necessarium vestimentum & victum permetteret a Sororibus recipi. Et quum Gregorius IX. vellet ipsam absolvere a voto tam arctae paupertatis, respondit alto animo Virgo praeclara, se velle absolvi a peccatis, non a consiliis Jesu Christi. Tegebat igitur tenerimum corpusculum simplâ tuniculâ & vili palliolo. In nuda humo saepe super sarmenta jacebat, & nodosum cilicium ex pilis Camelorum portabat. Et si aliquando mollius usa est, sacco palearum. Quum autem furor Friderici II. qui tunc vexabat Romanam Ecclesiam, induxisset Saracenos de Nuceria usque Assisium, haec praeclara Virgo, invocata Reginâ Virginum, Monasterium suum a barbarorum saevitia libera vit, & Civitatem ab obsidione. Quadraginta duobus annis haec Virgo currens in stadio, tandem bravium Beatitudinis est adepta. Cui redeunti ad patriam, Regina Angelorum magnâ turbâ Virginum comitata occurrit, & suo suscepit in gremio. Quam Alexander IV. Papa propter virtutum merita, & miraculorum magna prodigia, Sanctorum catalogo libens adscripsit: Nunc ad literam dicit Poëta: illa Picarda mi disse: *Perfetta vita &c.*

Ad Vers. 109.

E questo altro splendor, che ti si mostra

Nunc Picarda describit aliam animam, quae fuit in simili sorte secum, licet non habuerit eundem exitum. Et ut litera sequens sit clarior, oportet scire, quod haec magna Constantia fuit filia Guillelmi quondam optimi. Regis Siciliae. In

A
B
C
D
E
cujus ortu quidam Joachim Calaber spiritu prophético dotatus, praedixit Guillelmo, filiam natam, Siciliae & Italiae desolationem futuram. Rex vaticinio stupefactus & territus, quia ab experto credebatur viro maximae & amplissimae auctoritatis, post longam meditationem, volens, si posset, avertere fatum Regno, dedicavit ipsam Deo in claustrum, ut sic omnis spes viri vel filii tolleretur. Quae quum jamdiu sancte vixisset in otio, mortuo sanctissimo patre, & fratre ejus, non existente herede legitimo, Tancredus Regulus de stirpe transversali suscepit Regni gubernaculum, & post eum Guillelmus juvenis filius ejus. Ex quo factum est, ut nobile Regnum variis furiis, ut olim, vexaretur, bellis, & seditionibus intestinis. Quapropter decretum est pro remedio, ut Constantia traderetur alicui magno Principi, cujus potentia & opera succurreretur Regno. Tandem cum magno labore & dolo vix obtentum est, ut Constantia a Religionis proposito moveretur. Et consentiente Summo Pontifice nupsit Henrico Imperatori, filio Friderici I. Et deposito virginitatis pudore, quam perpetuam Deo voverat in vita, concepit ex viro cum admiratione omnium, quum jam esset vetula quinquaginta quinque annorum. Quum autem hoc factum non crederetur a multis, ad tollendam suspicionem, edicto Principis factum est, appropinquante tempore partus, ut nobiles Matronae ex tota Italia vocarentur. Quibus praesentibus sub tentorio apud Panormum, peperit terribile monstrum, scilicet Fridericum II. hostem implacabilem Ecclesiae. Unde Fridericus, quando volebat facere solemne sacramentum, habebat de more dicere:

cere: *Per illud miraculum, quo mater mea genuit me, ego sic faciam.* Nunc ad literam dicit Picarda sic:

E questo altro splendor - - - bene dicit, quia Constantia ex alto rerum culmine effulsit in nostro orbe occidentali, filia Regis magni, uxor majoris Imperatoris. Et si fuit gloriosa in terris, virtute & potentia magna, quanto magis in coelo?

Ad Cant. VI. Paradisi, Vers. 97.

Omai puoi giudicar di quei cotali, Heic Justinianus praemissa longâ digressionem revertitur ad principale propositum. Et arguit Italicos, qui injuste agunt contra justum Signum, alii amore, alii odio seducti. Dicit ergo: *Omai puoi giudicar, ex rationibus factis: di quei cotali, scilicet, Guelphis & Gibellinis:*

Cb' i' accusai di sopra, - - - - - in principio digressionis:

- - - - - e di lor falli,

Verè falluntur fatui, quia de centum Militibus non invenitur unus, qui sciat, quando vel quomodo inventae sunt istae partialitates, vel quid sibi velint ista nomina, propter quae faciunt tanta mala. Ideo bene dicit:

Che son cagion di tutti i vostri mali. O quot Civitates everlae! Quot milia hominum caesa propter inane nomen! Sed Deo gratias, qui justissime extendit manum suam super Italiam, ita quod jam obliviscimur ista nomina. Et manifestat errorem utriusque partis, dicens:

L' uno al pubblico segno i Gigli gialli
Oppone - - - - -

idest, Guelphus insignia Regis Franciae & Caroli Veteris, quae sunt Lilia citrina, cum rastello desuper: *al pubblico segno, scilicet, Aquilae, quae est signum commune justum.*

- - - - - e l' altro - - - - -

scilicet, Gibellinus:

A - - - - *appropria quello a parte;*
& sic injuste facit ipsum de publico privatum. Unde dicit:

Si ch' è forte a veder chi più si falli.

Quasi dicat: difficile est scire, quis injustius induit arma, quia neuter, immo uterque pariter insanit. Et subdit justam increpationem contra utramque partem. Et primo contra Gibellinos dicens:

Faccian li Ghibellin, faccian lor' arte
scilicet, artes belli vel pacis:

Sotto altro segno; - - - - -

& ecce causam:

- - - - - che mal segue quello

scilicet, signum:

Sempre chi la giustizia e lui diparte.

Quasi dicat: male sequitur Aquilam, qui partizat. Et ita e contra:

E non l'abbatta esto Carlo novello

scilicet, Carolus Vetus, quem appellat Novellum, quia primus venit in Italiam, & acquisivit Regnum Siciliae. Qui multum persecutus est Gibellinos, & reduxit Guelphos in Florentiam. Et similiter Carolus Claudus filius, & Rex Robertus nepos, multumnaverunt Guelphis. Ideo dicit:

*Co' Guelfi suoi: ma tema degli ar-
tigli*

ipsius Aquilae fortis:

Cb' a più alto leon trasser lo vello. idest lanam, sive pilum. Quasi dicat: denudavit & privavit majores Reges, sicut Jugurtham &c.

Ad Vers. 127.

E *E dentro a la presente margarita,* Nunc Justinianus manifestat aliam animam modernam de sphaera Mercurii, quae fuit mirabiliter activa in vita mundana. Ad declarationem autem istius Historiae, quae multis est occulta & incognita, est praesciendum, quod Raymundus Beringerius, nobilis Comes Provinciae Nar-

bo-

bonensis fuit vir humanus, affabilis. Rhythmorum vulgarium facile reperi- tor; sed nimis liberalis, magnifice omnibus Nobilibus dexteram suae largitatis extendens, ideoque semper erat debitor multum. Accidit autem, quod quidam peregrinus, veniens ab extremo Occidentis, visitatâ Beati Jacobi Compostellani Ecclesiâ, per- venit Tholosam, ubi quia vir spe- etabilis & honorabilis videbatur, in- vitatus ad Curiam, habito sermone cum Comite, persuasit prudenter, quod in brevi ipsum liberaret ab usuris Caorsinorum. Commissâ ergo sibi amplissimâ potestate ordinandi & dispensandi omnia, industriâ & sa- gacitate sua solvit debita magna, & multiplicavit redditus. Et interroga- tus saepe de nomine suo & sorte, vocabat se Romaeum, idest Romipe- tam & peregrinum. Hic itaque pe- regrinus omnia laudabiliter admini- strans, quum Raymundus haberet quatuor filias sine mascula prole, primam alte maritavit Ludovico Re- gi Franciae optimo, qui postea can- onizatus est, facto bis passagio. Secundam tradidit Eduardo Regi An- gliae probissimo. Tertiam tradidit Ricardo fratri Regis Angliae, qui postea fuit Rex Romanorum. Quar- tam verò minorem copulavit Carolo Duci Andegaviae, fratri praefati Lu- dovici, qui postea fuit Rex Siciliae, de quo paulo supra dictum est, as- ferens ipsum futurum potentissimum Regem. Sed virtus & felicitas fecit sibi aulicos omnes infestos, stimulan- te invidiâ, publicâ peste Curiarum. Dicebant enim Comiti, quod hic alienigena ignotus superditatus bonis Comitis erat honoratior eo: quod cedebat ad pudorem & ignominiam ejus, qui videbatur nescire governa- re Regnum & Curiam per se &

A suos. Raymundus simplex, & ni- mium credulus petivit ab isto ratio- nem villicationis suae. Cui Ro- maeus: *Veni ad Curiam tuam pauper; & pauper inde recedo.* Et continuo acceptâ mululâ & veste suâ peregrinâ, quam ab initio reservaverat, re- cessit. Comes pudore & dolore con- fusus, volebat illum retinere, at ille noluit. Sed cito ipse luit poenam suae ingratitude. Quia Rex Fran- ciae eripuit sibi in vita magnam partem Regni sui. Post mortem ve- rò ipse Rex successit pro uxore sua in parte Provinciae, quae est ultra Rhodanum. Carolus verò pro sua habuit Provinciam citra Rhodanum, quam sui descendentes tenuerunt u- sque in praesens. Nunc ad literam. Dicit Justinianus Danti:

Luce la luce di Romeo, - - - -

idest, anima praeclara splendet:

- - - dentro a la presente margarita,
idest, intra Stellam Mercurii parvam
& pretiosam.

- - - - - di cui

Fu l'opra grande e bella - - - -

D Et vere magnificum & pulcrum fuit facere quatuor filias unius Comitis Reginas.

- - - - - mal gradita

ab ingrato Domino. Et subdit me- ritò, quo ad culpam, citò sequuta est poena digna, dicens:

Ma i Provenzali, - - - - -

scilicet, Aulici Comitis:

E *- - - - - che fer contra lui*

scilicet, Romaeum ex invidia:

Non hanno riso, - - - - -

immo amare fleverunt, & saepe suspiraverunt Romaeum. Nam Officia- les Regis Franciae & Caroli non fuerunt postea ita benigni & gratiosi erga eos, sicut fuerat Raymundus Comes, & Romaeus Vicecomes. Ideo superbia Francorum manifesta

bene purgavit invidiam occultam eorum. Ideo dicit:

- - - - - e però mal cammina

qu'ia ad finem improbum venit:

Qual si fa danno - - - - -

idest, quicumque procurat sibi ipsi nocumentum:

- - - - - del ben fare altrui.

Sicut isti fecerunt ex bona operatione Romaei. Sed damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi, & non alii debet imputare.

Quattro figlie ebbe - - - - -

Heic manifestat Justinianus singulare beneficium Romaei, ut Auctor faciat perpetuam memoriam de eo, sicut facit de aliis rebus memorabilibus; dicens:

Ramondo Berlingieri - - - - -

indignus tantâ excellentiâ honoris,

Quattro figlie ebbe, e ciascuna Reina,

sicut patet ex dictis. Et dicit:

- - - - - e cid li fece

Romco, - - - - -

virtute Romanus, licet genere Germanus, ut aliqui scribunt:

- - - - - persona umile e peregrina.

Idest, ignobilis & ignota virtute sua; quod non fecisset Raymundus simplicitate sua, nec Aulici malignitate sua. Et subdit simplicitatem Comitum, & malignitatem suorum Aulicorum, dicens:

E poi - - - - -

scilicet, post tam grande beneficium receptum:

- - - - - il mosser le parole bieche

idest, vanae persuasiones aemulorum accusatorum:

A dimandar ragione - - - - -

scilicet, administrationis:

- - - - - a questo giusto

scilicet, Romaeo.

Che gli assegnò sette e cinque per diece.

Quasi dicat: reddidit sibi optimam

A rationem, scilicet evidentissimam utilitatem, idest meliorationem sui status, & exaltationem honoris; ita quod bene reddidit duodecim pro decem. Et in fine Justinianus tangit recessum Romaei, dicens in commendationem ejus: Et ille Romaeus

Indi partissi - - - - -

scilicet, a Comite, hoc facto:

- - - - - povero e vetusto:

B idest, senex & pauper; quia nihil acquisiverat ex laboribus tantis, nisi invidiam & gloriam; sicut bene dixit Scipio Africanus in simili casu, quum peteretur ab eo ratio expensarum. Unde dicit:

E se 'l mondo sapesse 'l cor, ch'egli ebbe,

C idest, quam constans & patiens fuerit in tanta indignitate fortunae:

Mendicando sua vita a frusto a frusto

idest, ducendo suam vitam per mendicata suffragia pauperculè nunc cum isto, nunc cum illo, ne diu serviret alteri Domino ingrato:

Assai lo loda, e più lo loderebbe.

D Idest, multi laudant eum a virtutibus manifestis; e più, si scirent, quae ignorant de eo. Et sic nota, quod nihil scitum fuit de Romaeo, & ejus vita, vel sine post recessum ejus. Sed a multis creditus est vir sanctissimus, qui sine dubio erat sapientissimus & virtuosissimus. Tamen videtur, quod Auctor bene noverat residuum vitae istius hominis, sed reliquit nobis invest gandum.

Ad Cant. VIII. Vers. 31.

Indi si fece l'un più presso a noi

E Dantes in singulari introducit unum spiritum illustrem modernum de Sphaera Veneris: Et ad cognitionem istius & suorum, debes scire, quod Carolus II. filius I. vir pulcherrimus corpore, & luxuriosus valde, vivente patre, & post mortem patris. ha-

luit

buit multos filios ex Maria filia Stephani Regis Hungariae. Quorum primus fuit Carolus Martellus, qui praemortuus est patri. Secundus fuit Ludovicus, vir simplex, inutilis mundo, ideo factus est Frater Minor. Tertius Robertus, qui fuit Rex post patrem; & alios plures. Carolus primogenitus cognomento Martellus, juvenis magnae indolis fuit, verè filius Veneris, quia amorusus, gratus, vagus, habens in se quinque invitantia hominem ad amorem, scilicet Sanitatem, Pulcritudinem, Opulentiam, Otium, & Juventutem. Cum isto Dantes habuit certam familiaritatem, quum venisset semel Florentiae cum CC. juvenibus Militibus accinctis in pari habitu vestium, & equis magnifice ornatis, more Neapolitano. Quem mirabantur illae Sirenes. Et cum plausu receptus est a Florentinis. Venerat enim obviam patri, qui redibat de Gallia, facta pace cum Domino Jacobo Rege Aragonum, apud quem habebat tres filios obfides, scilicet Robertum, Raymundum, & Johannem. Quo tempore Dantes florebat in patria, juvenis XXV. annorum. Qui tunc ardens amore, vacans sonis & cantibus, uncis amoris, promeruit gratiam istius juvenis Caroli. Sed Carolus iste uno & eodem Anno reddidit animam Deo, cum Clementia uxore sua.

Ad Vers. 58.

Quella sinistra riva - - - - -
Nunc Carolus, postquam descripsit se a virtute animi, describit se ab amplitudine magnae potestatis, quam exspectabat in mundo, si non fuisset morte praeventus. Et primo describit Provinciam, quae spectabat ad eum, quia primò fuerat Avi sui Caroli I. ex hereditate Raymundi Be-

A ringerii, ut patuit supra Cant. VI. in fine. Dicit ergo:

Quella sinistra riva - - - - -
idest, Provincia citra Rhodanum:
- - - - *che si lava*

Di Rodano, - - - - -
fluvio rapacissimo:

- - - - *poi ch'è misto con Sorga*,
idest, postquam Sorgia fluvius purissimus admiscetur ipsi Rhodano apud Avenionem, cujus fons est notissimus diebus nostris potissime, quia novissimus Poëta Petrarcha ibi diu suum studium fecit, & magnam partem Librorum suorum; de qua ipse dicit: *Sorgia Rex fontium* &c.

Per suo Signor' a tempo m' aspettava:
si supervixissem patri meo:

C *E quel* - - - - -

Haec Carolus describit secundum Regnum proprium patris, quod exspectabat habere. Et ad intelligendam istam materiam, oportet prius scire, quod Italia, Regina Regnorum, est lunga & stricta in modum navis. Et est tota Insula, praeterquam ex una parte. Nam a Meridie per longum habet mare Tyrrhenum, a Septentrione mare Adriaticum, ab Oriente Pharum Messanense, ab Occidente autem clauditur altis montibus, qui dividunt eam a Gallia & Germania. Et ut cito dicam, est similis tibiae hominis cum tota coxa & pede. Nam coxa grossa est Lombardia, magna & potens Provincia; deinde Tuscia, unde Roma est in genu istius Italiae. Et ita paulatim extenditur & extenuatur. Modò ad propositum. Regnum Caroli continet quasi medietatem Italiae versùs Orientem, habens in se Campaniam, ubi est Neapolis, sedes Regni, Apuliam, Samnium, Calabriam, & multas alias Provincias. Quam nunc describit a quibusdam Terris & flu-

mi-

minibus confinalibus. Et continetur istud Regnum sub titulo Siciliae. Nunc ad literam. Dicit Carolus:

E quel Corno d' Ausonia, - - - - -
idest, illa pars Italiae. Ausonia enim fuit olim pars Latii, ubi fuit Roma, & tot Populi Latini vicini, sicut patet per Livium & per Plinium. Sed Ausonia ponitur pro Italia, sicut & Latium saepe apud Poëtas.

- - - - - che s' imborga
idest, habitatur:

Di Bari, - - - - -
quae est Civitas super mari Adriatico, nota titulo Nicolai:

- - - - - di Gaeta, - - - - -
quae est Civitas super mari Tusco, denominata a nutrice Aeneae;

- - - - - e di Crotona,
quae est Civitas in extremo Italiae, quasi in puncta cornu:

Là dove - - - - -
idest, in qua parte Italiae:

- - - - - Tronto - - - - -
qui est fluvius satis famosus apud Esculum Civitatem inter Apuliam & Marchiam:

- - - - - e Verde - - - - -
alius fluvius, in quem dejecta sunt ossa Manfredi:

- - - - - in mare sgorga.
idest, labitur in Mare Tuscum:

Fulgeami già - - - - -
Hic Carolus describit tertium Regnum, a quo denominatus est Rex in vita, & pervenit ad manus heredis sui. Ad quod est sciendum, quod Carolus Martellus coronatus est Rex Hungariae, vivente patre, per unum Cardinalem Legatum, mortuo Stephano Rege Hungariae, sine herede; & Carolus Ubertus filius ejus obtinuit Regnum. Et ita debebat succedere in Regno Apuliae, si Robertus non exclusisset eum; ideo nunquam fuit contentus. Hic Uber-

A tus pater fuit istius Ludovici potentissimi Regis Hungariae, qui diebus nostris tenuit multa Regna. Martellus autem describit Regnum Hungariae solum ab uno flumine. Nec mirum, quia nullus fluvius est major in toto Orbe Occidentali, nullus habet longiorem cursum, nullus transit per tot nationes diversas, qui oritur in Alpibus Germaniae, & labitur per Austriam in Alemannia, deinde per Hungariam, Moesiam, & innumerabiles gentes infidelium. Recipit in se sexaginta flumina magna, & per sex vel septem ostia intrat in Pontum, idest in Mare majus. Quorum quatuor dicuntur navigabilia, reliqua non. Dicit ergo in litera:

C *Fulgeami già in fronte la Corona*
licet quidam Andreas de stirpe Hungariae occupaverit Regnum:

Di quella Terra, - - - - -
scilicet, Hungariae:

- - - - - che 'l Danubio riga;
qui alio nomine dicitur Hister. *Riga*, idest, balneat:

Poi che le ripe Tedesche abbandona,
D idest, Alemanniae superioris:

E la bella Trinacria, - - - - -
Hic Martellus describit quartum Regnum, quod sibi de jure debebatur & heredibus suis, nisi creptum fuisset de facto Carolo I. Avo suo. Et describit artificiose Insulam Siciliae a mirabili antiquo monte, & admirabili rebellionem novam. Ad primum ergo est sciendum, quod Aethna mons in medio Siciliae est celeberrimus famâ in toto orbe. Qui olim semper ardens de alto cacumine suo emittebat globos igneos nunc plus nunc minus &c.

Attesti avrebbe li suoi Regi ancora
Nati per me di Carlo, - - - - -

Quia Carolus I. fuit Avus meus, & Carolus II. pater meus:

- - - e di

----- e di Ridolfo

Imperatore, patre Clementiae uxoris
meae. Et nota, quod Carolus I.
adhuc sperabat alia duo Regna, sci-
licet Constantinopolitanum, & cum
illo Hierosolymitanum, de quo erat
jam titulus, nisi fuisset mala do-
minatio, ut statim sequitur:

Se mala signoria - - - - -

Heic Martellus quasi incidenter tan-
git mirabilem Siciliae rebellionem,
tam memoriã quã admiratione di-
gnam; quae breviter subtangenda est
tum ad posterorum exemplum, tum
ad commendationem unius viri ma-
gnanimi. Johannes ergo de Procida,
quae est parva Insula in mari Nea-
politano, olim Notarius Manfredi,
vir sagacissimus hominum, tactus a-
troci injuria vesanae libidinis Fran-
corum in uxore sua, rem prudenter
dissimulavit, simulatã aliquandiu prius
publice dementiã; & servata occasio-
ne temporis cum quibusdam Proceri-
bus Siciliae habuit clandestina collo-
quia. Et sicut erat vir prudens, &
potens in opere & sermone, totus
Mercurii filius, multorum animos
ad sui propositum inclinavit. Et vo-
lens incipere a capite, primo acces-
sit ad Nicolaum Papam III. de Ur-
finis, quem sentiebat habere animum
infestum contra Carolum; & ipsum
prorum in suam feliciter traxit sen-
tentiam, magnã potentiã linguae,
sed majore pecuniae. Et continuo
laetus & impiger, reversus in Sici-
liam consocios confirmavit, & ani-
mosiores reddidit, recipiens a singulis
instrumenta cum anulis. Reversus ad
Papam, dixit, quod tria erant ne-
cessaria ad tam ardui operis comple-
mentum, scilicet consensus ejus in
scriptis, pecunia, & gens militaris.
Et quum auxilia excogitata indicas-
set, obtentis literis a Papa, transvo-

Tom. III.

A lavit ad Petrum Regem Aragonum;
quondam Manfredi generum, avi-
dum ultionis, virtute animi, & vi-
ribus corporis, nulli suo tempore se-
cundum. Cui omnia exposuit pertra-
ctata. Et promissã pecuniã pro ne-
gotio adimplendo, cum literis Re-
gis continuatis Dietis jam plenus spe
Johannes magnanimus properavit ad
B Imperatorem Constantinopolitanum,
cujus res agebatur. Quia Carolus
jam magnã classe, & numerofo exer-
citu Imperium ejus parabat invade-
re, & sperabat auferre. Ideo Johan-
nes de habenda pecunia factus secu-
rus, ad Regem Aragonum est rever-
sus, & cum illo composuit, ne Ca-
rolus aliquid suspicaretur, ut se in
C Africam contra Carthaginem cum
exercitu velle ire fingeret; & sic au-
xiliares mercenarios & subditos mi-
lites procuraret. Papa omnium con-
scius parabat illi favorem sub ficto
colore Fidei Christianae. Rege tam-
dem versùs Africam transeunte, Jo-
hannes rediens in Siciliam, effecit,
quod res tanto labore & sudore con-
cepta produceretur in lucem & par-
tum. Unde Siculi, praeordinata die
D & hora omnes Gallicos indifferenter
trucidaverunt sine misericordiã; im-
mo furore inhumano in nondum na-
tos crudeliter saevientes scissis prae-
gnantibus, foetus ad saxa alliserunt,
ne odiosa eis soboles superesset in
Regno. Et ecce Petrus ex pelago
E Africae cum omnibus copiis Panor-
mum applicuit. Sic igitur Johannes
mira arte & non credita eripuit Si-
ciliam Carolo, Anno sextodecimo,
postquam tenuerat illam nobilem In-
sulam. Pro qua habenda olim tot
& tanta proelia gesta sunt inter Ro-
mam & Africam. Nunc est descen-
dendum ad literam. Dicit Carolus:
nobilis Insula Siciliae pervenisset ad
Y v de-

descendentes meos, se mala Signoria Francorum cum superbia, luxuria, & avaritia importabili:

----- che sempre accora

ideft, necat, vel accendit ad iram:

Li Popoli fuggetti non avesse

Moffo Palermo, -----

nam apud Panormum incepit tumultus:

----- a gridar: mora mora.

Nec umquam Carolus postea, vel sui descendentes potuerunt recuperare Siciliam; immo in se Carolus citò ex dolore mortuus est, relicto filio capto, & Regno Apuliae in magna confusione: Et heic Carolus persuadet fratri suo, ut exemplo Avi sui territus, caveat ne accidat sibi simile in Regno suo, quia habebat Officiales avaros in terris suis, qui acquirabant sibi pecuniam, & Regi infamiam. Dicit ergo:

E se mio frate -----

scilicet, Robertus:

----- questo antivedesse;

ac si dicat: si ex hoc malo praeterito praevideret vel praeconsideraret suum, jam provideret sibi. Unde dicit:

L' avara povertà di Catalogna

Già fuggiria, -----

Hoc dicit, quia Rex Robertus, quando stetit in Aragonia, cujus pars maritima vocatur Catalonia, ob ses pro patre suo, acquisivit amicitias & familiaritates multorum, quos postea in Italia promovebat ad officia. Qui voluerunt bene accumulare. Ad quod duo impellebant eos, scilicet paupertas, quae suadet homini furtum & rapinam; & avaritia, quae reddit hominem ingeniosum ad omnia illicita lucra. Unde bene Africanus Minor consultus in Senatu, uter duorum deberet mitti ad regendam provinciam, respondit;

A neuter, quia alter nihil habet, alteri nihil sufficit. Et verè Catalani reputantur homines cordati & sagaces inter Hispanos. Et dicit:

----- perchè non gli offendesse:

sicut superba luxuria Francorum offendit animum suum: Et subdit periculum imminens, quum dicit:

Che veramente provveder bisogna

Per lui o per altrui -----

B scilicet, per Regem, aut habentem potestatem ab eo.

La sua natura -----

Heic ultimo Carolus concludit, quod Rex avarus nollet habere Officiales avaros, dicens:

La sua natura, che di larga parca

Discese, -----

C ideft, avara ex patre liberali:

----- avria mestier di tal milizia,

ideft, Curialibus, & Officialibus:

Che non curasse di metter' in arca.

D ideft, reponere pecuniam. Et heic nota, Lector, quod non solum iudicatura vulgi, sed etiam sententiae Sapientum multum discordant in facto Roberti famosi Regis. Unde duo Poetae Florentini sunt sibi contrarii in scribendo. Nam iudicio meo Petrarcha nimis commendat eum semper & ubique, dando sibi omnes artes, & omnes virtutes, quia fuit multum honoratus ab eo, & promotus ad lauream, quam recepit in Capitolio Romae. Dantes verò nimis culpatur eum ab avaritia, quam ipse habuit nimis odio. Et verè istud vitium posuit non parvam maculam in gloriam tanti Regis. Unde possem narrare alqua digna censoria notâ, quae ex cupiditate fecit. Ideo bene Cancellarius suus, quum Robertus diceret: *Spiritus, ubi vult, spirat; jocosè dixit: & Robertus, ubi vult, pilat.*

Ad Cant. IX. Vers. 13.

Et ecco un' altro di quelli splendori. Hic Auctor introducit mulierem modernam filiam Veneris. Ad cujus cognitionem est breviter sciendum, quod ista fuit Cunitia soror olim Eccelini de Romano Tyranni crudelissimi, recte filia Veneris, quia semper amorosa & vaga. De qua dictum est Cant. IV. Purgatorii, qualiter habebat rem cum Sordello Mantuano; & simul erat pia, benigna, misericors, compatiens miseris, quos frater crudeliter affligebat. Merito ergo Poëta fingit se reperire istam in sphaera Veneris. Nam si Gentiles Cyprii deificaverunt suam Venerem, & Romani suam Floram formosissimam & ditissimam meretricem, quanto dignius & honestius Poëta Christianus potuit salvare Cunitiam? Dicit ergo ostendens affectionem suam erga se: *Et ecco un' altro &c.*

Ad Vers. 25.

In quella parte della terra prava. Nunc iste spiritus describit primo locum suae originis, & unius sui fratris famosi. Ad declarationem litterae praemittendum est, quod Eccelinus de Romano praenominatus, mortuo Friderico II. cui fuerat confederatus, coepit exercere omnem saevitiam in tota Marchia Tarvisana. Qui primò favore Monticulorum habuit dominium in Verona; deinde habuit Paduam, Vicentiam, Tarvisium, Feltrum, Tridentum, & ultimo Brixiam. Quum autem Eccelinus medietatis paene totius Lombardiae Dominus esset in obsidione Mantuae cum forti exercitu, audità dimissione Paduae captae per Legatum Ecclesiae, in rabie furoris Veronam reversus, omnes Paduanos captos, quos secum habebat, numero duodecim millia, ferro & igne & fame con-

A sumfit. Et si quis inveniebatur fugiens, pedibus & manibus truncabatur. Eccelinus iste consanguineis & amicis non pepercit. Tandem Azzo III. Marchio Estensis, Mantuani, & Cremonenses conjuraverunt contra eum. Eccelinus autem sperans obtinere Mediolanum a quibusdam Magnatibus, transivit Abduam. Sed detecta prodicione rediens, invenit flumen occupatum ab hostibus, & timens multitudinem Mediolanensium a tergo cum Martino de la Torre, per medium vadum quaerens evasione, sagittà vulneratus est in pede. Et quia senex erat, & interclusus ab hostibus, quum pervenisset ad alteram ripam, debellatus est & captus a Marchione Estensi & aliis; & ductus Soncinum, nolens recipere curationem, infelicitè mortuus est, quum esset annorum quasi LXX. & sine prole. Regnavit Veronae annis XXXIV. excludo Comite Sancti Bonifacii. Albericus frater ejus, licet potentià impar, attamen nequitià par, audita morte fratris ejus, fugit de Tarvisio, ubi erat crudelis Tyrannus, ad arcem Sancti Zenonis. Ubi clausus viribus Venetorum, prodicione suorum traditus est adversariis. Cujus lubricum corpus traditum est igni, filiis & uxore prius laceratis, & inhumaniter trucidatis ante oculos patris. Et sic infra annum Domus nobilissima & potentissima de Romano omnino defecit, quae magna in Avo, major in Patre, in his duobus fratribus maxima fuit. Nunc ad litteram. Dicit Cunitia ipsa soror istius Eccelini:

Si leva un Colle - - - -

idest, parvus mons, in quo est Castellum nomine Romanum, in quella parte, scilicet, in Marchia Tarvisana, della Terra prava Italica, quae est

est tantum depravata hodie. Ideo meretur talem disciplinam. Et describit Marchiam ipsam a suis confinibus, dicens:

- - - - *che siede* - - - -

ideſt, ſituata eſt:

- - - - *intra Rialto,*

Canale magnum eſt aquae marinae, quod dividit Civitatem Venetiarum. Ad quod eſt notandum, quod imperante Juſtiniano, Totila Rex Gothorum invaſit Italiam, & cepit Romam. Quo tempore multi de provincia Venetia fugientes furorem & crudelitatem Gothorum, cum rebus ſuis, quas ſecum trahere potuerunt, fugerunt in Paludes Maris Adriaci, & juxta Rivum altum condiderunt Civitatem, quam Venetias vocaverunt. Quia de diverſis partibus Venetiae convenerant ibi. Et in illo loco tuto coeperunt libere vivere ſuis legibus. Et ſic propter libertatem & ſecuritatem loci, & propter malum ſtatum aliarum Civitatum, ſeu Terrarum, Civitas iſta coepit de die in diem crefcere, uſque quo pervenit ad tam ſuperbam potentiam.

E le fontane di Brenta e di Piava, Brenta eſt fluvius, qui dividit Paduam & claudit; de quo alibi dictum eſt. Et Piava fluvius labitur per Territorium Tarviſi, & naſcitur ſupra Civitatem Belluni: Et dicit:

- - - - *e non ſurge molt' alto:*

quia humilis collis eſt, non longe a montibus altis in extremo Territorii Tarviſini:

Là onde ſceſe già una facella, ideſt, ex quo Eccelinus ipſe, qui fuit verè fax ardens, immittens incendium in vicinos. Ideo dicit:

Che fece alla Contrada - - - -

ſcilicet, Marchiae Tarviſanae:

- - - - *un grande aſſalto.*

A Albericus verò fuit alia fax, ardens libidine; & iſta Cunitia fuit ardens amore. Eccelinus tamen non multum curavit de venereis:

D' una radice - - - -

Heic Cunitia deſcribit ſe a parentibus nomine & ſorte, dicens:

- - - - *nacqui & io & ella,*

ſcilicet, ſacula: *nacqui d' una radice,* ideſt ex eodem patre & matre, nomine Adeleyta, ut ſcribit Muſſatus Poëta Paduanus:

Cuniſſa ſui chiamata. - - - -

nomen proprium eſt.

Del noſtro Cielo, - - - -

ideſt, de Sphaera Veneris:

- - - - *che più m' è propinqua.*

C Ideſt, magis approximatur mihi, quia eſt mihi magis conformis. Haec erat anima cujuſdam Fulci de Marſilia, ut poſtea dicitur. Et tangit diuturnitatem ſamae iſtius hominis, quae durabit adhuc quingentis annis, dicens:

Queſto centeſimo anno ancor s' incinqua;

D ideſt, iſte numerus Centenarius annorum quinquies iterabitur. Currebant enim tunc Anni Domini MCCC. quando Poëta habuit ſuam mirabilem viſionem.

- - - - *pria che moja,*

E ideſt, antequam fama praedicti moriatur. Et heic nota, quod Auſtor noſter expreſſe dicit mendaciam, quum de homine iſto jam non ſit fama, etiam in patria propria. Dico breviter, quod Auſtor vult tacite innuere, quod ipſe dederit ſamam iſti ratione virtutis ejus, quae fama non morietur, uſque quo vivet Liber iſte, qui durabit per multa ſecula annorum, ſi poſſumus conjecturare de futuro; quia videmus continuo, quod fama iſtius Auſtoris crefcit.

Et ex hoc Auſtor exhortatur homi-

nes ad vivere virtuose, ut viri sapientes dent eis famam, sicut ipse jam dedit Cunitiae, & dabit Fulco. Dicit ergo:

Sì ch' altra vita la prima relinqua: hoc est, ut prima vita, scilicet temporalis, relinquat aliam vitam perpetuam per famam. Ideo bene dicit Quintilianus: *Quoniam denegatur nobis diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos testemur vixisse.* Unde nota, quod naturaliter homo habet triplicem appetitum, conservandi scilicet individuum, speciem, & famam, ut dicitur adhuc in isto Capitulo.

E cid non pensa - - - -

Heic Cunitia ex dictis facit unam increpationem ad illos de Provincia sua, qui hodie vivunt vitiose. Et primo in generali, describens iterum Provinciam a fluminibus. Et dicit:

- - - - la turba presente,

idest, gens moderna *non pensa cid*, scilicet, vivere virtuose, & per consequens relinquere famam:

Che - - - - -

idest, quam gentem:

- - - - - Tagliamento & Adice vichide.

Taliamentum est flumen Provinciae Venetiae prope Concordiam, non longe ab Aquileja; quod dividit Forum Julii a Marchia Tarvisina. Et est flumen rapax & fallax. Athesis est flumen, quod labitur per Veronam ad modum serpentis tortuosi, de quo alibi dictum est. Et quod est pejus:

Nè per esser battuta - - - -

idest, flagellata per Eccelinum, qui Marchiam, viridarium voluptatum, fecit quasi eremum solitudinis desertae.

- - - ancor si pente,

idest, non corrigitur, non emendatur. Ideo nova poena paratur sibi:

A *Ma tosto fia - - - -*

Heic Cunitia praenuntiat nova flagella in brevi eventura Provinciae. Et primo Paduae, quae prius fuerat tantum desolata per Eccelinum. Postea fuit flagellata per alium Tyrannum Veronae, qui vocatus est Canis Grandis de la Scala. Ad quod sciendum, quod Paduani Anno Domini MCCCXIV. magno apparatu belli, puta cum duobus millibus equitum, & viginti millibus peditum, invaserunt Vicentiam, quae alias fuerat eorum. Canis, juvenis strenuus & intrepidus, viso signo facium ardentium in turribus, Vicentiam incredibili celeritate venit. Et considerato ex alta turri ordine hostium inordinatorum, per agros vagantium, cum minus centum equitibus, & Populi turbâ irruit super Ducem Paduanorum, qui dato tergo ceteros convertit in fugam. Canis, velut lupus inter oves, omnes disperfit cum parva caede. Multi capti sunt, inter quos Jacobus de Carraria, magnus princeps Paduanus, & Mussatus Poëta. Paduanis pacem petentibus pax data est. Post biennium iterum Paduani per dolum tentant habere Vicentiam. Canis cum Uguiccione de Fagiola viro strenuissimo, exploratâ seditione, de nocte clam intravit Vicentiam; & de mane dato signo cum suis invadit hostes; de quo quidam Veronensis metricè scripsit:

E *„ Ecce Canis: fugere Lupi &c.*

Turpis fuga facta est cum occisione multorum & captione plurimorum. Captus est Comes Sancti Bonifacii, dux belli, & magnifice honoratus a Cane magnanimo. Et post paucum tempus Canis avidus ultionis recepit Castellum nobile Montis Silicis, quod distat a Padua per decem miliaria, & Estum Castellum pulcrum

illi propinquum & dives vi cepit cum magna caede & praeda incolarum. Paduani ad defensionem sui agri mittunt D. equites cum magno numero peditum ad ripam parvi fluminis Bachioni. Canis ubique victor, illis debellatis & fugatis magna damna dedit. De hoc specialiter videtur loqui litera. Canis iterum pacem fecit cum Paduanis, intercessione Venetorum cum gravibus conditionibus. Tandem Anno Domini MCCCXXVIII. Canis libere & pacifice obtinuit Paduam, & Anno sequenti Tarvisum. Et ibi fato felicitati suae invidente mortuus est. Dicit ergo Cunitia:

Ma testo fia, - - -

idest, erit in brevi:

- - - - che Padova - - - -

potens Civitas:

- - - - - al palude,

idest, juxta paludem vicinam:

Cangerà l'acqua, - - - -

idest, permutabit, faciendo aquam ipsam rubeam sanguine suo:

- - - - - Che Vicenza bagna;

Nam Bachilionus labitur per Vicentiam, ut alibi scriptum est. Et certe Vicentia fuerat etiam ante flagellata tempore Eccelini, cremata & spoliata per Fridericum II. Unde dicit:

Per esser' al dover le genti crude.

Idest, male dispositae ad virtutem:

E dove - - - - -

Haec Auctor ponit, quomodo Cunitia praedicit mortem crudelem unius Tyranni Tarvisini. Ad quod est memorandum, quod Dominus Ricciardus de Camino filius boni Gerardi, qui successerat patri in dominio Tarvisi, quum una die luderet ad Scacchos, subito transfossus est gladio ab uno ribaldo sicario desperato, praesentibus fratre & consanguineis ejus.

A Et continuo sicarius trucidatus ab illis fertur dixisse istud verbum: *Hoc non fuit in pacto.* Ipse vero Ricciardus moriens dicebat manu & nutu, ne occiderent illum, ut sciretur, quare hoc fecisset, quum tamen fratre & suis procurantibus hoc factum esset. Ad literam dicit Cunitia;

*Tal signoreggia, e va con la testa
alta,*

B idest, unus magnus & potens superbe incedit, non timens sibi de insidiis suorum;

*Che gia, per lui carpir, si fa la
ragna.*

Idest, jam textitur fraus ad circumveniendum ipsum, sicut avis capitur rete: Est enim ragna quoddam genus retis, quo capiuntur aves:

*- - - - - dove Sile a Cagnan s'ac-
compagna;*

C hoc est dicere, in Civitate Tarvisi. Ista enim duo flumina conjunguntur in unum apud Tarvisium, quae Terra amoena multum abundat aquis puris, & fontibus scaturientibus. Et in tali loco saepe nascuntur venena, qualiter fuit ipse Ricciardus, & Domina Gaja soror ejus:

Pianzerà - - - - -

D Haec Cunitia praedicit aliud crudele facinus futurum per eadem tempora in Civitate vicina suae. Et ad intelligentiam hujus literae est primo sciendum, quod mortuo Azzone III. Marchione Estensi, qui habuerat Beatricem sororem Regis Roberti in uxorem, Rex ipse Robertus habuit ad tempus dominium pro Ecclesia Civitatis ipsius Ferrariae. Quum autem quidam Dominus Pinus de la Tosa, nobilis Miles Florentinus astutus esset Vicarius Ferrariae pro Rege, quam murari fecit, viri nobiles de Fontana Ferrarienses, seditione orta, fugerunt de Civitate, &

tran-

transulerunt se Feltrum, putantes se tutos in illa libera Civitate; cuius liberum dominium in temporali & spiritali habebat Episcopus ejus. Sed operâ Pini, volente Episcopo & consentiente, capti ducti sunt Ferrariam. Ex quibus tres præcipui, scilicet Lanzalottus, Claruccius, & Antoniolus de Fontana decapitati sunt cum multis aliis complicitibus eorum in foro Ferrariae, & multi suspensi sunt laqueo. Ad literam ergo dicit Cunitia:

Piangerà Feltro - - - - -

Civitas in confinio Marchiae Tarvisinae:

- - - - - ancora la disfalta.

idest, defectum sceleratum:

De l'empio suo Pastor:

idest, Episcopi sui, qui fuit natione Placentinus, qui bene luit poenas dignas. Nam de mandato Domini Ricciardi prædicti fuit tantum percussus cum sacculis fabuli, quod emisit omnia viscera & sanguinem per egestionem. Et Populus etiam luit, qui venit de libertate in servitutem sub tyrannide ipsius Ricciardi. Et tangit atrocitatem sceleris, dicens:

- - - - - che savà sconcia,

idest, enormis sine exemplo, quia alius Sacerdos sceleratus non luit poenam pro crimine simili. Unde dicit:

Sì che per simil - - - - -

scilicet, culpam:

- - - - - non s'entrò in Malta.

Scilicet, per alium Sacerdotem ad tolerandam poenam. Est enim Malta turris horrida in Lacu Sanctae Christinae, carcer amarus delinquentium Sacerdotum. Unde Sacerdos damnatus ad mortem per Papam Bonifacium clamabat: *Peto benedictionem Patris mei*: Et Bonifacio respondente: *Pater tuus Diabolus est*; subjun-

Axit ille: *Et tu uique ille es*. Et meruit veniam. Sed e contrario Abbas Montis Casini, qui non bene servabat Coelestinum custodiam suam commissum, paucis diebus in pane tribulationis & aqua amaritudinis supervixit, affectus in eodem carcere. Et aggravat delictum propter magnam sanguinis effusionem, dicens:

B *Troppo sarebbe larga la bigoncia,*

Biguncium est vas, quo utuntur tempore vindemiarum ad portandas uvas, apertum & amplum desuper, quod plenum facit mediam salmam asini:

Che ricevesse il sangue Ferrarese;

scilicet, Civium occisorum:

E fianco - - - - -

scilicet, nimis effret:

C *- - - - - chi'l pesasse ad oncia ad oncia.*

Et verum dicit: nam homo inter animalia habet multum sanguinis. Unde Galenus scribit de uno, cui per nares effluerunt XXV. Librae sanguinis, & mortuus est. Isti autem, quorum sanguinem fudit impius iste Sacerdos, fuerunt plures quam triginta, ut quidam scripserunt.

D *Che donerà - - - - -*

idest, quem sanguinem turpe donum & infamiae plenum:

- - - - - questo Prete cortese,

ironice intelligas, quia prodigus humani sanguinis.

Per mostrarsi di Parte:

idest, ut videretur bene de Parte Ecclesiae, & verè Guelphus. Et concludit:

- - - - - e cotai doni

Conformi fieno al viver del paese.

idest, bene conveniunt viventibus vitiose in dicta Marchia.

Ad Vers. 88.

Di quella Valle fui io litorano.

Haec Fulcus, praemissa illa positione, nunc exprimit suam patriam, dicens:

dicens: *Io fui litorano di quella Valle*; idest maritimus habitator in litore nostro hujus maris Mediterranei. Et describit ipsam patriam a fluminibus, dicens:

Tra Ebro, e Macra.

Est enim Ebrus fluvius apud Marsiliam. Macra vero est fluvius rapax apud Civitatem Lunae per Vallem, quae dicitur Lunifana, in confinibus Tusciae. Unde dicit:

--- che per camin corto

Lo Genovese parte dal Toscano.

idest, quos Macra dividit, juxta illud:

„*Tusciae confines Mare, Macra, Tiber, & Alpes.*

Ad un' occaso - - - - -

Haec Fulcus adhuc describit clarius suam patriam, & a situ & a memorabili fato ejus. Et dicit primo, quod Marsilia & Bugea se ex opposito respiciunt:

Bugea sede, - - - - -

quae est Civitas in litore Africano:

--- e la Terra ond' io fui,

idest, Marsilia, cujus ego fui Civis:

Ad uno Occaso quasi & ad un' Orto,

hoc dicit, quia habent quasi idem meridianum: quasi dicat, quod Marsilia tantum distat a Levante & Ponente, quantum Bugea, quae est in litore adverso. Et subdit:

Che se del sangue suo già caldo il porto.

idest, quae Terra mea &c.

Folco mi disse - - - - -

Haec spiritus praefatus describit se a nomine proprio, & a moribus suis. Ad cujus evidentiam est praesciendum, quod Fulcus iste fuit filius Alphonfi mercatoris, qui moriens dimisit eum divitem valde. Et ipse dedit operam valori humano & famae mundanae. Sequutus est nobiles viros. Dicebat pulcre & facunde in

A Rhythmo. Fuit valde acceptus & honoratus à Ricardo Rege Angliae, & a Raynaldo Comite Tholosano, & a Barali de Marsilia, in cujus Curia conversabatur. Nec miror, quia Marsiliae sunt formosissimae mulieres. Fuit siquidem Fulcus iste pulcher corpore, linguâ disertus, pecuniâ liberalis: ergo verè Venerex.

B Adamavit autem Adelasiam uxorem Baralis. Et ut magis tegetet suam culpam, simulabat se diligere duas sorores ejus. Propter quod factus suspectus, licentiatus fuit ab illo. Mortuâ uxore Baralis amarissimum dolorem concepit, sicut olim Dantes de morte suae Beatricis. Et declinavit se, mortuâ uxore, cum duobus filiis ad Monasterium Cisterciense. C Postea factus fuit Abbas Torrinelli; demum Episcopus Marsiliensis, de qua expulit haereticos. Et sic vide, quod propter multa Auctor fecit singularem mentionem & commendationem de isto Fulco.

Ad Cant. XI. Vers. 28.

D *La Providenza, che governa'l Mondo,* Haec Beatus Thomas de Aquino, movens se a longe, volens solvere primum dubium, digreditur ad describendam, & commendandam vitam Beati Francisci, cujus cognitio facit ad declarationem primi dubii. Et primo ostendit in generali, quomodo Deus misericorditer providit Ecclesiae suae de duobus Principibus & pugilibus, qui pro illa fortiter certarent. Unde dicit:

La providenza - - - - -
scilicet, Divina:

--- che governa'l Mondo
Con quel consiglio, - - - - -

idest, cû Sapientiâ, quae vincit omnem intellectum creatum: Unde dicit;

- - - nel qual' ogni aspetto

Creato - - - - -

idest, cognitio:

- - - è vinto, pria che vada al fondo.

idest, antequam attingat ad profunditatem ejus. Quia nullus intellectus Angelicus vel Humanus potest pertingere ad totalem cognitionem divinae Sapientiae:

Due Principi ordind - - - - -

scilicet, Franciscum & Dominicum:

- - - in suo favore,

idest, illius Ecclesiae:

Che quinci e quindi le fosser per guida.

idest, qui recte ducerent bigam Ecclesiae. Et assignat causam, quia Deus ordinavit dictos duos Principes dicens:

Però ch' andasse ver lo suo diletto

La Sposa di colui, - - - - -

idest, Ecclesia, quae est Sponsa Christi:

- - - - - *ch' ad alte grida*

Disposò lei col Sangue benedetto.

scilicet ipsius Christi, quum clamavit: *Eli, Eli:* quod est de clamore Judaeorum clamantium: *Tolle, tolle. Crucifige eum.* Et ita de aliis multis clamoribus: *Andasse ver lo suo diletto,* scilicet ipsius Jesu Christi, qui est Sponsus ipsius Ecclesiae.

In se sicura, - - - - -

scilicet, ab offensione adversariorum, mediante istorum duorum Ducum defensione:

- - - *& anco a Lui più fida;*

scilicet, ut fidelius sibi serviret, & non adulteraretur per vitia. Et heic nota, quod de rei veritate Ecclesia Dei non bene incedebat recte, privata bonis ducibus. Nam Sacerdotes Seculares & Monachi antiqui multum defecerunt in virtute, moribus, & scientia. Ideo bene Deus succur-

Tem. III.

A rit huic defectui cum istis duobus Principibus, qui verbo & opere erigerent ruentem Ecclesiam.

L' un fu - - - - -

Heic Thomas describit utrumque Principem, dicens: *L' un fu,* scilicet, Franciscus:

- - - *tutto Serafico in ardore;*

idest, de ordine Seraphinorum, qui magis ardent in amore Dei. Quasi dicat; tamquam Angelus, non homo, ardens in Caritate.

L' altro - - - - -

scilicet, Dominicus:

- - - *per sapienza in terra fue*

. Di Cherubica luce uno splendore.

quia fuit splendor sapientiae in mundo; sub quo dictus Thomas militavit; unde dicit: *di Cherubica luce,* idest de ordine Cherubinorum, quia habuit intellectum Angelicum. Nam fuit magnus Doctor, & illuxit Mundo sapientiâ suâ. Ideo dicit: *per sapienza.*

De l' un dirò, - - - - -

Heic Thomas offert se tractaturum primo de altero praedictorum, excusans se, si non dicit de altero; unde dicit: *De l' un dirò,* scilicet, de Francisco:

- - - *però che d' amandus*

Si dice, l' un pregiando, - - -

idest, appretiando laudibus tantum unum:

- - - *qual' ch' uom prende:*

idest, quemcumque homo assumat laudandum: Et assignat rationem, dicens:

Però a un fine sur l' opere sue.

idest, quia opera utriusque tetenderunt ad unum finem Beatitudinis. Et heic nota, quanta arte utatur Auctor in ista fictione. Nam inducit Thomam de Aquino, qui commendat vitam Beati Francisci, & damnat vitam suorum Fratrum San-

Z. 7

81

eti Dominici. Quia melius testimonium est, & facilius creditur, quando aemulus laudat aemulum, & ita quando culpat suos.

Intra Turpino - - - -

Heic Thomas narraturus vitam Francisci, primo describit locum originis ejus, quem describit a fluminibus & Civitatibus, locum illum claudentibus. Ad cujus evidentiam est oraeiciendum, quod Civitas Assisium est situata in valle pulcherrima & fertilissima Spoleti, inter duo flumina, quorum unum vocatur Chiaffus, qui venit a Civitate Eugubii, alterum verò vocatur Turpinus, qui venit a Nuceria. Dicit ergo:

Fertile costa d' alto monte pende,
qui supereminet Assisio. Quia Assisium est positum in monte fertili in declivio montis.

Intra Turpino - - - -

Est enim Turpinus fluvius:

- - - - e l' Acqua, - - - -

idest, alium fluvium, qui dicitur Chiaffus, veniens ab Eugubio. Unde dicit:

- - - - che discende

Del colle eletto del beato Ubaldo.

Ad quod sciendum, quod Beatus Ubaldo primo fuit Eremita in monte illo. Deinde fuit Episcopus Eugubii. Et est Patronus illius Civitatis. Et subdit Civitates Assisio confines, dicens:

Onde - - - - -

idest, a qua costa fertili:

- - - Perugia sente fredda e caldo

Da porta Sole,

Porta Solis est una Porta Perusii versus ortum Solis, quae respicit Assisium. Est autem Perusium Civitas antiqua & nobilis, quondam unum caput Tusciae, ut dicit Titus Livius:

- - - - e di retro le piagne

Per greve giogo Nocera con Gualdo.
Duae Terrae sunt, quarum una est Nuceria: *le piagne di retro*, scilicet, post dictam costam, in qua est Assisium: *per greve giogo*, quia recipit ventum & frigus & incommoda a dicto monte. Alii tamen exponunt, propter grave jugum Perusiorum, quia dictae Terrae erant subditae dominio Perusiorum. Et istud fuit aliquando verum. Sed prima expositio est melior.

Di questa costa - - - - -

Heic Thomas describit ipsum Franciscum, quem metaphorice appellat Solem, dicens:

- - - - nacque al Mondo un Sole,

scilicet, Franciscus. Sicut enim Sol radiis suis illuminat Mundum, ita Franciscus illuminavit totum Mundum radiis suis, scilicet operibus, vel Fratibus suis per totum orbem terrarum diffusis. *Nacque di questa costa*; scilicet, ubi est Assisium:

- - - - dov' ella frange

Più sua rattezza - - - - -

idest, in parte decliviori & planiori ipsius montis. Et dicit a simili:

Come fa questo talvolta di Gange.

scilicet, Sol sensibilis. Erat enim Thomas cum Auctore, cui loquitur nunc, in corpore Solis: *fa talvolta*, idest oritur aliquando, non semper: *di Gange*, qui est fluvius Indiae in Oriente. Et subdit Thomas, quomodo sit appellandus dictus locus, dicens:

Però chi d' esso loco fa parole,

idest, qui vult facere mentionem de Assisio:

Non dica Ascesi;

licet illud sit primum & proprium nomen dictae Civitatis. Dictum est enim Assisium:

- - - - che direbbe corta

idest

ideſt, parum; vel ſecundum aliam literam *torto*, ideſt, oblique & improprie:

Ma Oriente, ſe proprio dir vuole;
quia ſcilicet locus debet proportionari locato: Si ergo Franciſcus eſt appellandus Sol, bene Aſſiſium eſt appellandum Oriens, a quo, tamquam ab Oriente, ortus eſt dictus Sol.

Non era ancor - - - - -

Heic Thomas deſcribit primitivam virtutem iſtius Franciſci, quam primo oſtendit in pueritia ſua, dicens:

- - - - molto lontan da l'orto

ideſt, ab origine ſua; quaſi dicat: in teneris annis:

Cb' ei cominciò a far ſentir la terra

De la ſua gran virtù alcun conforto.

Quia ſicut a ſimili Sol ſtatim a principio ſui ortus incipit calefacere terram & refocillare animalia, ita & Franciſcus ſtatim a pueritia ſua incepit dare ſpem hominibus de magna virtute ſua.

Che per tal donna - - - - -

Heic Thomas exprimit illam magnam Virtutem primariam iſtius Franciſci. Et dicit, quod fuit tam audax, quod poſtpoſuit in juventute amorem paternum, quem omnes naturaliter ſequuntur, amori unius Dominae, quam omnes communiter oderunt. Dicit ergo, quod ille Franciſcus

- - - - giovinetto in guerra

Del padre corſe;

ideſt, incurrit odium, & indignationem paternam, *per tal Donna*, ideſt, amore Dominae Paupertatis. Et dicit:

- - - - a cui, come a la morte,

La porta del piacer neſſun diſſerra.

quae ſcilicet Paupertas nulli placet. Quod probat a ſimili, dicens: *come*

A *a la morte*, ideſt, ſicut nullus recipit placibiliter mortem, ſic omnes fugiunt Paupertatem, ſicut naturaliter fugiunt mortem; immo ſaepe homines ſponte ſubeunt mortem, propter fugiendam Paupertatem.

E dinanzi - - - - -

Heic Thomas probat per effectum, quomodo Franciſcus vero amore dilexerit dominam Paupertatem, quia accepit eam in legitimam uxorem ſuam, & conſenſit in eam. Unde dicit: Et ipſe Franciſcus

- - - - - le ſi fece unito:

ideſt, conjunxit ſe ipſi Paupertati:

E dinanzi a la ſua ſpiritual Corte

ideſt, coram Epilcopo Dioceſano, & coram patre; quia in praefentia patris renuntiavit omnibus bonis patrimonialibus & temporalibus. Et dicit poſtea:

Poſcia di di in di l'amò più forte.

Tamquam bonus maritus, qui nunquam caram ſuam uxorem dereliquit ulque ad mortem; immo nec in morte oblitus eſt ejus:

Queſta - - - - -

D Heic Thomas in commendationem matrimonii contracti per Franciſcum, oſtendit quàm miſericorditer Franciſcus egit ſecum. Et dicit, quod iſta muliercula turpis ſteterat vidua per mille annos & ultra, quia nullus voluerat eam videre vel audire, nedum accipere eam in uxorem & amplexari. Dicit ergo: *Queſta*, ſcilicet paupercula mulier:

- - - - privata del primo marito

ſcilicet, Jeſu Chriſto, qui primus penitus dilexit Paupertatem:

Mille e cento anni e più - - -

ſcilicet, ultra undecim Secula,

- - - - diſpetta e ſcura

Fin' a coſtui ſi ſtette - - - - -

ideſt, ulque ad iſtum Franciſcum. Et dicit:

Z z z

- - ſen-

----- *senza invito;*
 quia nullus requisivit eam de amore
 per tantum tempus. Sed heic nota,
 quod Auctor videtur dicere falsum,
 quia multi Sancti Patres & Eremitae
 dilexerunt Paupertatem, & despexerunt
 mundum propter Jesum Christum & antiquitus
 & moderniter, sicut Benedictus, & Macarius,
 Bernardus, & Damianus, de quibus
 dicitur infra in hoc eodem Libro.
 Respondendum est breviter, quod nullus
 tantum & in totum amavit Paupertatem
 tam perfecte, tam generaliter, tam volenter.

Nè valse udir -----
 Heic Auctor ad arguendam caecam
 hominum cupiditatem, ostendit mirabiles
 effectus Paupertatis, quae fecit hominem
 quodammodo felicem; quia facit eum
 laetum & intrepidum contra omnem
 fortunae impetum. Quod probat per
 exemplum pauperuli piscatoris, qui non
 expavit Caesarem tunc temporis
 terribillimum. Ad cuius evidentiam
 est praeciendum, quod Caesar, dum
 esset in Graecia contra Pompejum,
 avidus pugnae, quae faciebat pro
 eo, impatienter ferens accessum,
 qui erat cum parte exercitus sui,
 temere exposuit se fortunae &c.

Ma perch' io non proceda troppo chiuso,
 Heic Thomas pro palat nomen amantis
 & amatae, ne videatur procedere
 nimis obscure. Unde dicit:

Prendi oramai nel mio parlar diffuso;
 scilicet, quia jam multa dixi de istis:

Francesco e Poverità per questi amanti.

Franciscus est nomen competens viro.
 Dicitur enim Franciscus, quasi Francus,
 idest, liber ab omni cupiditate
 terrenorum & servitute peccatorum.
 Paupertas etiam est nomen

A congruum. Dicitur enim Paupertas
 a pauco, unde paupertas est sobria,
 temperata, libera, & expedita.

La lor concordia -----

Heic Thomas tangit laetam vitam
 istorum, amantium Paupertatem, &
 continentium cum effectu. Dicit ergo:
la lor concordia, quia concorditer
 conveniebant simul, quia Franciscus
 bene conformabat se Paupertati
 & pauco, & Paupertas bene
 conveniebat humilitati ejus. Unde dicit:

----- *e lor lieti sembianti,*

quia procabantur sibi invicem laete.
 Nam Paupertas faciebat laetum Franciscum,
 & Franciscus faciebat Paupertatem
 videri laetam; & dicit:

Amor -----

C idest, Caritas:

----- *e meraviglia,* -----

idest, mirabiliter:

----- *e dolce sguardo,*

idest, dulcis contemplatio:

Facean esser cagion di pensier santi.
 idest, praestabant sibi causam, quod
 non cogitaret nisi sancta; & ut Sanctus
 videretur a quolibet vidente eum.
 Ideo statim habuit sectatores. Unde
 sequitur:

Tanto che 'l venerabile Bernardo,
 primus Frater Minor, qui sequutus
 est Beatum Franciscum. Unde non
 intelligas de Bernardo Doctore,
 devoto Dominae, de quo dicitur in
 fine hujus Libri:

Si scaldò prima, -----

E idest, primus induit habitum Franciscus.
 Nam Fratres Francisci inter alia
 incommoda sua incedunt discalciati:

----- *e dicivo a tanta pace*

Corse, -----

idest, ad participandum de tanta
 pace animi, quanta praestat ista
 Paupertas. Et dicit:

----- *e correnlo gli parve esser tardo.*

quasi

quasi dicat, quod cum tanta aviditate animi accessit ad istam vitam beatam, quod quamvis esset primus, tamen vilus est sibi tardus.

O ignota ricchezza - - - - -

Heic Thomas sumtâ occasione ab illis, qui sequuti sunt Paupertatem, prorumpit in unam exclamationem laudatoriam Paupertatis dicens: *O ignota ricchezza*, idest, ignorata opulentia. Unde Lucanus in simili ubi supra proxime

- - - - - o munera nondum

„ Intelleſta D'ân! - - - - -

Et verè magna sunt munera Paupertatis. Unde dicit:

- - - - - o ben vorace, seu ferace.

idest, bonum fertile & multiplex. Est enim inventrix Scientiarum, Custos Virtutum &c. Et subdit alios sectatores Paupertatis dicens:

Scalzasi Egidio, - - - - -

Iste fuit alius Frater de primis.

- - - - - e scalzasi Silvestro

alius Frater, qui expulit civile bellum de Assisio, & vidit in somnis Crucem exire de ore Francisci:

Dietro a lo Sposo; - - - - -

idest, post Franciscum virum Paupertatis:

- - - - - sì la sposa piace.

idest, Paupertas.

Indi sen va quel padre, - - - - -

scilicet, aggregatis pauperculis Fraticellis Franciscus, qui fuit maximus Pater familias.

- - - - - e quel Maestro.

qui docuit suos discipulos Paupertatem, Humilitatem, Continentiam, Obedientiam, & Patientiam:

Con la sua Donna, - - - - -

scilicet, cum domina Paupertate, quae sequebatur & sociabat eum ubique:

- - - - - e con quella famiglia

scilicet, illorum Fratrum:

A *Che già legava l'umile capestro.*

quia Fratres Minores portant chor-dam cinctam, super qua solebant olim esse humiles, nunc autem facti sunt superbi:

Nè gli gravò - - - - -

Heic Thomas narrat foundationem & confirmationem Ordinis Beati Francisci. Et dicit, quod non obstante, quod esset ipse Franciscus filius ditissimi, propter quod videbatur ire ex verecundia cum fronte bassa, secure ivit ad Innocentium Papam, ut approbaret ejus Regulam. Dicit ergo:

- - - - - vilità di cor - - - - -

quia videbatur pusillanimis ex hoc, nè gli gravò

- - - - - le ciglia,

idest, non inclinavit frontem ejus ad terram prae verecundia;

Per esser figlio di Pier Bernardone;

idest, quamvis esset filius ditissimi hominis:

Nè per parer dispetto a meraviglia.

idest, quamvis videretur vilis, abjectus, & despectus mirabiliter.

Ma regalmente - - - - -

idest, magnanimiter:

- - - sua dura intenzione

Ad Innocenzo aperse; - - - - -

Nam durum videtur relinquere comoda, delicias, & alia placibilia divitum: *Ad Innocenzo*, scilicet, Papam:

- - - - - e da lui ebbe

E *Primo sigillo - - - - -*

idest, Privilegium:

- - - - - a sua Religione.

quia non licet facere Ordinem vel Regulam sine auctoritate, licentia, & consensu Pontificis.

Poi che - - - - -

Heic Thomas describit confirmationem Ordinis Beati Francisci, dicens:

La santa voglia - - - - -

idest,

ideft, voluntas:

- - - - *d' esto Archimandrita,*

ideft, istius Pastoris Francisci. Archimandrita enim dicitur ab *Archon*, quod est Princeps, & *Mandra*, quod est grex: unde Archimandrita, ideft princeps gregis, qualis fuit Franciscus, quem sequutus est maximus grex:

Di seconda corona redimita

Fu - - - - -

ideft, exornata confirmatione, de qua habuit secundum Privilegium, sicut habuerat primum pro fundatione:

- - - - - *per Onorio - - - - -*

qui fuit Papa Romanus, qui indulfit Minoribus Fratibus Privilegium, quod possent sacra ministrare, & dignitates spirituales habere. Et hoc dico fuit:

Poichè la gente poverella crebbe

Dietro a costui; - - - - -

Habuit enim Franciscus duodecim Discipulos ad imitationem Jesu Christi, qui omnes fuerunt sancti viri, praeter unum, qui exivit Ordinem, & factus est leprosus, & se suspendit. Et dicit:

- - - - - *la cui mirabil vita*

Meglio in gloria del Ciel si canterebbe

ideft, cantanda erat & celebranda per Orbem in gloriam Dei, qui dedit sibi tantam gratiam, ut cantaretur & celebraretur *in gloria del Ciel*: quia ejus vita plusquam humana cederet ad gloriam gratiae divinae & infusionis coelestis.

E poi che - - - - -

Haec Thomas descriptis publicis operibus Francisci, nunc intendit describere ejus privatam vitam, quam duxit per sanctam poenitentiam, & per tentationum viam. Ad quod est breviter praesciendum, quod Beatus

A Franciscus, profecto & stabilito Ordine sub confirmatione habita, & datâ Regulâ sanctâ, transivit mare, & praedicavit Fidem Saracenis. Sed nihil proficiens ibi, rediit in Italiam, ubi optimum fructum fecit. Elegit enim sibi ad contemplationem sanctam locum solitarium & devotum in loco, qui dicitur *la Verna*, in monte, qui dividit Romandiolam a Tuscia, inter Caesenam & Aretium. A quo monte duo flumina oriuntur, scilicet Tiber & Arnus, ibique dicitur recepisse Stigmata Jesu Christi. Nunc ad literam. Ordina & construe sic: Et ille Franciscus

Da Cristo prese l'ultimo sigillo;

ideft, contemplando ibi, recepit plagas Christi. Et notanter dicit *l'ultimo*, quia primum sigillum recepit ab Innocentio, secundum ab Honorio, ut praedicitur, tertium & ultimum a Jesu Christo:

Che le sue membra due anni portarno.

in loco, qui dicitur *la Verna*, quem describit a duobus fluminibus famosis, dicens:

Nel crudo sasso - - - - -

quasi dicat; non marcesfactus in lecto molli, sed contemplans in saxo duro:

- - - - - *intra Tevere & Arno.*

E Tiber oriens ex dicto monte, labitur usque Romam, fluvius celeberrimus operâ Historicorum, Philosophorum, Poëtarum, & omnium doctorum. Arnus verò dividit & interluit Tusciam provinciam, quem Auctor pulcre & artificialiter descripsit supra, Purgatorii Capitul. XIV. Et haec nota moraliter, quod sicut ex monte praedicto nascuntur magna flumina, quae irrigant magnas & pulcras Provincias, & praecipue Tiber, qui irrigat almam Urbem Romanam, ita

ita ab isto Francisco descenderunt multi uberes rivi, qui irrigaverunt non solum unam vel duas Provincias, sed etiam totam Italiam, immo & totum mundum, ut per se patet. Et principaliter Sanctam Romanam Ecclesiam. Quia Fratres Beati Francisci per univcrsum fusi sunt. Ergo bene & convenienter descripsit locum a dictis fluminibus. Et hoc dicto fecit, *poi che*

Predicò Cristo, e gli altri che 'l seguivo,

scilicet, Apostolos, Martyres, & alios Sanctos Christianos:

Ne la presenza del Soldan superba; quia non extimuit conspectum Soldani superbi, quem tot nationes timent & reverentur. Ad cuius praesentiam itur cum tanta subiectione & reverentia, quod pluries homo se inclinatur ad terram, & illum adorat, secundum veterem morem Regum Assyriorum. Et

Redissi - - - - -

supple, & postquam rediit:

- - - - *al frutto de l' Italica erba.*

idest, in Italiam omnium bonorum fertilem, ubi suum semen fructificavit:

E per trovare a conversione acerba

Troppo la gente, - - - - -

idest, nimis induratum antiquitate temporis & obstinatum, ita quod ultra non poterat prodesse in tali terra

- - - - *e per non stare indarno.*

idest, ne perderet operas suas frustra, quia labor est irritus.

Quando a colui - - - - -

Haec ultimo Thomas describit dispositionem ultimae voluntatis Beati Francisci, & dicit, quod reliquit Fratres suos heredes in divite substantia, scilicet in Paupertate. Dicit ergo: Et ille Franciscus

A *Raccomandò la sua Donna più cara* scilicet, dominam Paupertatem,

A i Frati suoi - - - - -

scilicet, Minoribus:

- - - - *si come a giuste erede.*

Et vide, quod de Jure Civili homo potest repudiare hereditatem, si sit sibi damnosa. Ideo Fratres Minores repudiaverunt ipsam Paupertatem tamquam sibi damnosam:

B

E comandò, che l' amassero a fede.

idest, fideliter, non sophisticè. Quia parum prodest non tangere pecuniam manu, & illam animo appetere. Et hoc fecit tempore mortis. Unde dicit:

Quando a colui, - - - - -

scilicet, Deo:

C

- - - - *ch' a tanto ben sortillo,*

idest, qui praedestinavit eum ad summum bonum:

Piacque di travlo suso a la mercede, scilicet, in Coelum ad meritum vel ad praemium:

Che meritò nel suo farsi pusillo.

idest, in faciendo se tam parvulum per humilitatem.

D

E del suo grembo l' anima preclara

Mover si volle,

supple, & quando anima gloriosa Beati Francisci si volle movere del suo grembo, idest de corpore, in quo stabat ipsa anima.

- - - - *tornando al suo regno:*

scilicet, coeleste. Nec ordinavit corpori altum vel sumtuosum tumulum.

E

Unde dicit:

E al suo corpo non volle altra bara.

Idest, feretrum aliud, quo corpora portantur ad sepulcrum, nisi suam Dominam; quasi dicat: noluit aliam sepulturam nisi Coelum, quo regitur, qui non habet urnam, ut ait Lucas. Ad quod sciendum, quod Beatus Franciscus in extremis interrogatus a Fratribus suis, ubi volebat sepe-

sepeliri, respondit: *ad Carnarium*. Erat autem Carnarium, ubi sepeliebantur corpora damnatorum extra Assisium. Et ibi sepultum fuit Corpus Beati Francisci. Ubi postea facta fuit magna & sumtuosa Ecclesia, quae hodie ab Italicis pro tanto Corpore visitatur & celeberrime veneratur, & locus ille reductus est intra ambitum murorum Civitatis.

Pensa ora mai - - - - -

Heic Beatus Thomas de Aquino percursâ breviter vitâ Beati Francisci, quae faciebat ad declarationem dubii, nunc respondet ad solutionem quaestionis, ostendens, *quomodo bene impinguatur in Ordine Beati Francisci, nisi vacetur vanitati*. Et primo concludit, quomodo Beatus Franciscus habuit bonum socium ad dirigendam Ecclesiam Dei, dicens: *Pensa ora mai* his de Beato Francisco auditis, in quo fuit tanta perfectio:

- - - - *qual fu colui*, - - - -
scilicet, Dominicus,
- - - - *che degno*

Collega fu - - - - -
idest, socius in officio dirigendi Ecclesiam Dei. Unde dicit:

- - - - *a mantener la barca*
Di Pietro - - - - -
idest, ad praeservandam Ecclesiam militantem a tempestatibus, ne succumberet:

- - - - *in alto mar* - - - -
idest, in mundo isto procelloso:
- - - - *per dritto segno*.

Praeostendendo felicitatis portum, ad quem navigat navicula Petri. Et subdit specificans istum Collegam:

E questi fu il nostro Patriarca, scilicet, Dominicus, quem vocat Patriarcham, idest principem multorum patrum:

Ma il suo peculio - - - - -
Heic Thomas sumta occasione ex praedictis, reprehendit Fratres suos,

qui non recte sequuntur ipsum Dominicum Pastorem suum; dicens: *Ma il suo peculio*, idest, grex ipsius Beati Dominici

- - - - *di nuova vitanda*
E' fatto ghiotto,

Ista litera potest intelligi simpliciter pro ut sonat, scilicet quod ubi Fratres Praedicatores solebant impinguari bene pro anima, nunc quaerunt impinguari pro corpore; & sunt avidi novi cibi, puta carniû, quas comedere prohibentur; quia *nitimur in vetitum*. Et potest intelligi allegorice, scilicet, quod quaerunt novum victum, puta praelationes, dignitates, & honores, & talia. Ideo sequitur:

- - - - *si ch' esser non puote*,
Che per diversi salti non si spanda.

Idest, quin dispergatur grex per diversa pascua, scilicet delectabilia loca, per quae vagantur saepe greges libenter, & sic perduntur, & a lupis saepius devorantur. Est enim saltus locus herbosus & montuosus, sicut saepe patet apud antiquos auctores. Unde subdit:

E quanto le sue pecore rimote, idest, Fratres sui:
E vagabonde più da esso vanno; hoc est, quanto errant & elongantur ab isto pastore Dominico, & sic perduntur, & a lupis devorantur:

Più roman' a l'ovile di latte vote.
Idest, dulci doctrina; quia deberent alere alios & cibare: *a l'ovile*, idest ad stabulum, scilicet ad Monasterium.

Ben son di quelle - - - - -
Heic Thomas ostendit, quod adhuc aliqui sunt boni Fratres in Ordine suo, sed satis pauci, unde dicit: *Ben son di quelle*, scilicet, de pecudibus, hoc est de ipsis Fratribus;
- - - - *che temono 'l danno*,

qui

qui scilicet timent insultum, vel infidias luporum:

E stringonsi al Pastor; - - - -
non deviantes. Et subdit:

*- - - - ma son s'è poche,
Che le cappe fornisce poco panno.*

Ad Cant. XII. Vers. 31.

E cominciò. L'amor, che mi fa bella,
Heic Auctor ponit orationem illius spiritus. Ad quod est praesciendum, quod iste erat spiritus Bonaventurae de Balneo Regio, de Ordine Minorum, qui fuit Magister in sacra Theologia. Et primo aperit intentionem suam, ostendens, quid moveat eum ad loquendum. Dicit ergo: *L'amor,* scilicet, Caritas, *che mi fa bella,* quia fecit me beatam in conspectu Dei:

*Mi tragge a ragionar de l'altro
Duca,*

ideft, allicit me ad describendam & laudandam vitam Beati Dominici:

Per cui del mio s'è bene si favella.

Idest, gratiâ cujus Dominici Thomas de Aquino tam bene loquutus fuit de Francisco Duce meo in praecedenti proximo Capitulo paulo ante. Et assignat causam dicti sui, dicens:

*Degno è, che dov'è l'un, l'altro
s'induca,*

scilicet, Dominicus:

S'è che - - - - -

Così la gloria loro insieme luca;

ideft, luceat simul:

- - - - com'elli ad una militaro.

Idest, simul tempore pugnaverunt in servitium Dei. Et heic nota, quod Auctor prudenter & caute inducit unum Fratrem Minorem, qui laudet vitam Beati Dominici, & vituperet vitam suorum Fratrum Minorum, ut sic ejus narratio plus habeat fidei & veritatis.

L'esercito di Cristo, - - - - -

Tom. III.

A Heic Bonaventura descripturus vitam Beati Dominici, incipit parum a longe, ostendens, quomodo Deus pie providit Ecclesiae suae de his duobus Principibus, scilicet Francisco, & Dominico. Dicit ergo: *L'esercito di Cristo,* idest, Ecclesia Dei militans, quam meritò exercitum vocat, quia continuo bellum habet contra vitia, & contra haereses. Ergo iste exercitus exigebat duos Duces, unum contra vitia, & hic fuit Franciscus; & sic Franciscum ejus Ducem; alterum contra haereses, scilicet Dominicum, ut statim dicitur paulo infra. Et dicit:

- - - - - Che s'è caro

Così - - - - -

C scilicet, pretio sanguinis Jesu Christi:

- - - - - a viarmar - - - - -

quia scilicet exarmatus fuerat a Diabolo virtute sua, unde erat inermis & impar hosti:

- - - - - dietro a l'infegna

Si movea tardo, sospetoso, e raro.

Quia pauci erant & suspecti & debiles, qui militarent in exercitu isto. Quia, ut dictum est in praecedenti Capitulo, satis defecerant valentes Sacerdotes, & Religiosi, tempore quo fundati sunt isti duo nobillimi Ordines.

E com'è detto, a sua Sposa socorse,

ideft, Ecclesiae Christi:

Con due Campioni; - - - - -

E scilicet, Francisco & Dominico;

- - - - - al cui far, al cui dire,

ideft, ad quorum pugilum facta & dicta:

Lo Popol disviato - - - - -

ideft, Populus Christianus, qui devierat a Virtute & Fide:

- - - - - si raccorse.

Idest, emendavit se, & rediit ad rectam viam Virtutis & Fidei. Quia

A a a

multi

multi conversi sunt, mirantes istos Ordines, & alios converterunt. Et dicit: *E com'è detto*, scilicet in Cant. proxime praecedenti, ubi posita est eadem sententia.

In quella parte, - - - - -

Heic Bonaventura accedit ad describendam Vitam Beati Dominici. Et primo describit locum suae originis a Regno, a Rege, a plaga, a vento. Ad cujus evidentiam est praesciendum, quod iste Dominicus fuit oriundus de Hispania, de Regno Castellae, de Civitate, quae dicitur Uxama, de Villa illius, quae dicitur Calagura. Dicit ergo:

Siede la fortunata Callaroga,

Villa Uxamana, verè fortunata, quia peperit talem alumnum, tam fortem pugilem. Calaroga interpretatur bonae deprecatio. Nam καλὴ Graece, Latine *Bonum*, & *Rogo*, idest, precor. Et heic nota, quod * Calagora est Civitas in Hispania. *Siede*, idest, situata est, *in quella parte*, scilicet in plaga occidentali, ubi est Hispania:

- - - - ove surge ad aprire

Zefiro dolce - - - - -

qui est ventus inter Ponentem, & Garbinum, lactus & suavis. Et subdit, quod dicta Terra descripta sedet sub protectione Regis Castellae, quem describit ab Armatura sua. Unde dicit:

Sotto la protezion - - - - -

idest, defensione & gubernatione:

- - - - del grande Scudo,

idest, magni Regis Castellae:

In che soggiace il Leone e soggioga.

Idest, in quo Scuto Leo est superior & inferior. Est enim Scutum divisum in quatuor quarteria. In uno superior est unus Leo; & unum Castellum in alio. In tertio inferiori sub Leone est unum Castellum. In alio inferiori unus Leo sub Castello.

Dentro vi nacque - - - - -

Heic Bonaventura descripto loco originis Dominici, nunc describit ipsum a virtute sua, dicens:

- - - - l' amoroso drudo,

idest, Dominicus, totus accensus amore Caritatis, *vi nacque dentro*, scilicet, in illa Calaroga. Ille, dico:

De la Fede Cristiana il Santo Aleta,

idest, pugil. Fuit enim fortis pugillator Fidei, tamquam Hispanus, qui sunt naturaliter bellicosi, & ad labores, & ad incommoda duri. Unde dicit:

Benigno a' suoi, - - - - -

scilicet, veris Christianis:

- - - - & a' nemici crudo.

Scilicet, haereticis:

E come fu creata - - - - -

Heic Bonaventura describit prima incunabula virtutis Dominici, quae per praesagium ostensa fuit, antequam nata esset. Unde dicit:

E come fu creata, fu repleta

Si la sua mente di viva virtute,

idest, statim, quum anima creata a Deo fuit infusa corpori;

Che ne la madre lei fece Profeta.

Idest, ipsam matrem; quoniam mater ipsius Dominici praegnans ex eo, somnavit se parere Canem, portantem facem in ore, qua inflammabat totum Mundum. Canis siquidem fuit latrando contra haereticos, & facem portavit, idest lucem Scientiae, qua accendit & illuminavit omnes. Vel per faculam ardentem intellige ardentem Caritatem, quam habuit, ut omnia venderet & pauperibus daret, volens se ipsum vendere, dum peccati non haberet, quod daret.

Poi che - - - - -

Heic Bonaventura descripta virtute Dominici per unum praesagium ante nativitatem, nunc describit ipsam post nativitatem per aliud praesagium. Nam Domina, quae tenuit ipsum

ipsum in Baptismo, somniavit, quod Dominicus ipse habebat Stellam in fronte praefulgidam, quae illuminabat totum Mundum. Dicit ergo:

La Donna, che per lui l'assenso diede,
idest, Matrona, quae ipsum de Sacro Fonte levavit, quae consensit pro eo, quando Sacerdos interrogabat: *Vis baptizari?* & ipsa respondebat pro eo: *Volo:*

Vide nel sonno il mirabile frutto
doctrinae, scilicet, & praedicationis:

Ch'uscir dovea di lui e de l'erede.
Idest, de Fratribus Praedicatoribus, inter quos fuerunt multae Stellae fulgidae lucentes in Mundo. Et quae Stellae receperunt lumen a Sole suo, scilicet a Dominico ipso. Et hoc vidit post Baptismum. Unde dicit:

Poichè le sponsalizie - - - -
idest, promissio, quae fit in Baptismo, quam facit ille, qui levat, in persona baptizati. Et Sacerdos tenet locum Fidei:

- - - - *fur compiute*

Al sacro Fonte - - - -
scilicet, Baptismi; in quo datur gratia Spiritus Sancti, & copia Virtutum.

- - - - *intra Lui e la Fede,*
in quo Baptismo ipse & Fides

U' si dotar di mutua salute;
hinc inde, quia Fides fecit Dominicum salvum, & ipse salvavit Fidem, defendendo eam contra Haereticos, & confirmando. Et heic nota, quod in Baptismo contrahitur magnum vinculum inter levantem & levatum, quia iste efficitur pater, & ille filius; & tenetur docere ipsum Fidem & mores Ecclesiae; nec potest contrahere secum affinitatem: Unde levans non potest accipere in uxorem illam, quam de Sacro Fonte levavit, nec tradere eam filio suo.

E perchè fosse - - - -

A | Heic Bonaventura describit Dominicum a nomine proprio, & nominis interpretatione, dicens:

Quinci si mosse spirito - - - -

scilicet, illius Matronae praedictae:

- - - - *a nominarlo,*

idest, ex isto somnio ad nominandum ipsum:

Del possessivo, - - - -

B | scilicet, illius Domini:

- - - - *di cui era tutto,*

Nam Dominicus, Dominica, Dominicum, est nomen possessivum istius nominis *Dominus*. Dicitus est ergo Dominicus, quasi servus Domini, & deputatus ad custodiam Domini gregis. Et ideo dicit:

E perchè fosse, qual'era in costrutto,
idest, in loquela vel nomine talis, supple, *qual'era,* scilicet in re & facto. Et subdit exponens dictum suum:

Domenico fu detto, - - - -
dicit Bonaventura:

- - - - *& io ne parlo*

Sì come de l'agricola, - - - -

idest, bono colono:

- - - - *che Cristo*

D | *Eleffe a l'orto suo,*
scilicet Ecclesiae Christi, quae velut Hortus virens producit diversas herbas, plantas, & arbores diversorum seminum, florum, & fructuum:

- - - - *per ajutarlo.*

quia indiget adjutorio, ut dictum est in principio Capituli.

E | *Ben parve messo,* - - - -

Heic Bonaventura incipit describere vitam Domini. Et primo ostendit per effectum, quod fuit talis, qualis descriptus est, dicens:

Che'l primo amor, che 'n lui fu manifesto.

quasi dicat: primus amor, quem ostendit in infantia ad aliquam rem:

Fu al primo consiglio, che diè Cristo.

quia statim sequutus est primum consilium Christi. Ad quod nota, quod quatuor sunt Consilia Domini. Primum Humilitas & Mansuetudo; secundum Castitas; tertium Paupertas; quartum Caritas erga inimicos, & persecutores nostros. Modo heic loquitur de primo, quod indicat litera sequens. Unde subdit: ipse Dominicus

Spesse fiato su tacito e desto

Trovato in terra da la sua Nutrice; scilicet, sine planctu, quia scilicet non ceciderat casualiter, sicut saepe solet accidere infantibus: *e desto*, idest, vigil, non dormiens, sicut aliquando pueri inveniuntur. Et dicit:

Come diceffe: Io son venuto a questo. scilicet, ad istum statum Humilitatis. Velut si diceret sibi ipse Dominicus: *Terra es, & in terram revertis.*

O padre suo - - - - -

Heic Auctor considerans mirabilia initia operum Domini, exclamat cum admiratione ad parentes, quibus datum est Dominicum talem filium generare, dicens:

O padre suo veramente Felice!

quia vocatus est Felix nomine. Et fuit verè felix non solum nomine, sed & re, non fortuità felicitate terrena, sed verà & aeternâ.

O madre sua veramente Giovanna!

non nomine, sed re. Johanna enim interpretatur grâtia plena. Ideo dicit:

Se interpretata val come si dice.

Et subdit:

Non per lo Mondo - - - - -

Heic Bonaventura describit studium Domini, quod fecit ad finem verae felicitatis aeternae, & non ad finem divitiarum, honoris, potentiae, & gloriae, & voluptatis: quod communiter sequuntur homines, sicut egregie probat Aristoteles Libro E-

A thicorum, & Boëtius Libro de Consolatione. Dicit ergo: & ille Dominicus

- - - - gran Dottor si feo,

idest, factus est in sacra Theologia:

In picciol tempo - - - - -

per hoc, quod ipse Dominicus habuit scientiam infusam a Deo. Nam magnus Doctor non potest quis esse, nisi in magno tempore, ut dictum est in Capitul. hujus Paradisi. Et verè fuit magnus Magister:

Tal che si mise a circuir la Vigna, scilicet, Fidem Catholicam, quae infra dicitur Hortus:

Che tosto imbianca, - - - - -

idest, arescit, quod ex viridi efficitur alba:

- - - - - se 'i Vignajo è reo.

C idest, si homo est pravus. Et hoc fecit non ad finem divitiarum vel honoris. Unde dicit:

Non per lo Mondo, - - - - -

idest, non pro felicitate mundana:

- - - - per cui mò s' affanna.

idest, pro quo nunc laboratur:

Dietro ad Ostiense, - - - - -

D per hoc notat Decretalia. Fuit enim Ostiensis quidam Cardinalis, qui ea collegit. Et verè nunc maxima pars Studentium tendit ad Decretales, sicut videmus de facto. Nec mirum, quum multos videamus ignorantes Grammaticam, ut de ceteris Artibus nihil dicam, qui consequuntur maxima beneficia & dignitates, qui sciunt allegare duas Decretales:

- - - - & a Taddeo.

E per hoc notat Medicinalia. Fuit enim Thaddaeus Medicus famosus, conterraneus Auctoris, qui legit & scripsit Bononiae, & vocatus est pliusquam Commentator. Et factus est ditissimus, immo ditavit Hortulanum suum. Vixit autem annis . . . & mortuus est morte repentina, & sepul-

pultus est Bononiae ante Portam Minorum in pulchra & marmorea sepultura. Sed potius per contrarium. Unde dicit:

Ma per amor de la verace manna.
idest verae beatitudinis, qua pascuntur animae Beatorum.

Et a la Sedia ; - - - -

Heic Bonaventura probat per effectum, quod Dominicus non studuerit ad finem lucri vel honoris, quia non petivit a summo Pontifice, postquam factus est magnus Doctor, ea quae communiter petunt alii Sacerdotes & Religiosi, qui petunt Praelaturas, potestatem, & auctoritatem. Nunc expone literam, & construe sic. Et cape primo illud, quod est in principio istius primi Rhythmi; deinde illud, quod est in principio tertii Rhythmi. Et dicas: *Ei non addimandò.*

- - - dispensare o due o tre per sei,
idest, non petivit a Papa posse dispensare quinque pro sex, sicut tota die faciunt permutationes. Vel non petivit ipse dispensari in aliquo, sicut multi impetrant hodie, quod sint absoluti ab Ordine:

Non la fortuna di primo Vacante ;
idest, non petivit Beneficium, quum primo vacaret per mortem habentis, quod est parare materiam & causam hominibus optandi & saepe quaerendi mortem alterius:

Non Decimas, quae sunt Pauperum Dei.

idest, non petivit, posse retinere sibi Decimas in suum vel alterius usum sub aliquo colore, quae deberent potius converti in usum Pauperum. Decimas enim debet unusquisque Sacerdoti suo ex Legis mandato antiquae. Unde dictum est: *Decimas & primitias Deo tuo non tardabis offerre.* Attamen in partibus, ubi non est

A talis consuetudo, non teneatur. Haec & alia similia non petivit Beatus Dominicus *a la Sedia*, scilicet Apostolica:

- - - - che fu già benigna

Più a' poveri giusti, - - - -

scilicet, quàm modò sit; quia nunc est benigna divitibus injustis. Et in hoc commendat Pastores primitivae Ecclesiae, & culpatur modernos. Unde corrigit dictum suum, dicens:

- - - - non per lei.

idest, non culpa ipsius Sedis, quae de se Sancta est, sed culpâ Pastoris. Unde dicit:

Ma per colui, che stede, che traligna.

scilicet, culpâ Papae. Et loquitur de Bonifacio, qui tunc sedebat in Sede Petri injuste. Unde dicit, *che traligna*, idest, degenerat. Sed potius petivit Officium Inquisitionis haereticarum pravitate; unde dicit:

- - - ma contra 'l mondo errante.

supple, petivit:

Licenza di combatter per lo seme.

idest, propter Fidem:

D *Del qual si fascian ventiquattro piante.*

Et heic nota quod aliqui exponunt, immo quasi omnes, idest, XXIV. Libri Biblicae, qui sunt tamquam plantae virentes: *fascian*, idest, informant, & muniunt nos; de quibus figuraliter dictum est in Purgatorio, ubi dixit: *ventiquattro Signori.* Sed licet ista expositio videatur consona,

E non tamen est de mente Auctoris, si quis bene considerat praesentem fictionem. Ideo exponatur melius, & sic: *Del qual ti fascian ventiquattro piante*; idest, cuius seminis Fidei, viginti quatuor floridi Doctores cingunt te. Quia, ut jam patet ex dictis in principio hujus Capituli duae coronae Doctorum circumcingebant Auctorem, quarum unaquae-

naquaeque constabat ex duodecim animabus, sicut Auctor singillatim descripsit primam superiori Capitulo, secundam verò describit in praesenti Capitulo, ut patebit paulo infra. Et dicit: *contra'l mondo errante*, idest contra mundanos in Fide errantes.

Poi con dottrina - - - -

Heic Bonaventura describit operationem virtuosam, & operam efficacem Beati Dominici post impetrationem officii contra Haereticos, dicens. Et Dominicus:

Poi con dottrina, - - - -

ne peccaret ex ignorantia:

- - - - e con volere infeme

idest, propria & spontanea voluntate, non tamquam ab alio missus, vel invitus:

Con l'Officio Apostolico si mosse;

ne videretur temerarius, si auctoritate sua hoc faceret, a simili:

Quasi torrente, ch' alta vena preme.

quasi dicat, vivaciter, & impetuose ad modum torrentis, idest fluvii, quem vena abundans emittit. Unde subdit:

E negli sterpi eretici percosse

L' impeto suo - - - -

idest, in stipites venenosos Haereticorum, quos extirpavit. Et dicit:

- - - - più viciamente quivi,

supple, percussit:

Dove le resistenze eran più grosse.

idest, ubi erant majores Haeretici, vel ratione scientiae, vel potentiae. Non enim fecit, sicut quidam moderni Inquisitores, qui non sunt audaces nec solertes, nisi contra quosdam divites denariis, pauperes amicis, qui non possunt facere magnam resistantiam, & extorquent ab eis pecunias, quibus postea emunt Episcopatum.

Di lui si fecer - - - -

Heic ultimo Bonaventura describit

A professionem Dominici, commendans ejus Ordinem & Fratres. Unde dicit:

Di lui si fecer poi diversi rivi,

idest, post eum sequuti sunt diversi Fratres, tamquam rivi clari a clarissimo fonte Dominici; unde dicit:

Onde l'Orto Catolico si riga;

idest, ex quibus rivis Ecclesia, quam jam supra vocaverat Hortum, irrigatur & foecundatur:

Si che suoi arbuscelli stan più vivi.

idest, fideles Christiani in Fide, quia *Justus ex Fide vivit.*

Se tal fu l'una - - - -

Heic ipse Bonaventura de Balneo Regio, descripta & commendata Vita Beati Dominici, nunc intendit vituperare Vitam Fratrum sui Ordinis, & ex dictis arguit excellentiam Beati Francisci, ut sic habilis defendat Fratres ejus. Dicit ergo concludens:

L' eccellenza de l'altra, - - - -

scilicet, Francisci:

- - - - di cui Tomma

scilicet, de Aquino:

- - - - fu sì cortese,

D quia superius tam alte commendavit Vitam Beati Francisci:

Dinanzi al mio venir - - - -

scilicet, in prima Corona, antequam veniret secunda, in qua nunc ego sum:

Ben ti dovrebbe assai esser palese,

idest, satis deberet esse tibi nota & manifesta:

Se tal fu l'una vota - - - -

scilicet, Dominicus:

- - - - de la biga,

idest, Ecclesiae, quae est currus habens duas rotas, sicut pulcre Auctor finxit supra in Purgatorio:

In che la Santa Chiesa si difese;

& praecipue a domesticis inimicis. Unde dicit:

E vinse in campo la sua civil biga.

quam

quam scilicet habebat cum Haereticis. Et nota, quantum metaphora sit pulchra. Appellat enim civile bellum discordiam Haereticorum, qui sunt de eadem congregatione cum Christianis, & deberent defendere bonum commune Fidei, quod dividunt & lacerant.

Ma l'orbita - - - -

Heic Bonaventura reprehendit Fratres Ordinis dicti Francisci; & dicit, quod dereliquerunt vestigia Francisci, & aliorum priorum Fratrum Sanctorum. Dicit ergo:

Ma l'orbita, - - - -

idest, vestigium rotae:

- - - - *che sè la parte somma*

Di sua circonferenza,

idest, quam orbitam pars extrema circumferentiae fecit. Est enim orbita illud vestigium, quod facit rota in terra:

- - - - *è derelicta.*

quia Fratres Minores non incedant amplius per viam illam antiquam. Et est tantum derelicta illa orbita:

Si ch'è la muffa, dov'era la gromma.

Et heic nota pulcherrimam & propriissimam similitudinem. Gromma enim est solida, sapida, odorifera, & bona, ita quod conservat vinum. Muffa verò est lubrica, insipida, foetida, mala, & inficit omne vinum quantumcumque de se bonum. Ita a simili. In primis Fratribus erat Virtus, quae est verè solida, delectabilis, & bona: quae animum conservat & salvat. In modernis verò est Vitiositas, quae est lubrica, amara, infamis, & mala: quae infirmat & depravat omnem animum, quantumcumque de se sanum & bonum. Est autem Gromma crusta, quae fit in vasis, quae alio nomine dicitur *Tarsum*. Et subdit exponens, & declarans dictum suum.

A *La sua Famiglia*, - - - -

scilicet, Fratrum Minorum, quorum est multitudo maxime numerosa:

- - - - *che si mosse dritta*

Co' piedi a le sue orme, - - - -

quia a principio illi recte imitati sunt vestigia Beati Francisci:

- - - - *è tanto volta;*

idest, mutata; quia sicut creverunt in numero, ita & in novitate:

B *Che quel dinanzi quel dietro gitta.*

idest, Fratres antiqui primi contradicunt modernis sequentibus; quia illi fuerunt pauperes, isti divites; illi humiles, isti superbi; illi macri, isti pingues; & ita de aliis.

E tosto - - - -

Heic Bonaventura considerans vitam suorum Fratrum modernorum, praenuntiat tempestivam deteriorationem ipsorum sub una metaphora pulchra & propria dicens:

E tosto s'avedrà de la vicolta.

idest, de fructu futuro:

De la mala cultura, - - - -

idest, malorum operum:

- - - - *quando il loglio*

D idest, pravus Frater:

Si lagnerà, che l'arca gli sia tolta.

scilicet, pro peiori se, vel quia vacuabitur ipsis. Est enim Lolium fermen malignum, quod suffocat frumentum & bonam herbam. Modo dicit iste, quod horreum vel arca, idest Ecclesia, vel Regula, quae continet & conservat fructus Fratrum Minorum, vacuabitur Lollio, idest malis, & praeparabitur peioribus, & sic ultimo pessimis. Et heic nota, quod Auctor noster circumspicissimus, ex his, quae videbat, conjecturabat finem istorum. Nam de rei veritate isti duo egregii Ordines Praedicatorum & Minorum, quondam duo clarissima mundi lumina, jam satis patiuntur eclipsim, & in declinatione

ne sunt, & habent inter se patenter bella civilia, & domesticas discordias. Et per consequens videntur non diu duraturi. Ideo bene Monachus Sancti Benedicti, dum increparetur a Fratre Minore de ejus lascivia, respondit: *Quando Franciscus habuerit tot annos, quot habet Benedictus, tunc loquaris mihi.*

Ben dico - - - - -

Heic Bonaventura excipit aliquos paucos a dicta depravatione, qui bene servant Regulam, quorum meritis Ordo ipse consistit. Dicit ergo:

Ben dico, chi cercasse a foglio a foglio

Nostro Volume, - - - - -

idest, si quis bene inquireret in Ordine Minorum, qui est maximum volumen Fratrum, ex multis foliis, idest de Fratre ad Fratrem singulatim:

- - - - *ancor troveria carta*

idest, aliquem Fratrem:

* *Il leggerebbe:* - - - - -

idest, legere posset:

- - - - *Io mi son quel, ch'io foglio.*

idest: sum verè Frater Minor antiquus non mutatus, humilis, pauper, discaucus.

Ma non fia - - - - -

Heic Bonaventura damnat in speciali duos Fratres Minores. Et primo Fratrem Johannem de Casali. Ille siquidem nimis stringebat Scripturam Sacram in exponendo. Scrioerat enim super Librum Apocalypsis, ubi fecit infructuosissimas expositiones, & multa & magna mala dixit de Ecclesia, sive de Pastoribus Ecclesiae. Propter quod Liber ejus est damnatus & prohibitus saepe in omni Capitulo. Alter fuit Frater Matthaeus de Aquasparta, qui nimis e contra dilatabat Scripturam, nimis elongans se a literalis sensu. Dicit

A ergo: *Ma non fia*, scilicet talis charta, idest Frater

- - - - *da Casal,* - - - -

Est enim Casale Terra satis magna & pulcra, sita supra Padum in Pedemontium. Et vocatur Casale Sancti Evasii.

- - - - - *nè d' Aquasparta,*

B Aquasparta est una Villa in agro Tuderti, unde fuit oriundus praefatus Frater Matthaeus, qui fuit Cardinalis Romanae Ecclesiae, & missus Florentiam a Papa Bonifacio ad tollendas seditiones Blancorum & Nigrorum in MCCC. Qui nihil profecit ibi; immo dimisit Terram ipsam in pejori statu. Ideo forte Auctor recordatus est ejus; unde dicit:

Là onde - - - - -

idest, a quibus Terris Casalis & Aquaspartae:

- - - *vengon tali a la Scrittura;*

scilicet, Fratres Minores ad exponendam Scripturam Sacram. Aliqui tamen exponunt de Scriptura Regulae Minorum. Sed prior expositio melior est:

Ch' uno la fugge, - - - - -

idest, ille de Aquasparta:

- - - - *e l'altro la coarta.*

Scilicet, ille de Casali:

Io son la vita - - - - -

D Heic dictus Bonaventura describit se & socios illius secundae coronae. Et primo describit se a nomine, loco, & dignitate, dicens: *Io son la vita*, idest, anima;

- - - - *di Bonaventura.*

Et est nomen consequens rei. Nam fuit bene fortunatus, & vere felix:

Da Bagnoregio; - - - - -

Balneum Regium est una parvula Villula apud Urbem Veterem, unde fuit dictus Bonaventura. Et dicit:

- - - - *che ne' grandi officii*

quia

quia fuit primo Generalis Ordinis Minorum, deinde factus fuit Cardinalis * invictus. Et tamen numquam dimisit studium speculationis Sacrarum Scripturarum; immo multa & pulcra scripsit in sacra Theologia, quia magnus Doctor fuit:

Sempre posposti la sinistra cura.

Idest, curam temporalium, quae ducit ad mortem. Unde per Infernum semper itur ad sinistram, sicut patuit in Libro primo per totum. Dextera vero ducit ad vitam; unde per Purgatorium semper itur ad Coelum ad dexteram. Aliqui tamen per curam dexteram & sinistram intelligunt vitam contemplativam & activam.

Illuminato, - - - - -

Heic Bonaventura nominat alios duos socios, dicens:

Illuminato & Agostin son quinci.

Isti fuerunt de primis imitatoribus Beati Francisci; unde dicit:

Che fur de' primi scalzi poverelli,

Che nel capestro a Dio si fero amici.

Idest, in habitu Beati Francisci, cujus Fratres portant chordam cinctam. Sed heic oritur dubitatio. Quum istae coronae consistant ex claris Doctoribus, viris magnae scientiae & sapientiae, quomodo isti duo Fratres, qui fuerunt homines ignorantes, reponuntur inter istos literatissimos? Ad solutionem hujus dubitationis est notandum, quod Auctor fecit pulcherrimam fictionem. Nam ponit & repraesentat animas istorum Doctorum scientificorum in figura Stellarum lucentissimarum, quia qui erudiunt alios ad justitiam, *velut Stellae fulgebunt in Regno Dei*, ut ait Propheta. Modò ad propositum. Praedicti Fratres licet non erudierint fortè vel doctrinà, vel scripturà, tamen opere & exemplo bene aedifi-

Tom. III.

A caverunt alios. Ideo de industria facit mentionem de ipsis.

Ugo da Sanvittore - - - - -

Heic Bonaventura describit alium Doctorem, dicens:

Ugo da Sanvittore è qui con elli;

Hic fuit primo Canonicus Regularis, deinde fuit Canonicus in Sancto Victore Parisius, magnus Doctor in sacra Theologia in MGVIII. Et multos & pulcros Libros scripsit. Fuit vir sanctissimae vitae. Unde quum laboraret in extremis, portato sibi Corpore Christi, dixit: *Anima mea vade simul cum Redemptore tuo*. Et continuo ejus spiritus exivit, & Eucharistia exivit de manu Sacerdotis, & visibiliter volavit in coelum cum illa anima beatissima.

E Pietro - - - - -

Heic nominat alium spiritum, dicens:

E Pietro Mangiatore, - - - - -

Iste Petrus Comestor fuit Lombardus, vir magnae scientiae, qui fecit Librum, qui dicitur *Historia Scholastica*, in quo declaravit multa puncta & dubia Sacrae Scripturae. Fecit epitaphium ponendum supra Sepulcrum suum sub hac forma:

„ Petrus sum, quem petra tegit - - &c.

Et subdit:

- - - - e Pietro - - - - -

Heic describit alium spiritum, dicens:

- - - - e Pietro Ispano.

E Hic fuit Frater Praedicator, qui fecit Tractatus in Logica, qui distincti sunt in duodecim Libellis intra partem majorem & minorem. Quod opusculum fuit valde utile novellis introducendis ad Logicam & Artes. Unde dicit:

Il qual giù luce in dodeci Libelli.
scilicet, in mundo:

Natan - - - - -

Heic Bonaventura nominat alium

B b b

spi-

spiritum antiquum de Veteri Testamento, dicens:

Natan Profeta; - - - -

Propheta fuit & princeps Sacerdotum in Hierusalem. Qui tempore Davidis reprehendit ipsum de adulterio, de mandato Dei, de quo scribitur Libro Regum. Fuit iste Natan praedicator, & reprehensor, ut convenit Pastori; unde convicit Davidem caute per exemplum Divitis & Pauperis, ut patebit ibi:

- - - - *il Metropolitanano*

Crisostomo; - - - -

Iste est Johannes, qui interpretatur *Os Aureum*, nam χρυσός Graece, *Aurum* Latine, & σίμα, idest *os*. Dicitus est autem os aureum propter mirabilem ipsius eloquentiam. Fuit iste Chrysothomus Archiepiscopus Constantinopolitanus. Cujus Vita habetur in Historia Tripartita. Primo enim studuit Philosophiae, deinde in Theologia, tempore Honorii & Arcadii Imp. Et promotus fuit a Damaso Papa. Et passus exilium a multis Haereticis, non tacuit veritatem in suis praedicationibus & scripturis. Fuit enim homo multum rigidus.

- - - - & *Anselmo* - - - -

Hic fuit Monachus de Normandia, deinde Archiepiscopus Conturbiae; magnus & subtilis Doctor in Theologia, qui fecit sententias antiquas.

- - - - - *e quel Donato*,

Hic fuit Romanus Grammaticus, qui fecit in Grammatica majorem & minorem editionem, quos Libros Rhemigius Doctor commentavit; & hic fuit Magister Beati Hieronymi. Et quia fuit generaliter utilis, & primo pueris ad scientias introducendis, ideo reponit ipsum inter istos. Unde dicit:

Cl^o a la prim' Arte degnò poner mano: idest, quia dignatus est:

A - - - - *e lucemi dal lato*.

Heic ultimo describit ultimum Dostorem secundae coronae. Et hic fuit Joachim Abbas Monasterii Florentis in Calabria. Scripsit multa, & praecipue super Prophetas, declarando Prophetias & ventura tempora. Unde dicit:

Il Calavrese Abate Giovachino

Di spirito profetico dotato.

Multa siquidem prophetasse vera videtur in Libro, quem dicitur fecisse de Pontificibus, in quo effigavit mirabiliter unumquemque in diversa forma & figura, ut saepe notavi:

Ad invaggiar - - - -

Heic Bonaventura claudens Capitulum, ostendit, qualiter fuerit motus ad commendationem Dominici; unde dicit:

Mi mosse l' infiammata cortesia

Di Fra Tommaso, e' l' discreto Latino;

Magna commendatio, quam fecit Thomas de Aquino eloquenter & discrete & curialiter de Beato Francisco, *mi mosse*

Ad invaggiar cotanto Paladino,

idest, ad invidendum Dominico, qui fuit tam fortis pugil Fidei, idest ad sequendum ex aemulatione virtutis in bona parte. Et subdit concludens:

E mosse meco questa compagnia.

Idest, induxit etiam omnes, quos tu vidisti, & nominari audivisti in secunda corona.

Ad Cant. XV. Vers. 88.

O fronda mia, in che io compiaccemmi,

Heic Dominus Cacciaguida se pro palat, & mutationem suae Civitatis Florentiae. Et primo Auctor ponit responsum illius ad petitionem suam, describentis se a principio cognationis. Unde dicit Auctor sic: ille Cacciaguida

Cotal principio rispondendo femmi.

O fronda mia, - - - -

idest, o fili mi, qui ex meo genere descendisti, sicut planta virens ex arbore vetusta. Et dicit:

- - - - in che io compiacemmi,

Uritur verbis Evangelii, in quibus Deus Pater dixit de Filio suo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui:*

Pur' aspettando; - - - -

scilicet, adventum tuum ad Coelum:

- - - - io fui la tua radice,

idest, primus de stirpe tua, cujus ego sum stirps.

Poscia mi disse: - - - -

Heic Auctor ostendit, quomodo dictus spiritus descripsit genealogiam suam per gradus consanguineitatis, ut ostenderet quomodo erat antecessor primus ejusdem. Ad cujus profapiae seriem ordinatius cognoscendam est praesciendum, quod iste Dominus Cacciaguida habuit unum filium nomine Aldigherium ex uxore sua. Nunc ad literam. Dicit Auctor: Et ille Cacciaguida *poi cominciò*, supple, dicere; & manifestato stirpite, coepit manifestare plantas, sive ramos, qui descenderant ab illo. Et primò incipit a filio suo, a quo facta est denominatio totius cognationis Auctoris. Et dicit:

- - - - Quel, da cui si dice

Tua cognazion - - - -

idest, a quo denominatur tua profapia Aldigheriorum; qui fuit homo elati animi, sicut communiter sunt viri nobiles. Unde dicit:

- - - - che cento anni e piùe

Giato hu' l' monte in la prima cornice;

scilicet, montem Purgatorii, in quo puniuntur superbi, portando saxa gravissima in cervice, circumeundo montem, inclinati ad terram propter pon-

A deris gravitatem; jam sunt plures centum anni, ex quibus mortuus est, & punitus propter vitium superbiae:

Mio figlio fu, - - - -

vocatus Aldigherius, ut jam dictum est:

- - - - e tuo bisavo sue;

idest, Proavus. Et heic nota, quod eodem nomine vocatus est pater Auctoris. Fuit enim Dominus Aldigherius Jurisperitus. Et subdit:

Ben si convien, che la lunga fatica

Tu gli raccorci - - - -

idest, abbrevies laboriosam & longam poenam, quam luit jam ultra centum annos. Laboriosum enim est saxum ingens portare jam tempore tanto. Et dicit:

- - - - con l' opere tue,

C puta, orationibus, vel elemosynis, vel jejuniis, & aliis, quae sunt in suffragium animarum defunctorum. Et per hoc nota, quod ipsa anima beata non potest breviare tempus poenae filii, immo est opus auxilio hominum, qui sint in prima vita.

Fiorenza - - - -

D Heic Cacciaguida intendit mutationem morum suae Civitatis. Et ut cautius reprehendat Florentinos, praemittit honestum & tranquillum statum suorum Concivium, in quo ipse natus est. Ad cujus evidentiam est praenotandum, quod in MCLIV. Civitas Florentiae erat minor, quam modò sit, duabus fere partibus, sicut apparet ex veteribus muris. Et habitata erat a gente non tam malivola & sagace, sicut modò. Contentabatur modico. Non discurrebat per mundum, reportando domum diversos mores, consuetudines, & foggias in vestibus, cibus, & omni modo vivendi, ut statim patebit. Nunc ad literam. Dicit iste Dominus Cacciaguida:

B b b 2

Fio-

Firenza - - - - -

Si stava in pace - - - - -

ubi nunc habet bellum, scilicet civile:

- - - - *sobria*, - - - -

scilicet, in victu, ubi modò est intemperans:

- - - - *e pudica*,

scilicet, in vita & honestate, ubi modò est impudica, lubrica, & inhonesta:

- - - - *dentro la cerchia antica*,

idest, intra moenia sua prima. Habet enim Florentia tres circulos: unum interiorem altero; secundum quod fuit diversis temporibus ampliata; sicut & Bononia, & Padua. Modò in inferiori circulo est Abbatia Monasterii Sancti Benedicti, cujus Ecclesia dicitur Sanctus Stephanus, ubi certius & ordinatius pulsabantur horae quàm in aliqua alia Ecclesia Civitatis. Quae tamen hodie est satis inordinata & neglecta, ut vidi, dum audirem Praeceptorem meum Boccacium de Certaldo, legentem istum nobilem Poëtam in praedicta Ecclesia. Ideo dicit:

Ona' ella - - - - -

idest, a quo circulo interiori praedicta ipsa Florentia

- - - - - *toglie ancora e Terza e*

Nona,

& sic de aliis horis.

Non avea - - - - -

Haec Cacciaguida incipit enarrare depravationem morum modernorum Florentiae percurrens vanos gestus mulierum suarum, dicens: Ipsa Florentia tempore meo

Non avea catenella,

Quia tunc Dominae Florentinae non portabant jocalia, monilia, & talia, circa pectus & brachia, sicut modò. Et hoc etiam fit alibi:

- - - - *non corona*.

A Non videbantur tunc Florentiae Reginae, sicut nunc ibi, & alibi. Nec istud novum. Nam Lucanus idem dicit de corona Romanarum:

Non donne contigiate, - - - -

quia non portabant calceamenta contestiata, more vilium feminarum, sicut nunc; sed hodie portant punctas ad calceos: quod turpitas:

- - - - *non cintura*,

B argenteam aureatam sicut nunc. Sed certe hodie portant cincturam ex margaritis sive perlis contextis:

Che fosse a veder più che la persona. idest, plusquam personae dignitatem, quasi dicat, ultra decentiam status & conditionis earum. Quia tunc Fornariae non portabant perlas in calceis, sicut modò ibi faciunt, & Venetiis, & Januae.

Non faceva nascendo - - - -

C Haec Cacciaguida descripto superfluo ornatu mulierum Florentinarum, nunc describit nimium sumtum dotium earumdem. Et dicit quod pater non sollicitabatur circa filiam nascentem, quia non maritabatur tunc tam citò, nec dabantur tam magnae dotes, sicut nunc; Unde dicit:

- - - - *ancor pouva*

La figlia al padre, - - - - -

quia quidquid pater habet, vadit in dotem filiae. Et reddit rationem dicens:

- - - - *che 'l tempo e la dote*

Non fuggian quinci e quindi la misura.

E Si vis bene intelligere istam literam, quae communiter est male intellecta, oportet, quod reddas singula singulis, & sic construas: *che 'l tempo non fuggia la misura quinci*; idest aetas puellae non fugiebat mensuram ex una parte, sicut nunc; nam puellae solebant nubere in vigesimo vel vigesimo quinto anno. Nunc verò duodecimo

decimo vel quintodecimo. Similiter e la dote non sugga la misura quindi, idest ex alia parte, sicut nunc. Et heic nota, quod Licurgus fecit Legem, ut feminae nubere sine dote. Attamen secundum jura Civilia & Canonica melius est, quod dos detur. Quia solebat unus praedives Civis dare filiae suae in dotem CC. vel CCC. Aureos. Nunc autem dat MM. & MD. Et heic nota, quod licet dos detur feminae propter onera matrimonii sustentanda, tamen superflua dos non laudatur, quae depauperat domum.

Non avea - - - - -

Heic Cacciaguida describit luxum Florentinorum in amplitudine stantiarum, & mollitie supellestium, dicens: Et Florentia tempore meo

Non avea case di famiglia vote,

Exponunt aliqui, quia nondum tunc erant factae expulsiones Partium, quae postea factae sunt saepe. Et recenter erant factae tempore illo. Sed ista expositio, licet videatur consona, non est tamen vera. Quia licet factae essent istae expulsiones, tamen ita germinaverat Florentiae semen, quod Florentia erat decuplo plus repleta gentibus isto tempore, in quo loquitur, quam tempore ipsius Cacciaguidae, sicut ipsemet dicit in sequenti Capitulo. Ideo exponatur, & verius, quod hoc dicit, quia tempore suo stabant duae & tres familiae in una angusta domo. Nunc autem e contra unus Florentinus cum uxore & duobus filiis tenet Palatium amplum, in quo commode starent decem familiae. Et subdit mollitiem camerarum superfluam per exemplum Sardanapali. Ad literam ergo dicit:

Non v'era giunto ancor Sardanapalo,
idest, nondum pervenerat Florentiam mollities Sardanapali;

A *A mostrar cid, che'n camera si puote.*
Nam Sardanapalus fuit studiosissimus circa muliebres mollietates invenendas. Fuit enim primus, qui invenit usum culcitrae & plumarum. Modò ad propositum vult dicere Cacciaguida, quod tempore suo non erant Florentiae illa ornamenta & praeparamenta Camerarum, quae sunt modò. Nam non credo, quod sint in mundo camerae tam deliciosae & superfluitatis plenae, quam Florentiae. Unaquaeque enim videtur camera Reginae. Et omnia ista instrumenta sunt ad libidinem incitamenta.

Non era vinto - - - - -

B
C
D
Heic Cacciaguida describit ambitum Florentiae in sumtuositate altissimorum aedificiorum. Et ad intelligentiam hujus literae est breviter praenotandum, quod sententialiter vult dicere, quod tempore suo alta palatia & moenia Florentinorum nondum superabant aedificia Romae. Hoc autem indicat per duos montes, quorum unus ostendit Urbem Romam a longe, alter Civitatem Florentiae, dicens: *Monte Malo*. Hic est Mons extra Urbem in Via, per quam ducebantur olim triumphus, ex quo monte prius videtur Roma tota:

Non era vinto ancora Monte Malo

Dal nostro Uccellatojo - - -

E
Est autem Uccellatorius mons extra Florentiam distans per V. milliaria, in via, quae ducit Bononiam & Romandiolam. De quo monte euntibus Florentiam primo apparet ipsa Civitas. Vult ergo dicere, quod Mons Florentinus nunc vincit Montem Romanum, quia scilicet Mons Uccellatorius ostendit sub se majora moenia Florentiae, quam Mons Malus moenia Romae. Est tamen Mons Uccellatorius sterilis, aridus, & silvestris; sed Mons Malus est fertilis, viri-

viridis, & domesticus. Postea prae-
nuntiat ruinam & destructionem aedificiorum Florentiae, dicens:

----- *che* -----

idest, qui Mons Malus.

----- *come è vinto* -----

Nel montar su, così farà nel calo.

idest, in declinatione & lapsu aedificiorum ab ipso Uccellatorio: *come è vinto nel montar su*, idest, in exaltatione. Vult dicere, quod sicut Mons Malus vincitur nunc ab Uccellatorio, quia ostendit majora aedificia Florentiae, quàm Mons Malus Romae: ita in brevi vincetur ab eo in ruina, quia scilicet cito veniet tempus, in quo Mons Uccellatorius ostendet majores ruinas domorum intra Florentiam, quàm nunc Mons Malus ostendat intra Urbem Romam, in qua tamen sunt maximae & multae ruinae. Et nota, quod Auctor loquitur hyperbolice, mordaciter increpans superfluitates Florentinorum, quia in rei veritate aedificia Florentiae non sunt similia Romanis, nec per consequens poterunt esse ruinae similes. Sed ecce omnia faciunt cursum suum. Ubi nunc Babylonia superba? Troja magna? Roma potens?

Bellincion Berti -----

Heic Cacciaguida laudat antiquum habitum honestorum vestimentorum, nominans aliquot Cives bonos & graves. Unde dicit:

Bellincion Berti vid' io

Iste fuit Nobilis Miles, & bene moratus de Ravignanis, de quibus dicitur plenius in Cant. sequenti:

----- *andar cinto* -----

Di cuojo e d'osso; -----

quia gestabat cincturam ex simplici corio cum fibulis & ornamentis ossis; non de serico, vel argento, aut auratam, gemmatam, smaltatam, sicut nunc. Et subdit:

A ----- *e venir da lo speccchio*

La donna sua senza 'l viso dipinto.
scilicet, uxorem dicti Militis sine fac e fucata, immo inquinata:

E vidi quel de' Nerli, -----

Nobilis Civis de Nerlis, de quo dicitur Cap. II.

----- *e quel del Vecchio,*

B alius bonus Popularis, pure vivens sine pompa vana vestium:

Esser contenti a la pelle scoperta,
quia scilicet portabant clamydes de Camossa, sola pelle, sine aliquo panno. Et dicit:

E le sue donne al fuso & al pennecchio:

C idest, & vidi uxores eorum contentas fuso & pensa; quod hodie non faciunt Florentiae; immo vacant fuso, non fuso. De quarum cultu videas, quod scriptum est in Purgatorio, si scire velis.

O fortunate, -----

D Heic Cacciaguida volens damnare discurtum Florentinorum, qui hodie discurrunt per totum mundum, cupiditate sola ducti, commendat illud tempus, tamquam felix, & vituperat tempus praesens tamquam infelicissimum. Unde exclamat: *o fortunate!* dico scilicet illas fortunatas, quamvis pauperes habitu; quod statim probat per effectum, dicens:

----- *e ciascuna era certa*

De la sua sepultura; -----

E quam unaquaeque exspectabat in patria sua inter parentes, consanguineos, & notos. Et ostendit quomodo, dicens:

----- *& ancor nulla*

scilicet, mulier Florentina:

Era per Francia nel letto deserta.

Quia nondum erat derelicta a viro, remanens sola & frigida in lecto. Et dicit: *per Francia*, quia scilicet viri earum nondum discurrebant per mun-

mundum, quia Florentini non ibant in Franciam, Flandriam, Angliam, Brabantiam, sicut nunc. Quasi dicat: quum Florentini nunc generaliter peregrinentur per totum, & stent diu extra patriam, & aliquando per totum tempus vitae, si uxores eorum sequuntur eos, moriuntur in aliena patria infeliciter saepe, quum dicatur proverbialiter: *Alienà terrà bene vivis, sed male obis*. Si verò non sequuntur, remanent viduae, viros habendo, & sic utrobique sunt infortunatae. Ergo bene illae antiquae erant fortunatae. Aliqui tamen exponunt: *e nulla eva diserta*, scilicet a viro suo mortuo per *Francia*, idest, pro Lilio, Armatura Regum Francorum. Quasi dicat: non pro partialitate. Sed prior expositio est melior, licet utraque sit vera in se.

L' una veggbiava. - - - - -

Haec Cacciaguida describit honestas sollicitudines, & convenientes occupationes antiquarum, quae vacabant circa curam filiorum, & rei familiaris: dicens: *l' una*, scilicet, mulier: - - - *veggbiava a studio della culla*. Scilicet, filiorum vagientium in cubiculo. Et dicit:

E consolando usava l' idioma, scilicet, maternum linguagium, scilicet, *la Nina Nanna*, consolando ipsos infantulos evigilantes:

L' altra trãendo a la rocca la chioma, idest, trahens filum a colo, quasi dicat, filando:

Favoleggiava con la sua famiglia, idest, confabulabatur cum suis:

Di Trojani, di Fiesole, e di Roma; dicentes, quod istae fuerunt tres nobiles Civitates in mundo. Et de duabus quidem verum dicere poterant. De tertia autem, scilicet Faesulana, recte fabulabantur, quia ista numquam fuit alicujus motus.

A *Savia tenuto* - - - - -

Haec ultimo Cacciaguida vult dicere: & ut breviter concludam, pauci pravi viri & mulieres illo tempore fuissent habiti pro miraculo in Civitate, sicut nunc e contra pauci virtuosus haberentur Florentiae. Et nominat duos modernos vitiosos Florentinos, unam feminam, alterum virum. Ad cognitionem primae mulieris est praesciendum, quod ista Cianchella fuit nobilis mulier Florentina de stirpe illorum de la Tofa: quae fuit maritata in Civitate Imolae cuidam Lito de Alidosiis, fratri Domini Alidosii, qui olim abstulit Imolam Bononiae cum Maghinaldo Pagano, ut alibi dictum est. De ista possem multa & vera referre, quae audivi ab optimo patre meo Magno Compagno, qui diu legit tam laudabiliter, quam utiliter juxta domum habitationis dictae Dominae. Ergo quia Auctor ponit istam pro prava muliere, dicam aliquid jocosum de ea. Haec siquidem mulier fuit arrogantissima & intolerabilis. Ibat per domum cum bireto in capite, more Florentinarum, & baculo in manu nunc verberabat famulum, nunc coquum. Accidit ergo semel, quod quum ivisset ad Missam ad locum Fratrum Praedicatorum de Imola, non longe a domo ejus, quidam Frater praedicabat a casu. Et quum nulla Domina affurgeret sibi, ista Cianchella, accensa indignatione & ira, coepit injicere manus atroces nunc in istam, nunc in illam Dominam, lacerando uncrines & tricas, alteri bindas & velaria. Aliquae non patientes, coeperunt reddere sibi vicem suam. Ex quo orto magno strepitu cum clamore in Ecclesia, viri circumstantes & praedicationem audientes, coeperunt

runt omnes fortissime ridere, & ipse Praedicator similiter. Et sic praedicationis fuit soluta, & risu finita. Quid ultra? Haec mulier defuncto viro reversa est Florentiam, & ibi fuit vanissima, & multos habuit procos, & multum lubricae vixit. Unde mortuam ipsam, quidam Religiosus Frater simplex praedicans super funere ejus, dixit, quod invenerat in ista femina unum solum peccatum, scilicet, quod ederat Populum Florentinum. Nunc ad literam. Dicit Cacciaguیدا:

Una Cianghella, - - - - -

idest, una tam prava & vana mulier similis ei:

- - - - - un Lapo Saltarello:

idest, tam temerarius & pravus Civis, sicut fuit Dominus Lapus de Saltarellis de Florentia. Iste siquidem fuit Jurista, vir litigiosus, & linguosus, multum infestus Auctori tempore sui exilii.

Savia tenuto allor tal maraviglia.

idest, inter tot temperatos & continentis:

Qualora savia Cincinnato e Corniglia.

Quasi dicat; sicut esset nunc mirabile videre in Florentia inter tot vitiosos unum Civem similem Cincinnato, & unam mulierem similem Corneliae. De Cincinnato dictum est Cant. VI. hujus Paradisi. Fuit enim vir parcissimus, & Reipublicae amantissimus. De cujus laudibus multa scripsit Titus Livius. Dicit enim inter alia, quod vendidit agrum, & renuit dignitatem: quorum omnium contrarium faciunt Florentini. Cornelia autem, de qua haec loquitur Auctor, fuit filia Magni Scipionis Africani, quae vocata est mater Gracchorum, mulier magnanima & pudica. Quae numquam transvolavit ad secundas nuptias, de qua Titus Livius.

A *A così riposato - - - - -*

Haec Cacciaguیدا describit suam natiuitatem, dicens, quod natus est in tam bene composita Civitate & tam felici aetate. Unde dicit:

Maria mi diè chiamata in alte grida,
quasi dicat: Mater mea invocans Mariam altis vocibus, sicut est de more mulierum Christianarum, peperit me Civem:

A così riposato e così bello

Viver di Cittadini,

scilicet, tam civili & ordinato:

- - - - - a così fida

Cittadinanza, - - - - -

quae non fallebat fidem, sicut nunc. Et subdit, describens se a secta, & nomine:

E ne l' antico vostro Battisteo

Insieme fui Cristiano e Cacciaguیدا.

idest, in loco Baptismi vestri, quod olim fuit Templum Martis, sicut jam saepe dictum fuit, & adhuc dicitur:

Moronto fu - - - - -

Haec Cacciaguیدا tangit utramque stirpem Auctoris, scilicet primam Elisiaeorum, & secundam Aldigheriarum, dicens:

Moronto fu mio frate, & Eliseo:

quasi dicat; habui duos fratres, quorum unus vocatus est Morontus, alter Helisiaeus a nomine stirpis. Et dicit:

Mia donna venne a me di Val di Pado;

E idest, a Civitate Ferrariae, quae est in Valle Padi, immo est clausa intra tres ramos Padi, & undique clausa. Et rectus Padi est ramus ibi major. Et dicit:

E quindi il soprano tuo si feo.

Scilicet, Aldigherius, de quo dictum est paulo supra, natus est ab ista Domina, quae fuit de Aldigheriis de Ferraria.

Poi seguitai - - - - -

Heic Cacciaguida describit se ab officio suo, scilicet a dignitate militari. Ad cuius intelligentiam est praesciendum, quod Conradus Romanorum Rex in MCXLVII. cum Ludovico Rege Francorum transivit cum exercitu Christianorum ad recuperandam Terram Sanctam. Inter alios dictus Cacciaguida ivit ad illud passagium. Qui strenuitate sua reddidit se gratum dicto Regi, adeo quod donavit eum honore Militari. Et demum pugnans contra Infideles cecidit in acie. Et heic Auctor sumit occasionem ponendi eum Beatum in Marte; quia fuit fortis pugnator, militavit sub Principe Christiano, pugnavit pro Fide Christiana contra Infideles, & Miles Christi mortuus. Nunc ad literam. Dicit Cacciaguida:

Poi seguitai l'Imperator Carrado;
scilicet, in subsidium Terrae Sanctae:

Et ei mi cinse de la sua Milizia,
idest, fecit me Militem accinctum:

Tanto per ben oprar gli venni a grado.
Scilicet, in exercitio armorum, in auxilium Fidei. Et subdit, contra quos militavit, dicens:

Dietro gli andai incontro a la nequizia,

idest, iniquitatem:

Di quella Legge; - - - - -

scilicet Mahometti, si tamen Lex dici meretur. Et dicit:

- - - - - il cui Popol' usurpa,

scilicet, Saracenus, qui vivit sub Lege Mahometti: *Usurpa*

Per colpa di Pastor vostra giustizia.

Idest, injuste detinet & possidet Terram Sanctam, quae iuste est Christianorum. Et incidenter culpam Papam, qui permittit dictam Terram occupatam conculcari ab Infidelibus, dicens: *per colpa di Pastor*, scilicet,

Tom. III.

A Bonifacii Papae VIII., qui tunc sedebat, sicut jam idem dixit Auctor supra.

Quivi fu' io - - - - -

Heic Cacciaguida tangit suam mortem, dicens: *Quivi*, scilicet, in illa Terra Sancta:

- - - - fu' io da quella gente turpa

Disviluppato - - - - -

B idest, interfectus a Saracenis, quae gens in rei veritate est turpis & tristis:

- - - - dal mondo fallace;

quia fallaciter mentitur felicitatem, quam non habet:

Il cui amor molt' anime deturpa,

C quia inficit & maculat animas de se puras & mundas. Et concludit narrationem & claudit Capitulum, dicens:

E venni dal martirio a questa pace.

Scilicet, necis ad aeternam pacem, ubi nunc fruor palmâ victoriae meae.

Ad Cant. XVI. Vers. 33.

Ma non con questa moderna favella.

D Quia, ut dictum est in Capitulo praecedenti, tempore illius, Florentini Cives non discurrebant per mundum, nec per consequens dimittabant proprium idioma patriae, sicut nunc multi faciunt. Sed certe quidquid dicatur, Florentini, qui hodie peregrinantur, loquuntur multo pulcrius ac ornatius, quam illi, qui numquam recesserunt a limine patriae, quia dimittunt multa vocabula inepta, quae sunt Florentiae, & assumunt alia convenientiora. Vel dicas, quod illa anima beata non utebatur nunc loquelâ humanâ, immo Angelicâ. Et respondet primo secundae petitioni. Et breviter vult dicere, quod ab Incarnatione Domini usque ad Nativitatem suam transiverunt Anni Mille Quinquaginta

E Quatuor: quod dat intelligi per

C c c

cur-

cursum Martis, in cuius Planetâ modò erat.

Ad Vers. 40.

Gli antichi miei - - - -

Heic Cacciaguida respondet primae petitioni, & breviter dicit, quod sui praedecessores, & ipse, habitaverunt in loco antiquissimo Civitatis Florentiae prope Forum Vetus. Describit autem ipsum locum a situ, & a quodam singulari actu ipsius Civitatis. Dicit ergo:

Gli antichi miei, - - - -

idest, majores, scilicet Elisaei:

- - - - & io nacqui nel loco,

scilicet, intra Civitatem Florentiae:

Ove si trova pria l'ultimo Sesto,

idest, Sexterium. Ad quod sciendum, quod Florentia erat olim divisa per Sexteria, idest per sex partes. Nunc verò per Quarteria, sicut & Bononia. Et dicit:

Da quel, che corre il vostro annual gioco.

Idest, ab illis, qui currunt ad Bravium. Ad quod sciendum, quod de more est Florentiae, quod singulis annis in festo Johannis Baptistae currunt equi ad Bravium, in signum festivae laetitiae, sicut & apud plures Civitates Italiae. Et hic est mos antiquissimus tam apud Graecos quàm apud Romanos. Modò ad propositum. Currentes ad Bravium transibant ante domos Elisaeorum in principio ultimi Sexterii, & prope Mercatum Vetus, qui est locus Mercatorum antiquus & famosus Florentiae, sicut Rivus altus Venetiis, & Carrobium Bononiae. Et heic nota, quod apud domos Elisaeorum fuit olim Arcus triumphalis, ad quem rei fugientes habebantur immunes. Tanto privilegio nobilitatis gaudebant ipsi Elisaei.

A

Ad Vers. 46.

Tutti color, ch' a quel tempo eran' ivi,
Heic Cacciaguida describit qualitatem status suae Civitatis. Et est responsio ad tertiam petitionem. Respondet ergo, primo de magnitudine Civitatis, & multitudine Civium tempore suo, & breviter vult dicere, quod in parva Civitate erat tunc parvus Civium numerus. Dicit ergo:

Tutti color, ch' a quel tempo eran' ivi,
scilicet in MCXLIV. in Florentia:

Da portar' arme - - - -

idest, omnes, qui erant tunc armipotentes: Et dicit:

- - - - tra Marte, e' l' Batista;

Aliqui ex ignorantia pervertunt istam literam, dicentes, quod vult dicere a principio Florentiae, quae fundata fuit sub Marte usque ad tempus Christianitatis, quando accepit Johannem Baptistam pro Patrono. Sed istud nihil est dicere. Ideo dicas, quod describit antiquum situm Florentiae, dicens: *Tra Marte*, idest, inter Pontem Veterem, in cuius capite erat Statua Martis, ut dictum est in Inferno, & alibi saepe, & iterum dicitur paulo infra in praesenti Capitulo, *e' l' Batista*, idest, Ecclesiam Johannis Baptistae, quae fuit olim Templum Martis. Et per hos confines datur intelligi totum situm veteris Civitatis. Et sic vide, quod Florentia non erat tunc habitata ultra Arnum, sicut nunc. Erat autem apud dictam Ecclesiam Baptismalem Porta, quae dicitur de Episcopo, & ab inde foris erat Burgum Sancti Laurentii, & claudcbant moenia ad Portam Sanctae Mariae versùs viam regalem dicti Pontis. Dicit ergo:

Erano il quinto - - - -

idest, quinta pars:

- - - - di quei, che son vivi.

Idest, qui nunc habitant dictam Civita-

vita-

B

C

D

E

vitatem. Et heic nota, quod de rei veritate in isto MCCC. Florentia erat in florentissimo statu. Et habebat tunc maximum numerum gentium. Faciebat enim tunc

Ma la Cittadinanza - - - -

Heic Cacciaguida sumtâ occasione ex dictis deplorat perversionem & confusionem suae Civitatis. Et breviter vult dicere, quod Florentia erat tunc habitata solam ab antiquis & veris Civibus, ubi modo est repleta faece rusticorum. Dicit ergo:

Ma la Cittadinanza, ch'è or mista,
ideft, confusa:

De' Campi, - - - - -

ideft, de Rusticis villae, quae appellatur Campi, quae distat a Florentia per sex milliaria. Non ergo intelligas de agris, sicut multi male intelligunt. Et hoc dixit Auctor notanter, propter quemdam Juristam nomine Dominum Facium de Certaldo, qui fuit magnus ribaldus:

- - - - - *di Certaldo;*

Istud est nobile Castellum in Comitatu Florentiae in Valle Elfae. Et hoc dixit Auctor propter quemdam Dominum Jacobum de Certaldo, qui fuit tantae temeritatis, quod quum Potestas Florentiae ex certo casu minaretur, se depositurum sceptrum, iste, qui tunc erat de Prioribus, arroganter respondit: *Num ne credis, quod sit alius sciens regere Terram istam?* Et continuo assumtâ virgâ Potestatis, accessit ad Palatium Potestatis, & coepit sedere ad Bancum ad jura reddenda. Et hoc fecit aliquot diebus. Sed heic nota, quod licet praedictus sua temeritate cedat ad infamiam Certaldi, tamen temporibus modernis floruit Boccaccius de Certaldo, qui suavitate suae sapientiae & eloquentiae reddidit ipsum locum celebrem & famosum. Hic siquidem Jo-

A hannes Boccaccius, verius Bucca aurea, venerabilis Praeceptor meus, diligentissimus cultor & familiarissimus nostri Auctoris, ibi pulcra Opera edidit; praecipue edidit unum Librum magnum & utilem ad intelligentiam Poëtarum de Genealogiis Deorum. Item Librum magnum & utilem de casibus Virorum Illustrium. B Item Libellum de Mulieribus claris. Item Librum de Fluminibus; & Librum Bucolicorum

- - - - - *e di Fighine,*

ideft, alia Villa Comitatus, distans a Civitate per XII. milliaria. Et hoc dixit notanter propter quemdam Dominum Deghum de Fighino Juristam, similiter ribaldum. Et dicit:

C *Pura vedeasi ne l'ultimo Artista.*

Idest, sine aliqua mixtura exteriori in vilissimo Artifice, sicut in eos, qui purgant Cloacas.

O quanto fora meglio, - - - - -

Heic Cacciaguida ex dictis arguit, quod melius esset habere dictos Rusticanos pro vicinis, quam pro Civibus. Unde indignanter exclamans dicit: *O quanto fora meglio;* quasi dicat: longe foret melius pro Civitate:

- - - - - *esser vicine*

Quelle genti, ch'io dico, - - -

scilicet, illos de Villa, quae dicitur de Castro Certaldo, de Fighine, & similes, *esser vicine*, ideft, esse Comitatenfes, quam Concives:

E - - - - - *& al Galluzzo*

Et a Trespiano aver vostro confino.
Galluzzo, locus distans a Florentia per unum milliare: *& a Trespiano;* Ad quod sciendum, quod iste, quem vocat rusticum, fuit quidam Jurista, nomine Hubaldus de Aguglione, Villa Comitatus Florentiae, qui fuit magnus canis. Dicebat se optime nosse Guelphos & Gibellinos. & fecit

cit Librum de tam detestanda materia, quem diu Florentini sequuti sunt:

- - - di quel da Signa,

Iste fuit alius Jurista de Villa, quae dicitur Signa, distans a Florentia per V. milliaria supra Arnum. Et dicunt aliqui, quod iste fuit Dominus Facius. Unde dicit:

Che già per barattar ha l'occhio aguzzo.

Ita quod exspectat ire ad picem. Et heic nota, quod Auctor meritò infamat istos & alios superius nominatos, qui viliter nati* ex Civitatibus nobilibus, faciebant multa enormia, tamquam listores illorum.

Se la gente - - - - -

Heic Cacciaguida manifestat, unde provenerit istud malum. Et dicit, quod a dissensione, quae fuit inter Ecclesiam & Imperatorem. Tempore enim Friderici II. factae sunt partialitates magnae in Florentia, & expulsioniones partium. Et sic Comitatus venerunt ad habitandum Civitatem, & nobilitati sunt, & ditati. Unde dicit:

Tal fatto è Fiorentino, - - - - -
scilicet, adventitiae:

- - - - e cambia e merca,
idest, factus est Campsor & Mercator:

Che si sarebbe volto a Simifonti,
quae est quaedam Terra Comitatus Florentini, quam olim Florentini ceperunt cum magno labore & destruxerunt. Et dicit:

Là dove andava l' avolo a la cerca.
Idest, ad custodiam circumeundo moenia Civitatis. Vel dicas, quod vocat Circham circuitiorem Ecclesiarum, quam faciunt homines rustici Florentiae & in Comitatu in die Veneris Sancti, & alibi in die Jovis Sancti. Et hoc non vult aliud

A dicere, nisi quod habitarent adhuc rus, sicut faciebat Avus suus, nec venissent ad Civitatem. Et hoc dico:

Se la gente, ch' al mondo più traligna,
idest, Pastores Ecclesiae, qui plus deviant a vestigiis Pastorum antiquorum, quàm alia gens mundi a vestigiis suorum praedecefforum:

B *Non fosse stata a Cesave noverca,*
idest, Matrinia. A Cesave, idest, Imperatori, quia omnis Imperator vocatur Caesar, ut saepe dictum est:

Ma come madre a suo figliuol benigna.
Idest, fuisset benigna ipsi Caesari. Ad quod sciendum, quod sicut refert Brunetus Latinus in suo Thesauro, & Ricobaldus Ferrariensis in sua Chronica, causa discordiae inter Fridericum & Ecclesiam fuit talis.....

Saviafi - - - - -

Heic Cacciaguida enumerat alia mala, quae sequuta sunt ex ipsa dissensione. Et primo, quod jura quorundam Nobilium usurpata sunt. Unde dicit:

Saviafi Montemurlo ancor de' Conti,
scilicet, Comitum Guidonum, quibus datum erat ab Imperatore; modò verò est Communis Florentiae, quod post longam brigam emerunt. Et tangit aliud malum; quod illi colerent rus, qui nunc regunt Civitatem Florentiae. Unde dicit:

Savianfi i Cerchi - - - - -

E De istis saepe dictum est, & dicitur Capitul. sequenti:

- - - - nel Pivier d' Acone,

idest, in Plebatu. Acone enim est Villa Comitatus Florentiae, de qua fuerunt Circuli praedicti. Modò dicit, quod adhuc starent in rure suo. Et tangit aliud malum: quod alii essent adhuc Villani, qui nunc gloriantur valde de Nobilitate. Et dicit:

E forse - - - - -
dubitando, quia licet isti habitarent
in rure tamen erant nobiles & po-
tentes. Dicit ergo:

E forse in Valdigrive i Bondelmonti.
Idest, essent in Valle illa, unde pri-
mo venerunt ad Civitatem Florentiae.

Sempre - - - - -

Heic Cacciaguida ex dictis arguit,
quod mixtio personarum semper fuit
causa everisionis Urbium, quod pro-
bat a simili. Sicut varietas & super-
fluitas ciborum est causa dissolutionis
complexionis corporum. Dicit ergo:

- - - - - *la confusion* - - - - -

idest, colluvies & mixtura:

- - - - - *de le persone*

scilicet, diversarum nationum cum
Civibus, *sempre*

Principio fu del mal de la Cittade;
scilicet, quae ex se sufficiens ex suis
civibus:

Come del corpo il cibo che s'oppone.
idest, superponitur post comestionem,
est principium *del nostro*, supple *ma-*
le; quia nihil deterius quam indige-
stum super indigestum ponere. Si-
cut ergo superfluitas ciborum est
causa multorum morborum, ita con-
fusio hominum est causa multarum
seditionum.

E cieco - - - - -

Heic Cacciaguida respondet tacite
quaestioni. Possent quis objicere, quod
licet confusio personarum sit causa
destructionis civilis status, tamen quia
isti Nobiles sunt, non videtur ei
hoc credendum. Ad quod respondet,
quod multo plus de eis est verisimi-
le, quod probat a simili, dicens:

E cieco toro più avaccio cade
idest, velocius:

Che 'l cieco agnello, - - - - -

hoc est, vitiosus Nobilis citius ca-
dit, quam vitiosus Popularis. Sed
licet ista videatur, pulcra expositio,

A attamen mihi videtur, quod litera
non recipiat eam, nec sit de mente
Auctoris, quum jam saepe vocaverit
istos Rusticos. Ideo dico, & me-
lius, quod Cacciaguida respondet
quaestioni tacite, quae talis est. Pos-
set enim quis dicere; Licet Civitas
sit repleta Rusticis, tamen est major,
& fortior, & potentior. Ad hoc re-
spondet per simile, quod citius ca-
dit magnus & protervus Populus,
sicut taurus, quam parvus, humilis,
& pacificus, sicut agnus. Nam quan-
to major Populus, tanto minor in-
tellectus, ut dicit Philosophus, &
Augustinus de vano & gigante di-
cit. Et subdit aliud pulcrum simi-
le, dicens:

B

- - - - - *e molte volte taglia*

Più, e meglio, una, che le cinque
spade.

C

quasi dicat, quod unus ensis Civium
saepe incidit plus & melius, quam
quinque enses exterorum; vel unus
ensis parvi Populi unanimes & uniti
incidit plus & melius, quam quin-
que enses magni Populi discordis &
divisi:

D

Se tu riguardi - - - - -

Heic secundum expositionem quorum-
dam, Cacciaguida ostendit per quae-
dam exempla manifesta effectum con-
fusionis personarum, quia scilicet tur-
bant tranquillum statum Urbium, &
inducunt bella, per quae evertuntur
Civitates, sicut Civitas Lunae in
Tuscia propter superbiam Civium.
Sed certe, licet ista expositio videatur
consona, tamen si quis subtiliter
advertat, non bene adaptatur li-
terae. Immo ista exempla non refe-
runtur ad literam praecedentem, sed
retrahenda sunt ad literam sequen-
tem, cum qua sunt concatenata in
sententia. Dico ergo, & melius,
quod Cacciaguida volens descendere

E

ad ultimum quaesitum Auctoris, quod fuit, quae fuerint antiquitus clarae Familiae Florentinorum, primo praemittit, quod Auctor mirari non debeat destructionem Stirpium, arguens a minori; quia etiam Civitates antiquae magnae aliquae jam in totum defecerunt, aliquae in dies deficiunt, quum tamen omnis Civitas contineat multas & magnas familias. Nunc ergo ad literam. Ordina sic & expone:

Udir come le Schiatte si disfanno,
idest, quomodo Nobiles Stirpes annihilantur:

Non ti parrà nuova cosa, - - - -
idest, non debet tibi videri novum, quia istud est vetustissimum:

- - - - - *nè forte,*
quia istud est facillimum, quia usitatissimum. Quod probat a minori, dicens.

Poscia che le Cittadi termin' hanno.
idest, finem; quia scilicet famosae & antiquae Urbes habitantur. Et hoc dico.

Se tu riguarda Luni, - - - - -
idest, Civitatem Lunae, quae fuit olim magna & potens Civitas, tamen deserta jam sunt mille Anni, de qua dictum est Cant. XX. Inferni.

- - - - - *e Urbisaglia.*
Ista olim fuit Civitas in Marchia Anconitana non longe a Civitate, quae hodie dicitur Macerata, & est poenitus deserta, ita quod non apparent, nisi quaedam vestigia ruinarum. Et fuit olim maxima Civitas, sicut ego notavi: unde dicta est quasi Urbs alia, idest alia a Roma:

Come son' ite, - - - -
idest deletae:

- - - - - *e come se ne vanno*
Diretro ad esse Chiusi, - - - -

ista fuit Civitas in Tuscia, quae olim habuit Regem, scilicet, Porse-
nam, qui voluit reducere Tarquinos

A expulsos in Urbem Romae, ut dictum est in Inferno. Et heic Galli Senones fuerunt conficti primo a Romanis, qui continuo invaserunt Urbem, & illam captam funditus everterunt, ferro & igne omnia vastantes. Et Civitas nunc est satis desolata & pauca, quae est situata in loco palustri & pestifero, ut de se patet:

B - - - - *E Sinigaglia.*

Ista est Civitas in Marchia Anconitana, quae sita est inter Anconam & Fanum, in litore maris Adriaci, olim aedificata a Gallis Senonibus, de quibus tantum nunc dictum est; & ab eis denominata. Dicitur enim Senogallia, quia Galli Senones aedificaverunt eam. Quum enim Galli praedicti cum eorum duce Brenno intrassent Italiam, sicut adhuc saepe faciunt Barbari, socialiter euntes versus Urbem, pervenerunt ad istam planitiem, & videntes locum aptum genti armigerae, quia ibi sunt prata virentia & silvae vicinae, & locus est supra mare, & juxta flumen, habens portum, & copiam rerum, ideo traxerunt ibi moram ad certum tempus. Et ibi aedificare coeperunt. Et certe fuit olim satis magna Civitas, & cum fortibus moeniis, & multis altis Turribus, ut notavi. Sed nunc hodie est quasi derelicta propter aërem mortiferum, sub quo nullus ibi potest sanè vivere, immo nec diu. Unde pauci alienigenae desperati stant adhuc ibi. Habet tamen bonum Episcopatum, & magnos redditus. Et ideo dicit: *come se ne vanno,* idest, paulatim nunc deficiunt, *diretro ad esse,* scilicet, post Lunam, & Urbisagliam. Sicut & hodie evidens exemplum habemus prae oculis nobilem Civitatem Reginam in Lombardia, cujus Cives ita sunt dispersi
per

per Italiam, sicut Judaei per univ-
ersum, & continuo consumuntur, ita
ut miserabile spectaculum sit pertran-
seuntibus. Et ita possem dicere de
multis aliis.

Ad Vers. 88.

Io vidi - - - - -

Heic Cacciaguida connumerat mul-
tas Familias Nobiles, quae erant
praeclarae tempore suo, quarum ali-
quae sunt penitus extinctae, aliquae
parvae; & aliquae, quae sunt nunc
magnae, erant tunc obscurae. Et
primo perstringit simul sex Familias
Nobiles antiquas, quae jam erant in
declinatione, dicens:

*Io vidi gli Ughi, e vidi i Catellini,
Fillippi, Greci, Ormanni, & Alber-
ricchi,*

Già nel calare illustri Cittadini.

Et heic nota, quod Cacciaguida du-
pliciter declarat eximiam Nobilita-
tem praescriptarum Familiarum; pri-
mo quia vocat eas illustres. Erat e-
nim olim in Roma, sicut patet sem-
per apud Titum Livium, & alios
Scriptores Rerum Romanarum, du-
plex Ordo, scilicet, Illustris, conti-
nens Nobiles viros & Senatores, &
Ordo Equestris, continens Equites
armigeros. Modò Auctor vocat istos
illustres. Secundo commendat eos,
quum dicit: *nel calar*, quia si erant
adhuc illustres in descensu, quid ef-
se debuerant in statu?

E vidi così - - - - -

Heic Cacciaguida simul colligit alias
quinque Familias antiquas, dicens:

E vidi così grandi, come antichi

*Con quel de la Sannella quel de l'
Arca,*

*E Soldanieri, e Ardinghi, e Bo-
sticchi.*

Et heic nota, quod Auctor com-
mendat praedictos dupliciter, primo
quia describit eos a magnitudine,
quia erant olim magnifici & poten-

A tes in Urbe sua; secundo quia de-
scribit eos ab antiquitate, & anti-
quitas arguit Nobilitatem, ut vult
Philosophus.

Sovra la poppa - - - - -

B Heic Cacciaguida describit singulari-
ter unam egregiam Familiam, in cu-
jus descriptione duo facit, primo,
quia ostendit quomodo ex ista No-
bili Familia descenderunt aliae No-
bilitates. Secundo ostendit, quomo-
do in Domos illorum Nobilissimo-
rum pervenerunt viri rustici ad ha-
bitandum, de quibus praenuntiat rui-
nam cito venturam. Nunc vide li-
teram, & ordina sic eam:

Erano i Ravignani, - - - - -

C Nobilissimi Cives, quorum Familia
est penitus extincta. Ex quibus fa-
cti sunt Comites Guidones, & alii
Nobiles. Unde dicit:

- - - - - Ond' è disceso

Il Conte Guido; - - - - -

D Ad intelligendum autem, quomodo
Comes Guido descenderit ex istis per
nobilem mulierem Gualdradam filiam
Domini Billincioni, oportet, te re-
currere ad id, quod scriptum est de
hoc, in Inferno. Et dicit:

- - - - - e qualunque del nome

De l'altro Bellincion ha poscia preso.

E Hoc dicit, quia ex istis Ravignanis
facta est alia Familia, dicta Bellin-
cioni, sic denominata ab illo prae-
cipuo Milite Domino Bellincione,
ut dictum est. Erano, idest habita-
bant, *sopra la Porta*. Haec fuit anti-
qua Porta veteris Civitatis, dicta
Porta Sancti Petri. Nunc autem no-
vi Cives venerunt ad habitandum i-
bi, scilicet Circuli, vel *Cerchj*, qui
fuerunt rustici protervi, de quibus
dictum est paulo supra, & dicetur
Cant. sequenti. Qui posuerunt divi-
sionem in Civitate, quia fuerunt prin-
cipes partis Blancae. Unde dicit:

- - ch' al

----- *cb' al presente è carca*
Di nuova fellonia, -----
 idest, novis Civibus follibus & temerariis, quales sunt communiter nuper ditati. Et dicit:

----- *di tanto peso*,
Che tosto fia jattura de la barca.
 Idest, cito erit damnus Civitatis Florentinae, quam regunt. Et est pulcherrima metaphora & propriissima. Quum enim navis est nimis onusta, oportet, quod ejiciantur merces ad illam alleviandam. Ita a simili, Florentia, quae erat nimis onerata intollerabili arrogantiâ istorum, cito veniet ad naufragium; & dicti Circuli ejicientur. Et advertet, quod Auctor loquitur de expulsiōne partis Blancae, & de ejectione Circulorum, quae fuit statim tertio anno post tempus istud, de quo nunc loquitur. Advertet etiam, quod ista omnia facta erant, quando Auctor ipsa scripsit. Sed videtur prognosticari, quia refert se ad tempus suae visionis, quae fuit in MCCC., ut toties repetitum est in multis locis & Capitulis Libri:

Quel de la Pressa -----
 Heic Cacciaguida connumerat duas Domos antiquas, quarum alteram describit a prudentia regendi, alteram a fortitudine bellandi. De prima ergo dicit:

Quel de la Pressa sapeva già come
Regger si vuole,
 Et haec est magna laus, quoniam principatus virum ostendit. De secunda dicit:

-----, *e avea Galigajo*
Dorata in Casa sua già l' elza e 'l pome.
 Per hoc notat, quod Familia Galigajorum erat jam ordinata, ornataque dignitate militari.

Grand' era -----

A Heic Cacciaguida sub uno involucro claudit quatuor Familias, quarum primam describit ab Armatura, dicens:

Grand' era già la Colonna del Vaio,
 Isti vocantur Pigli, qui habent unam Columnam de Vario pro Insignio. Quinque Domus simpliciter nominat, dicens:

B *Sacchetti, Giuochi, Sifanti, e Barucci*

E Galli, -----
 supple, erant magni. Describit etiam Domum satis verecunde ab uno infami fallo, dicens:

----- *e quei, cb' arrossan per lo Staio.*

C Ad hujus intelligentiam est sciendum, quod isti vocati sunt Claramontenses, quorum unus olim dum haberet officium dandi frumentum, sive salem Communis, detraxit inde unam dogham vasis, & sic diminuit justam mensuram cupiditate lucri. Propter quod reperto fallo fuit decapitatus. Et ex hoc fuit ordinatum, quod Sextarius esset ferreus, ita quod non posset de cetero aliquid detrahi. Et quia Claramontenses de hoc verecundantur, quandocumque istud memoratur, vel impropertur eis, ideo dicit: *E quei, cb' arrossan per lo Staio*; idest verecundantur propter Sextarium corruptum. Nam rubor est signum verecundiae.

Lo Ceppo -----
 D Heic Cacciaguida nominat tres Stirpes, quarum unam describit ab alia Familia descendente ex illa, reliquas vero secundas describit ab officii dignitate. Dicit ergo primo:

Lo Ceppo, di che nacquevo i Calfucci,
 Isti sunt Donati, praeclara Familia olim, & nunc. Ex quibus facta est alia Familia, qua dicti sunt Calfuccii:

Era

Era già grande, - - - -
& adhuc hodie est:

- - - - e già evano tratti

*A le curule * Stii, & Arrigucci.*

Idest, jam erant promoti ad dignitates & honores; quod innuit sub nomine Curulium. Curules enim erant olim Romae sedes, in quibus sedebant Magistratus functi honoribus, sicut saepe patet apud Livium:

O quali - - - - -

Heic Cacciaguida conjungit simul duas Familias eorum, qui fuerunt socii in altitudine status & ruinae. Et quia isti fuerunt magnifici multum, exclamat admirative:

O quali vidi que', che son disfatti

Per lor superbia, , - - - -

Isti sunt Uberti, quorum principium fuit Dominus Farinata de Ubertis princeps Partis Gibellinae in Florentia, qui suâ prudentiâ & probitate multum exaltaverat Domum suam. Tamen, ut dicit Auctor, fuerunt expulsi superbiâ suâ, de quorum expulsionem dictum est in Inferno. Et fortè avaritia nihil profuit sibi. Unde dum tempore expulsionis Gibellini recedentes pervenissent ad locum, qui dicitur *la Stea*, longe a Civitate, Dominus Farinata praedictus conquerebatur & exclamabat, dicens: *heu amici mei, amici mei!* Tunc Dominus Musca respondit: *quaere tibi in bursa.*

- - - - e le palle d'oro.

Heic describit Lambertos ab Armatura & florenti statu, dicens:

Fiorian Fiorenza in tutti i suoi gran fatti.

Et ex hoc colligere potes, quod Lamberti fuerunt nobiliores Ubertis, & ceteris, quamvis alii aliter dicant. Quia in omnibus magnis factis praeferebantur. Quod posset facile probari ex multis Privilegiis & Ec-

Tom. III.

3 Siii

A clestis Lambertorum. Sed omnibus omiffis singulare signum nobilitatis eorum erat, quod mortui sepeliebantur Equites sedentes in equo brungio.

Così facean - - - - -

Heic Cacciaguida describit unam notabilem Familiam, quam magnificat a duobus, scilicet a florenti statu, & quodam singulari Privilegio. Ad quod sciendum est, quod isti sunt Vifdomini, qui quandocumque vacat Episcopatus Florentiae, sunt oeconomi, idest, dispensatores. Dicit ergo:

Così facean - - - - -

Scilicet, sicut Lamberti, quia scilicet ita florebant in omnibus magnis factis Florentiae:

- - - - li padri di coloro,

C idest, praedecessores Vifdominorum:

Che sempre - - - - -

Si fanno grassi stando a consistoro, quia tunc vivunt pinguius expensis Episcopatus:

- - - - sempre che la nostra Chiesa vaca.

D Scilicet, Episcopalis. Ista enim Domus tantae dignitatis quasi defecit. Tamen ex ea factae sunt duae aliae Domus, scilicet, illi de la Tosa, & Aliotti:

L'oltrecutata - - - - -

E Heic Cacciaguida memorat aliam Familiam numerosam valde, quam multipliciter infamat ab extraneitate, a vilitate, & a crudelitate. Ad quod est praesciendum, quod isti vocantur Adimari, & alio nomine Cavicciulli, ex quibus fuit unus nomine Buccaccinus, quem Dantes offenderat tempore, quo erat in statu. Quare ille post exilium Auctoris impetravit in Communi bona ejus, & semper fuit sibi infestus, & totis viribus semper obstitit Confortibus & amicis, ne Auctor reverteretur ad patriam. Qua-

D d d

re

re Auctor facit altam vindictam cum penna, quam non potuit facere cum spata. Nunc ad literam. Dicit ergo Cacciaguida:

L' oltracutata schiatta, - - - -

scilicet, Adimariorum, sui commodi & honoris:

- - - - che s' indraza,

idest, quae defaevit more draconis:

Dietro a chi fugge: - - - -

Et in hoc Auctor tacite mordet praefatum Buccaccinum, qui erat ferocissimus contra ipsum Auctorem absentem & expulsus. Et per oppositum:

- - - - & a chi mostra 'l dente,

Over la borsa, come agnel si placa.

Idest, resistenti, & defendenti se aperte, vel ei, qui ostendit sibi pecuniam. Quia pro pecunia recepit sibi verbera & verecundias more jocularum.

Già venia su, - - - -

jam incipiebat florere:

- - - - ma di picciola gente,

scilicet, Populari & obscura. Quod declarat per unum signum, quia unus nobilis de Donatis nomine Ubertinus moleste tulit, quod soror uxoris suae daretur uni de Adimaribus. Unde dicit:

Sì che non piacque ad Ubertin Donato;

immo valde displicuit:

Che 'l suocere poi il fesse lor parente.

Ad quod sciendum, quod Dominus Bellincionus, de quo supra jam saepe dictum est, fuit socer Ubertini de Donatis, qui filiam suam habuit in uxorem: sed quia tradidit aliam filiam uni de Adimaribus, Ubertinus valde indignatus fuit, quia reputabat sibi ad verecundiam, quia esset factus affinis & cognatus unius de Adimaribus:

Già era - - - - -

A Heic Cacciaguida facit mentionem de tribus Familiis, quae jam tempore suo erant honorabiles, dicens:

Già era il Caponsacco nel mercato

Disceso giù da Fiesole, - - - -

idest, ad habitandum in Mercato Veteri:

- - - - - e già era

Buon Cittadino Guido & Infangato.

B Istaes tres Domus sunt expulsae jamdiu pro parte Gibellina.

Io dirò - - - - -

Heic Cacciaguida propalat unam Domum antiquam, ignotam valde, & quae ab ignorato casu accidentaliter nomen traxit. Nunc ad literam dicit Auctor:

Io dirò cosa incredibile e vera;

C Satis enim incredibile videtur, quod una Porta nobilis Civitatis sumeret denominationem ab uno Vendipera, & tamen sic fuit. Et ex hoc satis apparet, quod male intelligunt, qui exponunt, quod Auctor loquatur heic de Perutiis de Florentia. Tunc enim non videretur res ita incredibilis. Ideo prima expositio plus placet mihi; quia non sine quare Auctor dixit signanter *incredibile*, & esse rem incredibilem & veram:

Nel picciol cerchio s' entrava per Porta,

Che si nomava - - - -

Idest, quae Porta denominabatur

- - - - da quei de la Porta.

Et nota, quod haec Porta non erat de principalibus. Habebat enim Florentia quatuor Portas magistras, scilicet, Portam Sancti Petri Portam juxta Domum, Portam Sancti Pauli, & Portam Sanctae Mariae. Aliae vero erant Portulae parvae seu parvulae.

Ciascun - - - - -

E Heic Cacciaguida facit unum fascem de aliquot Nobilibus Familiis, quae omnes portant idem Insignium. Ad

cujus

cujus evidentiam est praesciendum, quod istae fuerunt quinque Nobiles Domus, scilicet, Pulci, Nerli, Giondonati, Comites de Gangalandi, & Domus filiorum Bellae. Isti omnes portant pro Armatura Dogas ad argentum & rubeum. Quam Armaturam obtinuerunt ab Hugone Marchione Tusciae, qui fuit Vicarius in Tuscia pro Imperatore Ottone. Et aliqui ex eis fuerunt facti Milites ab eo, & privilegiati. Hic Comes mortuus est Florentiae, & dotavit multas Ecclesias, praecipue Abbatiam Sanctae Mariae, quam fundaverat cum multis aliis. Et quia decessit in festo Sancti Thomae, omni anno fit solennis memoria de eo, & in tali die fit illius anniversarium. Nunc ad literam. Dicit Cacciaguida sic:

Ciascum, che de la bella Insegna porta;

Quod Insignium est Armatura ad dogas, ut supra:

Del gran Barone, - - - - -
scilicet, Marchionis Hugonis, qui fuit magnus Baro nobilitate & potentia. Quem commendat a beneficiis suis in Deum, dicens:

- - - il cui nome e pregio

La festa di Tomaso riconsorta:
quia scilicet virtus & fama Hugonis renovatur & confirmatur annuatim in festo Beati Thomae, quia fit singularis commemoratio & commendatio de eo in memoriam beneficiorum ejus:

Da esso ebbe Milizia e Privilegio,
scilicet, a praedicto Marchione Hugone, quia de unaquaque Domorum praedictarum fecit aliquos Milites, ut praedicatur.

Arvegna che - - - -

Heic Cacciaguida excipit unum, qui non sequutus est vestigia nobilium,

A immo factus est popularis. Ad cuius rei evidentiam est praesciendum, quod iste, de quo Auctor loquitur, fuit quidam Zannes de la Bella. Nunc ad literam dicit Cacciaguida:

Arvegna che con Popol si rauni

Oggi colui, - - - - -

scilicet, Zannes de la Bella:

- - - che la fascia col fregio.

B Idest, cingit friso. Hoc dicit, quia illi de la Bella apposuerunt unum frisium aureum circum circa Armaturam eis datam a dicto Hugone, ut sic distinguerentur ab aliis, qui habuerant idem Insignium: *Si rauni oggi col Popol*, idest, conveniat & congregetur cum Populo, sicut olim fecerunt Gracchi in Urbe Romana, & aliqui alii. Ideo bene iste luit poenas dignas, sicut & illi, ut patet ex dictis:

Già eran - - - - -

Heic Cacciaguida addit superioribus alias tres Domos, quarum unam parum laudat, licet fuerit diu magnifica. Unde dicit:

Già eran Gualterotti, & Importuni;
D scilicet, in nomine & pretio in Civitate Florentiae:

Et ancor savia Borgo più quieto,
Debes intelligere antonomastice de Borgo Sancti Apostoli, qui est pulchrior ceteris:

Se di nuovi vicin fosser digiuni.

E Scilicet, si habitatores illius Burgi essent vacui Bardis, qui de novo missi fuerunt ad habitandum Burgum istum, tamquam homines audaces, ut compescerent motus Gibellinorum illius Burgi.

La Casa, - - - - -

Heic Cacciaguida ultimo describit unam Domum, de qua nata est desolatio & disturbatio Civitatis Florentinae, propter injuriam factam sibi. Ad cuius literae intelligentiam

oportet repetere illud, quod est in Inferno, scilicet, quomodo quidam Miles nomine Bondelmontes de Bondelmontibus, quum iret ad desponsandam unam de Amideis, revocatus a quadam Domina de Donatis, quae ostendit sibi filiam suam formosissimam, desponsavit illam secundam. Ex quo Amidei, convocatis principalibus de Parte Gibellina, scilicet Ubertis, Lambertis, Abbatibus, & aliis, conquesti sunt de injuria. Et post longam consultationem, operâ Domini Muscae de Lambertis, ierunt trucidatum auctorem injuriae. Nunc ergo ad literam dicit Auctor: *La Casa*, scilicet, Amideorum:

- - - *di che nacque il vostro feto.*
idest, planctus & dolor.

Per lo giusto disdegno, che v'ha morti,

quia scilicet praedicti habuerunt justam causam indignationis, quia evidens contumelia fuit. Et dicit:

E posto fine al vostro viver lieto.

Quia hucusque Florentini habuerant pacificum & tranquillum statum. Postea vero factae sunt civiles discordiae & partialitates, ex quibus sequutae sunt expulsioniones, incendia, caedes, praedae, peregrinationes per mundum:

Era onovata - - - - -
quia honorabilis Familia fuit Amideorum. Et dicit:

- - - - *essa e suoi consorti;*
quasi dicat, non solùm, ipsa, sed etiam *i suoi consorti*, scilicet Ucellini, & Gherardini.

O Buondelmonte - - - - -
Heic Cacciaguida indignanter exclamat contra insanam lasciviam juvenis, qui ad unam persuasionem unius feminae dimisit propriam uxorem, & assumpsit eam, quae de jure esse non poterat. Unde dicit:

A *O Buondelmonte, quanto mal suggisti*
Le nozze sue - - - - -

idest, affinitatem illorum Amideorum male dimisisti, primò tui malo & damno, secundò illius Partis Gibellinorum, & tertio tuae Civitatis. Et dicit:

- - - - *per gli altrui consorti!*

B scilicet, ad persuasionem illius Dominae de Donatis. Et ideo subdit, quantum bonum sequutum fuisset, si numquam Bondelmontes venissent ad Civitatem, dicens:

Molti sarebber lieti, che son tristi,
quia scilicet non sequuta fuisset divisio & destructio Civitatis, si antiquus tuus, quando primo veniebat ad Civitatem, fuisset suffocatus in flumine Ema. Unde dicit:

C *Se Dio t'avesse conceduto ad Ema,*
scilicet, quod habuisses tuam sepulturam in flumine Ema. Est enim Ema fluvius parvulus, distans a Florentia per tria milliaria. Vel dicas: *Se Dio t'avesse conceduto ad Ema,* idest, si remansisses ibi ad habitandum, ita quod non venisses ulterius, quando primo veniebas de Valle Gravi ad habitandum Florentiae. Unde dicit:

D *La prima volta ch' a Città venisti.*
Dicunt enim aliqui, quod Ema cum suo territorio est de Bondelmontibus.

Ma conveniasi - - - - -
Heic Cacciaguida ex morte Bondelmontis arguit malum augurium, quod praenuntiavit futuram effusionem civilis sanguinis. Nam Dominus Bondelmontes fuit interfectus ante Statuam Martis. Quum ergo Mars sit Deus belli, & gaudeat sanguine humano, bene sacrificatum fuit sibi sanguine humano istius. Dicit ergo:

E *Ma conveniasi, che Fiorenza fosse*
Vittima - - - - -
idest, sacrificium sanguinis humani, sicut

sicut olim fiebat Marti a quibusdam barbaris. Vel *Vittima*, scilicet, de Bondelmonte, quasi *Vittima* pacis ruptae. Quum enim olim quis inhibebat foedus, mactabatur tamquam *Vittima*, ut saepe patet apud Livium:

- - - a quella pietra scema, idest, Statuae Martis, quae erat aequaliter fracta:

Che guarda 'l Ponte, quia erat posita in principio Pontis Veteris, ut saepe dictum est. Et dicit:

- - - ne la sua pace postrema; quia scilicet non erat amplius pax futura in Florentia.

Con queste genti - - - Heic Cacciaguida concludit suam narrationem & claudit Capitulum, dicens:

Vid' io Fiorenza - - -

Con queste genti, - - - scilicet, superius enarratis Familiis. Et dicit:

- - - e con altre con esse, quia fecit Auctor solum mentionem de quibusdam, de quibus placuit facere famam, quia visae sunt sibi memorabiles. Et dicit:

- - - in sì fatto riposo, idest, in tam tranquillo & pacifico statu:

Che non avea cagion' onde piangesse. Idest, quod non habebat materiam plorandi, sicut nunc. Et subdit:

Con queste genti vid' io glorioso

E giusto il Popol suo, - - - scilicet, Florentinum; *glorioso*, scilicet, artibus pacis & belli. Tunc enim gerebant bella contra hostes, ex quibus consequabantur saepe victoriam gloriosam, non contra Cives, ex quorum victoria non datur triumphus: *e giusto*, quia tunc non usurpabat injuste jura vicinorum, sicut nunc facit. Et dicit:

A - - - tanto che 'l Giglio

Non era ad asta mai posto a ritroso. Hoc dicit, quia de more est victorum saepe pervertere Insignia capta ab hostibus, ponendo caput hastae superius deorsum, & pedem sursum. Quod tamen saepe factum est Florentiae tempore bellorum Civilium. Quia aliquando Gibellini expulsi capiebant Insignia intraneorum, & subvertebant in opprobrium Guelphorum, & e contrario. Et dicit:

B *Nè per division fatto vermiglio.*

Ad hujus literae intelligentiam nota, quod quum Romani olim faciebant aliquam Civitatem Coloniam, donabant sibi Armaturam Populi Romani, scilicet, Scutum simpliciter rubeum, sine literis illis S. P. Q. R. quae literae important *Senatus Populusque Romanus*. Tamen Nicolaus Tribunus Romae, Vir magnae probitatis & prudentiae, saepe arguens Populum Romanum de vilitate & furore intollerabili eorum, exponebat istas literas *Senatus, Populusque Romanus*, sic *Sozzo Popolo* * *conchato Romano*. Sed ad propositum. Omnis Colonia recipiens Insignium Romanorum, poterat addere & apponere quidquid volebat. Unde Perusini addiderunt Grifum, Florentini Lilia alba, Pisani nihil addiderunt. Florentini ergo pulsus Gibellinis, converterunt Lilia alba in rubea, ad diversificandum Insignium exteriorum expulforum. Et ab illo tempore citra habuerunt semper Lilia rubea. Unde adhuc apparent in summitate Palatii Potestatis Lilia alba. Et hoc est quod dicit: *Nè per division*, idest, partialitate, *fatto vermiglio*; vel exponas, sanguine, vel rastello.

C *Ad Cant. XVII. Vers. 49.*

D *Questo si vuole,* - - -

Heic Cacciaguida ostendit Auctori expul-

E

expulsionem ejus. Ad cujus evidentiam est prae notandum, quod vigente parte Blancorum in Civitate Florentina, cujus caput erat Dominus Nerius de Circulis, expulso Domino Curfio de Donatis principe alterius partis, Papa Bonifacius volens componere dictam Civitatem, & pacificare partes, voluit habere Duces partium. Et quum reperisset illum de Circulis durum & implacabilem, illum verò de Donatis in omnibus se subjicientem voluntati suae, ordinavit, quod Carolus Sine-Terra veniret de Francia in Italiam sub nomine Paciarri, qui sedaret lites & discordias ubique. Qui veniens Florentiam, ordinavit eam ita bene, sicut scriptum est supra in Purgatorio, & alibi saepe. Ad literam ergo dicit Auctor:

Questo si vuole, e questo già si cerca,
idest, procuratur per Dominum Curfium de Donatis, & alios. Et dicit:

E tosto verrà fatto - - -
quia scilicet res fortietur effectum in triennium:

- - - a chi ciò pensa;
scilicet, praedicto Curfio, & Domino Musatto de Francis de eadem parte, qui personaliter de Francia, & cum magnis pecuniis, & propriis expensis conduxit Carolum praedictum usque Florentiam, & sic habuit optatum.

Ad Vers. 63.

Con la qual tu cadrà in questa Valle.
Ad quod sciendum, quod Dominus Nerius de Circulis, de quo dictum est, fuit ita protervus, rusticus, & simplex, quod instante Papa Bonifacio, quod ipse faceret pacem cum Domino Curfio, respondit arroganter: *San Te Pater, ad quid detinetis me heic? Rogo vos: permittite me redire in patriam meam.* Cui Bonifacius indi-

A gnatus respondit: *Et quis te detinet?* Unde ipse recessit. Sed Dominus Curfius sagacior remansit supplex & venerabundus. Ex quo datus est ordo destructioni Circularum, sicut jam dictum est. Unde dicit:

Che tutta ingrata, - - - -

quia non recognoscebat beneficium tuum in consulendo & vigilando pro bono statu Reipublicae Florentinae:

- - - tutta matta & empia,

stulta deserendo consilium tuum, & impie reddendo supplicium pro beneficio. Aliqui dicunt, quod multi interficientur ex eis, sed non invenitur verum. Et subdit, quod cito sequetur vindicta de hoc; unde dicit:

- - - ma poco presso

C quia scilicet tertio anno a praesenti.

Ella, non tu, n' avrà rossa la tempia.
quia destruetur, & luet poenas dignas: *Non tu;* quasi dicat, licet tu pellaris, sicut jam dictum est, tamen melius & honorabilius pertransibis.

Di sua bestialitate - - - -

D Heic Cacciaguida damnat fatuitatem Circularum, & justificat electionem Auctoris dicens:

- - - il suo processo

Favà la prova, - - - -

quasi dicat: Rei probabit eventus, quia bestialiter se gesserunt, spernentes sana consilia sapientum. Et dicit:

- - - sì ch' a te fia bello

Averti fatta parte - - - -

E scilicet recedendo ab eis, & faciendo tua facta sine illis:

- - - per te stesso.

Unde nota, quod pulcherrima pars sapientis est, nullius esse partis, sicut scriptum est in Inferno.

Lo primo tuo rifugio, e 'l primo ostello.
Dictus Cacciaguida praenarrato exilio Auctoris, nunc ad consolationem ejus

ejus prænarrat refugium ejus in exilio. Et dicit, quod primum refugium ejus erit quidam magnificus Baro Lombardus. Ad cujus evidentiam est prænotandum, quod iste, de quo Auctor loquitur, fuit quidam Dominus Bartholomæus, quia obtinuit Capitaneatum Veronæ ab Imperatore. Ad quem Auctor primo habuit recursum, & recepit provisionem ab eo. Post enim mortem Eccelini de Romano, Mastinus & Albertus familiares dicti Eccelini invaserunt dominium Veronæ. Nunc ad literam. Cacciaguida describit Capitaneum Bartholomæum a liberalitate, & ab armatura sua, dicens:

Sarà la cortesia del gran Lombardo,
idest, liberalitas & munificentia Bartholomæi prædicti, qui fuit magnificus Dominus in Lombardia. Et de rei veritate iste inter Tyrannos fuit reputatus satis probus & prudens. Et dicit:

Che'n su la Scala porta il santo uccello.

quia habet Scalam pro Insignio, & desuper portat Aquilam Imperialem, quæ vocatur avis Dei, ut expositum est VI. Cap. hujus Libri, & in Purgatorio. Et subdit veram liberalitatem præfati Domini, quia præveniet ejus indigentiam, nec expectabit petitionem vel precessionem Auctoris. Unde dicit:

Cb' avrà in te - - - - -

idest, qui magnus Lombardus:

- - - - sì benigno riguardo,

quia scilicet te respiciet oculo benignitatis & clementiæ, quod de duobus faciet primo id, quod fit posterius ab aliis. Unde dicit:

Che del far', - - - - -

scilicet, donum vel servitium:

- - - - e del chieder tra voi due

Fia prima quel, che tra gli altri è più tardo.

A quia scilicet primo dabit, quam tu petas sibi; cujus oppositum communiter faciunt alii Domini; immo volunt & faciunt sæpe se rogari contra illud Salomonis. *Ne dicas amico tuo; Vade.*

Con lui vedrai colui,

B Heic Cacciaguida prænuntiata liberalitate Capitanei Bartholomæi, nunc prænuntiat probitatem & liberalitatem Domini Canis Grandis ejus filii vel nepotis, quem primo describit a strenuitate armorum, ostendens, quod fuerit verè filius Martis, audax, & promptus in proelio, & victoriosus valde. Unde dicit: *Con lui*, scilicet cum prædicto Bartholomæo, *vedrai colui*, scilicet, Canem Grandem:

- - - - - che impresso fue

Nascendo - - - - -

C scilicet, in nativitate sua, idest jam efficaciter.

- - - - sì da quella Stella forte,

scilicet, Martis Planetæ, qui facit viros fortes & feroces in bello:

Che notabili fier l' opere sue.

D scilicet, in bellis, sicut jam patuit ex iis, quæ scripta sunt de eo.

Non se ne sono ancor - - - - -

Ad exaltationem Domini Canis dicit, quod virtus ejus nondum est nota, propter juvenilem ejus ætatem. Sed in brevi fiet celebris ubique. Unde dicit:

- - - - le genti accorte

Per la novella età,

E scilicet, de operibus bellicis ejus, sive armorum gestis. Tamen mira indoles prætendebat futuram virtutem in eo. Et assignat causam ex parte ætatis, non naturæ, dicens:

- - - - che pur nov' anni

Son queste rotte - - - - -

scilicet, Martiales:

- - - - intorno di lui torte.

Et intellige de annis Martialibus, ita

ita quod novem faciunt decem & octo; tamen aliquanto minus. Nam Mars in duobus annis percurrit Zodiacum minus. Et sic vult dicere, quod erat adolescentulus;

Ma pria - - - - -

Heic Cacciaguida ostendit, quod in brevi enitescet virtus dicti Canis, quae nunc occultatur. Unde dicit:

Ma pria - - - - -

Parran faville de la sua virtute, idest, initia magnorum factorum publice apparebunt:

In non curar d' argento nè d' affanni.

Et verè Auctor in duobus verbis breviter colligit duo, quae reddiderunt hominem istum gloriosum, scilicet magnificentia in sumptibus, & audacia in bello; quae duo fecerunt famosus multos Dominos vitiosos, quorum aliquos ego novi. Vide ergo, quam commendabilis est virtus Liberalitatis, quae aliquando tegit multitudinem vitiorum in homine. Est ergo sciendum, quod ista virtus praeluxit in isto puero. Nam dum pater ejus duxisset eum semel ad videndum magnum thesaurum, iste illico levatis pannis minxit super eum. Ex quo omnes spectantes judicaverunt de ejus futura munificentia per istum contemptum pecuniarum. Et hoc dico, erat:

- - - - *pria che'l Guasco* - - -

idest, Papa Clemens de Vasconia:

- - - - *l' alto Arrigo inganni.*

idest, magnanimum Henricum Imperatorem de Lucimburgo. De ista deceptione dicetur infra Cant. XXX. Et subdit manifestationem magnae Liberalitatis hujus Canis, dicens:

Le sue magnificenze conosciute

Magnificentia est proprie in magnis sumibus:

Saranno ancora; - - - - -

quod probat, dicens:

- - - - *sì ch' e' suoi nemici*

Non ne potran tener le lingue mute.

Haec est enim proprietas virtutis, quod reddit amabilem etiam odiosum, & laudabilem non visum:

A lui t' aspetta, - - - - -

Heic Cacciaguida promittit spem Auctori in dicto Cane Grandi, dicens:

- - - - *& a' suoi benefici.*

B Nam de rei veritate iste Canis multum honoravit Auctorem, dando sibi provisionem suam, & in multis complacendo sibi. Ideo Auctor non immemor beneficiorum, bene reddit sibi mercedem suam, & ultra debitum, sicut vides. Et subdit:

Per lui sia tramutata molta gente, quia alios exaltabit, alios humiliabit; Ideo dicit:

Cambiando condition ricchi e mendici. quia aliqui divites pauperabuntur, aliqui pauperes ditabuntur.

E porterane - - - - -

Heic Cacciaguida addit ultimo quaedam tamquam secreta de eo, dicens:

E porterane scritto nella mente

Di lui; e nol divai; - - - -

D sed expectata eventum. Et dicit Auctor:

- - - - - *e disse cose*

scilicet, Cacciaguida:

Incredibili a quei, che fian presente.

E Nam praedictus Canis totam Marchiam Tarvisinam bellica virtute subegit. Ideo bene Raynaldus Poëtista Veronensis versiculo Epitaphiali ejus triumphos breviter complexus est, dicens:

„ *Si Canis hic Grandis ingentia facta peregit.*

„ *Marchia testis adest, quam saevo Marte subegit.*

Ad Cant. XIX. Vers. 118.

Li si vedrà - - - - -

Heic Aquila describit primum magnificum Regem Christianitatis, scilicet

licet Regem Franciae. Ad cuius evidenti-
am est praesciendum, quod iste
fuit Rex Philippus dictus Pulcher,
qui multa impia fecit. De quo quia
maxima scelera scripsit in Purgato-
rio, ideo nunc describit eum ab uno
solo scelere, scilicet ab ejus avaris-
sima vilitate, ad augendam ejus in-
famiam, & ab ejus morte crudeli.
Construe sic literam.

Lì si vedrà - - - - -
scilicet, in dicto libro:

- - - - *il duol*, - - - - -

idest, dolor:

- - - - *che* - - - - -

idest quem dolorem:

Quel che morrà di colpo di cotenna,
scilicet, Philippus Rex Franciae,
qui interficietur ab Apro:

- - - - *sopra Senna*

Induce, - - - - -

idest, Parisius, quam denominat a
flumine suo. Est enim Senna fluvius,
qui labitur per Parisius. Et dicit:

- - - - *falseggiando la moneta*,

quia Philippus faciebat fabricari mo-
netam fallam. Et nota, quod Phi-
lippus praedictus fuit interfectus ab
Apro in venatione; ideo dicit; *di
colpo di cotenna*, idest dente Apri.
Nam in vulgari Florentino *Cotenna*
solum appellatur cutis Porci grossa
& fetolosa, & per similitudinem cu-
tis hominis capitis etiam, quae est
grossa & pilosa. Ergo per cutim dat
intelligi Aprum, qui ipsum Philip-
pum interfecit. Et meritò ab anima-
li feroci & superbo, videlicet Apro,
occisus est homo tam ferox & su-
perbus.

Lì si vedrà - - - - -

Heic Aquila describit secundum Re-
gem, scilicet Angliae, quem, quia
magnanimus erat, ut tangit in Pur-
gatorio, nunc describit solum a su-
perbia, dicens:

Tom. III.

• *Inghilese.*

Lì si vedrà - - - - -

scilicet, in praedicto Libro Dei:

- - - - *la superbia, ch' affeta*,

idest, sitibundum facit. Unde dicit:

Che fa lo Scotto, - - - - -

idest, Regem Scotiae:

- - - - *e l' * Inglese folle*,

idest, Regem Angliae Eduardum te-
merarium, qui ut credo, erat Rex
utriusque Insulae. Est enim Anglia
Insularum maxima in Oceano Occi-
dentali. Scotia verò ei conjuncta. Et
dicit:

*Si che non può soffrir dentro a sua
meta.*

idest, intra terminos & litora suae
Insulae. Quia scilicet non contentus
proprio Regno, invadit aliena Re-
gna. Et certe istud dictum est ma-
xime verificatum diebus nostris, quia
Angliae Rex invasit Regnum Fran-
ciae, & Rege capto, totam fere re-
gionem vastavit:

Vedrassi, - - - - -

Heic Aquila describit duos alios Re-
ges potentes simul, qui ambo labo-
rabant eodem morbo vitiorum, sci-
licet luxurià & mollitie, & ambo
erant sine aliqua virtute. Dicit ergo:

Vedrassi la lussuria, e' l' viver molle,

idest, in eodem Libro Dei, vita vo-
luptuosa, unde animositas, & vo-
luptas,

Di quel di Spagna,

scilicet, Regis Alphonfi, qui tunc
regnabat:

- - - - *e di quel di Buemme*,

idest, Vincislai Regis Bohemiae, de
quo dictum est in Purgatorio. Et
dicit de utroque:

Che mai valor non conobbe nè volle.

supple, cognoscere virtutem.

Vedrassi - - - - -

Heic Aquila describit alium Regem,

scilicet Carolum Regem: Apuliae,
qui dictus est Claudus, cui adscri-
bit

E e e

bit

bit unam virtutem, scilicet liberalitatem. Unde dictum est supra, quod Rex Robertus avarus natus est ex patre liberali. Dicit ergo:

Vedrassi - - - - -

idest, in eodem Libro Dei:

- - - - - *la sua bontate*

Idest, propria:

Segnata con un I. - - - - -

quia habuit solam unam virtutem, scilicet largitatis. Et tamen per avaritiam vendidit filiam propriam Marchioni Estensi, de qua re scriptum est in Purgatorio:

- - - - - *al Ciotto di Gerusalemme*

idest, Carolo Ciotto, qui intitulatur Rex Hierusalem. Qui titulus datus fuit patri ejus Carolo Duci Andegaviae, qui recuperavit Apuliam de manibus Manfredi. Et dicit:

Quando 'l contrario segnerà un' Emme. quod importat Mille: scilicet, mille vitia. Aliqui tamen exponunt aliter, & sic: *Quando un' Emme*, idest mille vitia, *segnerà 'l contrario*, idest Soldani Babyloniae, qui tenet Hierusalem. Sed ista expositio est aliena a mente Auctoris. Sed sic colorant, qui volunt eum defendere & excusare.

Vedrassi - - - - -

Hic Aquila describit alium Regem Siciliae; Regem quidem a vitiis, Insulam verò a Monte famoso, & ab una sepultura famosa. Hic autem fuit Fridericus filius Petri probissimi Regis Aragonum, de quibus dictum est in Purgatorio. Expone ergo litteram sic:

Vedrassi - - - - -

scilicet in praefato Libro Dei:

- - - - - *P'avarizia e la viltate,*

bene Vilitas concomitatur Avaritiam. Nam omnis avarus est vilis & pusillanimis:

Di quel - - - - -

A scilicet, Friderici praedicti:

- - - - - *che guarda l' Isola del foco,* idest Siciliam, cujus Mons est Aetna ardens, de quo dictum est supra. Praeterea dictum est & alibi, & in Inferno. Et nota, quod notanter dicit, *guarda*, quia tenet eam cum timore & sollicitudine, quia ipse vilis & avarus male gubernat intra, & reddit se odibilem Regnicolis; extra autem habebat guerram cum Carolo Ciotto praedicto. Et dicit:

Ov' Anchise finì la lunga etate.

Ad cujus intelligentiam est sciendum, quod sicut scribit Vergilius Aeneidos, dum proficisceretur Aeneas a Troja in Italiam, perdidit patrem suum Anchisem antiquissimum, cujus consilio omnia gerebat in illa longa peregrinatione sua. Cui struxit pulcherrimum tumulum, & instituit diversos ludos, qui annuatim celebrarentur in ejus memoriam. Et subdit ad cumulum majoris verecundiae:

- - - - - *fien lettere mozze*

scilicet, singulae pro partibus:

Che noteranno molto - - - - -

D scilicet, suorum vitiorum:

- - - - - *in parvo loco.*

idest, in modico spatio chartae: Et hoc

- - - - - *a dar ad intender quanto è poco*

La sua scrittura - - - - -

scilicet, per contrarium, quia multa mala dici possunt de eo in paucis verbis: Vel intelligas simpliciter, quia pauca scriptura potest fieri de eo, quia habet paucas virtutes, quae possunt notari per paucas litteras truncas, scilicet I. quod importat unum, ut jam dictum est paulo supra. Sed prima expositio videtur melior, quia litera dicit: *che noteranno molto*; & ita non videtur posse pati talem intellectum.

E parranno - - - - -

Hic

Heic Aquila vituperat duos alios Reges ejusdem sanguinis, scilicet Dominum Jacobum Regem Aragoniae fratrem dicti Friderici, & alium Jacobum Regem Majoricae patrum utriusque fratris, Friderici scilicet, & Jacobi praedictorum. Unde dicit:

- - - - a ciascun l' opere sozze
ideft, opera vilia:

Del Barba - - - - -

scilicet, Domini Jacobi Regis Aragoniae. Et dicunt aliqui, quod primus renuntiavit Regno Siciliae; alter vero permisit sibi auferri suam Insulam a fratre suo Petro, qui tamen postea restituit eam sibi. Unde dicit:

- - - - e due corone han fatte bozze.
ideft, bastardas:

- - - - che tanto egregia

Nazione, - - - - -

ideft, generosam profapiam, de qua fuit ille Petrus armorum strenuissimus.

- - - - e due corone - - - - -

scilicet, scripta & manifestata in memorato Libro Dei, scilicet Regum Aragonum & Majoricae *parranno a ciascano*.

E quel di Portogallo, - - - - -

Heic Aquila colligit tres Reges simul, quorum duos describit simpliciter, tertium verò describit ab infami vilitate quadam: *E quel di Portogallo*, scilicet, Rex. Est enim Portus Gallus unum de quinque Regnis Hispaniae:

- - - - e di Norvegia

ideft, Rex Norvegiae. Est enim Norvegia regio in Septemtrione, in parte frigidissima vicina Tramontanae, ubi sunt dies brevissimi, & inveniuntur boni Falcones.

Li si conosceranno, - - - - -

ideft, in praememorato Libro Dei.

A Quasi dicat: etiam apparebit vilitas & avaritia eorum ibi. Et subdit:

- - - - e quel di Rascia

supple, bene cognoscetur in illo Libro, tamquam vilior & avarior praedictis. Quod probat per evidentissimum signum extremae vilitatis avaritiae, dicens:

Che male aggiustò 'l Conio di Vinegia.

B

Hoc dicit, quia falsificabat Ducatos, quos cudit nobilissima Civitas Venetiarum.

O beata Ungheria - - - - -

Heic Aquila describit duo Regna, scilicet Hungariae & Navarrae. Quorum primum vacabat per mortem Andreae, qui fuit filius Caroli Martelli, de quo multa dicta sunt supra Cant. IX. hujus Paradisi. Ideo dicit:

O beata Ungheria - - - - -

respectu aliorum Regnorum:

- - - - se non si lascia

Più malmenare, - - - - -

scilicet, a Rege novo; quasi dicat, si non pejorat. Et dicit:

- - - - e beata Navarra,

D

quia tunc carebat Rege; sed quia recidebat tunc Regnum in Regem Franciae, dicit:

Se s' armasse del monte, che la fascia.

ideft, qui cingit eam, & a Gallia dividit, ideft fortificiis suis. Quasi dicat: si praemuniret ita se, & praevideret sibi, resistendo, quod non veniret sub manu Francorum. Et sic tacite praedicit, quod perventura est ad manus eorum, quorum superbia vana est intolerabilis.

E creder - - - - -

E

Heic ultimo Aquila infamat Regem Cyprium, quem dicit vivere voluptuose tamquam bestia. Unde dicit:

E creder dee ciascun, che già per arra

Di questo, - - - - -

E e e a

ideft,

ideſt, per ſignum hujus vaticinii, vel Libri:

- - - *Nicoſia e Famagoſta,*
per quas dat intelligi Regnum Cypri. Eſt enim Nicoſia Civitas in Cypro, & Famagoſta alia Civitas major & ditior, ad quam eſt communis Mercatorum concursus:

Per la lor beſtia ſi lamenti e garra,
ideſt, rixetur propter Regem ſuum beſtialiter viventem. Unde dicit:

Che dal fianco de l'altre non ſi ſcoſta.

ideſt, qui Rex non diſcordat, nec recedit a latere aliarum beſtiarum, ideſt aliorum Regum vitiolorum. Et verè non diſcohaeret, & non diſſociatur a vivere beſtiali aliorum, immo vincit & excedit cum ſua gente Cypria omnes gentes & Reges Regnorum Chriſtianitatis in ſuperfluitate luxuriae, gulae, mollitiei, & in omni genere voluptatum. Sed velle deſcribere genera epularum, ſumtuofitatem, varietatem, & nimietatem, ſaſtidioſum eſſet narrare, & taedioſum ſcribere & pernicioſum. Ideo viri ſobrii & temperanter viventes deberent avertere oculos a videndo, & aures ab audiendo mores meretricales, lubricos, & foetidos Inſulae illius, quam permittente Deo Janueſes nunc invaſerunt, expugnaverunt, & male tractaverunt, & multaverunt.

Ad Cant. XXI. Verſ. 130.

Or voglion quinci - - - - -

Heic Petrus Damiani aperte infamat Paſtores modernos per contrarium ad dictos Apoſtolos, dicens:

Li moderni Paſtori - - - - -

Or voglion quinci e quindi chi vin- calzi,

ſcilicet, a dextris & a ſiniſtris:

- - - - - e chi li meni

Tanto ſon gravi, - - - - -

A ideſt, pingues & corpulenti. Quales multos vidi in Curia Romana. Et hoc eſt contra praedictorum Petri & Pauli macredinem.

- - - e chi dietro gli alzi.

qui habent Cappas longas, terram verrentes cum cauda. Et hoc etiam eſt contra nuditatem praedictorum Apoſtolorum. Et ideo dolore ſtimulante ſubdit:

Cuopron de manti lor i palafreni,
pingues, & politos, ſicut ipſi ſunt; quia eorum clamydes ſunt ita longae, amplae, & capaces, quod cooperiunt hominem & equum. Unde dicit:

Si che due beſtie van ſott' una pelle.
ſcilicet, beſtia portans, & ipſe portatus, qui verius eſt beſtia, & beſtialior ipſa beſtia. Et certe, ſi Auctor viveret hodie, poſſet mutare literam iſtam, & dicere: *Si che trè beſtie van ſott' una pelle,* ſcilicet Cardinalis, Meretrix, & Equus; ſicut audivi de uno, quem bene novi, qui portabat ſuam concubinam ad venationem poſt ſe in clune equi vel muli. Et ipſe verè erat *ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus,* hoc eſt, ſine ratione. Ex dictis Petrus iratus exclamabat ad Deum:

O pazienza, - - - - -

ſcilicet, divina:

- - - - - che tanto ſoftieni!

E ideſt, quomodo potes tantum ſuſtinere, quod non irasceris? Et non mireris, Lector, ſi Auctor, tamquam Poëta ita obloquitur de Praelatis, quum & magni Doctores & ſancti Viri non potuerint ab huiusmodi obloquiis Praelatorum. Unde & Beatus Bernardus hanc voluptuoſam & beſtialem vitam Praelatorum mirabiliter perſtrinxit, ſic dicens: *Quum cuncti ſtatus hominum aliquid laboris habeant, aliquid voluptatis,*

tis, Praelati novo quodam artificio deferentes, omne quod molestat in omnibus respuerunt; omne quod delectat, in omnibus acceperunt &c. Et haec nota, quod Auctor noster magna arte usus est, fingens Petrum Damiani ista sic vituperosa dicere de Pastoribus, quia fuit Cardinalis, & novit vitam eorum. Ideo veracius & audacius obloqui potuit de suis. Immo de rei veritate dictus Petrus talia & pejora scripsit de Praelatis. Scripsit enim duo Opera praecipua in eleganti stilo, quorum unum est de Epistolis, & Sermonibus, in quo Opere multa mala dixit de ipsis; aliud verò fecit, in quo scribit de Praelatis flagitia nefaria, quae honeste dici non possunt. Siquidem Petrus iste, homo rigidus valde, inter alia pulcra, quae scribit in isto secundo Volumine, disputat subtiliter contra Hieronymum, qui dixit, quod Deus non poterat Virginitatem perditam restaurare.

Ad Cant. XXII. Vers. 74.

----- e la Regola mia

Rimasa è giù per danno de le carte.
Volo ad clariorem intelligentiam hujus literae referre illud, quod narrabat mihi jocosè venerabilis Praeceptor meus Boccacius de Certaldo. Dicebat enim, quod dum esset in Apulia, captus famâ loci, accessit ad nobile Monasterium Montis Cassini, de quo dictum est. Et avidus videndi Librariam, quam audiverat ibi esse nobilissimam, petivit ab uno Monacho humiliter, velut ille, qui suavissimus erat, quod deberet ex gratia sibi aperire Bibliothecam. At ille rigide respondit, ostendens sibi

A altam scalam: *Ascende quia aperta est.*
Ille laetus ascendens, invenit locum tanti thesauri sine ostio vel clavi; ingressusque vidit herbam natam per fenestras, & Libros omnes cum bancis coopertis pulvere alto. Et mirabundus coepit aperire & volvere nunc istum Librum, nunc illum, invenitque ibi multa & varia Volumina antiquorum & peregrinorum Librorum. Ex quorum aliquibus erant detracti aliqui Quinterni, ex aliis recisi margines chartarum, & sic multipliciter deformati. Tandem miseratus, labores & studia tot inclitorum ingeniorum devenisse ad manus perditissimorum hominum, dolens & illacrymans recessit. Et occurrens in Claustro, petivit a Monacho obvio, quare Libri illi pretiosissimi essent ita turpiter detruncati. Qui respondit, quod aliqui Monachi volentes lucrari duos, vel quinque Solidos, radebant unum Quaternum, & faciebant Psalteriolos, quos vendebant pueris; Et ita de marginibus faciebant Brevia, quae vendebant mulieribus. Nunc ergo, o vir studiose, frange tibi caput pro faciendo Libros (*).

Ad Cant. XXX. Vers. 133.

In quel gran seggio, a che tu gli occhi tieni,

E Auctor describit in speciali unam sedem vacuum eminentem inter alias, in qua expectatur anima illustris cujusdam magnifici Principis. Ad cujus intelligentiam est praesciendum, quod iste, de quo Auctor loquitur haec, fuit Henricus VI. Imperator, qui imperabat tempore Auctoris. Qui de consensu Clementis V. de Vasconia descen-

(*) Nemo erit qui haec tam acerba in Ecclesiasticos Pastores & Cassinenses Monachos, praeteritorum saeculorum licentiae atque ignaviae tribuenda non cognoscat, unde nobis erit gratulationis argumentum à restaurata temporibus nostris Ecclesiastica disciplina, restitutusque inter Cassinenses potissimum summa cum elegantia studiis doctrinarum.

descendit in Italiam, & multa magnifice gessit. Ad literam ergo Auctor praeannuntiat indignam & intempestivam mortem hujus Henrici. Construe ergo sic literam:

Sederà l' Alma - - - -

Dell' alto Arrigo - - - -

idest, anima illustris, magni Imperatoris Henrici Sexti, qui alta tentabat. Unde dicit:

- - - - che fu già augusta,

idest, quae anima imperabat in terra. Omnis enim Imperator vocatur Augustus a Caesare Augusto, ut dictum est in Cant. I. Inferni, & alibi saepe. Et dicit:

- - - - ch' a dirizzar Italia

Verrà, in prima ch' ella sia disposta, Quasi dicat: non invenit eam bene dispositam ad rectum & certum regnum unius Monarchae, propter partialitates, tyrannides, & bella intestina: *Sederà in quel gran seggio;* idest, insidebit illud altum solium, quale decet majestatem Imperialis culminis in Principe tam virtuoso. Et dicit:

- - - - a che tu gli occhi tieni,

idest, quod solum tu specialiter inspicis:

Per la Corona, che già v'è su posta, idest, propter coronam gloriae, quae est jam praeparata meritis suis, sicut Coronam Imperialem digne promeruit in terra. Et dicit:

Prima che tu a queste nozze ceni.

Idest, antequam moriaris, & venias ad istam gloriam, ubi etiam tu expectaris divinam gratiam & meritis tuis. Unde volo, quod intelligas tacite, quod Beatrix ostendit Auctori sedem ipsius vacuam, cum corona laurea desuper. Et bene dicit, antequam coenet ibi, quia praefatus Henricus mortuus est in MCCCXIII. die XXIV. Augusti in Tuscia in Castello, quod dicitur Buonconvento. Au-

A flor verò mortuus est in MCCCXXI. de mense Septembris, in festo Sanctae Crucis, in Civitate Ravennae, ubi sepultus est apud locum Fratrum Minorum, in sepulcro magno, cum tali Epitaphio, quod fecit Johannes de Virgilio Bononiensis contemporaneus ejus & amicus. // /

Ad Vers. 142.

B *E fia Prefetto - - - -*

Haec Beatrix assignat causam specialem, quare Henricus non potuit consequi finem suum, scilicet illegalitatem Clementis V. de Vasconia Unde dicit:

E fia Prefetto nel foro divino

Allova tal; - - - -

quasi dicat: Unus erit tunc temporis Praefectus rebus sacris. Et non dicas, *Prefetto*, sicut multi textus habent, quia tunc esset replicatio conditionis in litera:

- - - - che palese e coverto

Non anderà con lui per un camino.

Quia manifeste videbatur favere sibi & occulte erat sibi infestus. Et ordinavit, & consensit, quod Rex Robertus resisteret sibi, & impediret ejus coronationem, & processum. Propter quod Henricus damnavit & privavit ipsum Robertum in Civitate Pisana. Et continuo Clemens revocavit & annullavit sententiam Henrici, sicut de utroque actu vidi publica Instrumenta.

Ma poco poi savà - - - -

E Haec Beatrix praeannuntiat mortem & poenam praedicto Clementi in brevi, dicens, quod dictus Clemens Papa.

- - - poco poi savà da Dio sofferto

Nel santo officio;

scilicet, in Papatu; & bene parum, quia Clemens supervixit dicto Henrico circa septem menses cum dimidio, ut audivi. Et dicit:

- - - ch' ei

11 *Gen. 22. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

--- cb' ei sarà detruso

ideft, pulfus:

Là dove Simon Mago è per suo merito.

scilicet, in tertiam bolgiam, ubi puniuntur Simoniaci. Et dicit:

E farà quel d' Alagna effere più giufo.

ideft, Bonifacium VIII. qui fuit de Anagnia Civitate Campaniae, ut scriptum est Inferni Cap. XIX. ubi Auctor etiam praenuntiat dictam mortem, & poenam infamiae Clementis. Et heic ultimo nota, quod Auctor tantopere deplorat indignam mortem Henrici, & commendat ejus altam virtutem, quia ipsum cognovit in vita, & familiariter coluit, quia per eum speravit reduci in patriam. Quod conatur persuadere sibi in aliquibus Epistolis suis, & multo fortius in quodam suo Libello, quem intitulavit *Monarchiam*, qui Liber fuit quasi occultus usque ad tempus Bavari. Sed de rei veritate Auctor potuit juste commendare Henricum istum, a cujus laudibus non abstinuit linguae adversariorum.

Ad Cant. XXXI. Vers. 34.

Veggendo Roma e l'ardua sua opra. Ideft, alta aedificia sua. Nam tota

A Roma miraculum est, ut ait Cassiodorus. Vel etiam opera magnifice gesta a Romanis, quae erant picta, sculpta, & scripta in aedificiis, vel etiam in arcubus triumphalibus. Unde Sidonius:

Roma domicilium Legum &c.

Et dicit:

Stupefaceansi, ---

B ideft, mirabantur. Et tangit tempus;

--- quando Laterano

*A le cose * morali andò di sopra.*

Quasi dicat: quando Roma erat in flore, quia tunc superavit omnia aedificia mundi. Unde Thomas de Aquino erat solitus dicere, quod tria concupiverat anima sua, vidisse: scilicet Romam in flore, Christum in carne, & Apostolum disputantem.

C Et nota, quod Auctor per hoc, quod dicit, *Laterano*, tangit unum mirabilissimum aedificium Romae. Palatium enim Lateranum, quod est prope Sanctos Marcellinum & Petrum, versùs Septemtrionem, fuit Palatium Neronis, ut dicit Martinus. Fuit autem istud Palatium sumtuosissimum, sicut scribit Suetonius.

D Unde Augustus gloriabatur, se invenisse Urbem lateritiam, & fecisse marmoream.

FINIS TOMI TERTII.

ELEN-

* al. mortali

E L E N C H U S

T O M I T E R T I I.

DISSERTATIO SEXTADECIMA.

DE Foeneratoribus, Judaeis, Societatibus Militum Praedonum, Leprosis &c. Pag. 1.

DISSERTATIO DECIMASEPTIMA.

De Fisco, & Camera Regum, Episcoporum, Ducum atque Marchionum Italici Regni. 61.

DISSERTATIO DECIMA OCTAVA.

De Republica, Parte publica, & Ministris Reipublicae antiquis temporibus. Et an Civium Communitates, uti nunc, ita & vetustis Seculis fuerint in Civitatibus Italicis. 181.

Excerpta Historica ex Commentariis MSis Benevenuti de Imola in Comoediam Dantis, ab eo circiter Annum Christi MCCCLXXVI. compositis, & in Estensi Bibliotheca adservatis. 273.



